



BIBLIOTECA HOSPITAL RE
GRANADA

B

5

81


i 16901770



~~4~~

~~7-844~~

~~4~~
~~20-30~~



THESAURUS SACRORUM RITUUM

AUCTORE REV. PATRE

D. BARTHOLOMÆO GAVANTO

CONGR. CLER. REG. S. PAULI, S. R. CONGR. CONSULTORE &c.

CUM NOVIS OBSERVATIONIBUS, ET ADDITIONIBUS

R. P. D. CAJETANI-MARIÆ MERATI

*Clerici Regularis, ejusdem Sacra Rituum Congregationis
Consultoris.*

EDITIO NOVISSIMA,

CETERIS OMNIBUS CORRECTIOR, ET LOCUPLETIOR;

Cui, præter quadringenta circiter alia Decreta, quæ sive ante, sive post editam
a MERATO seriem usque in præsens ab eadem Sac.Rit. Congregatione
emanarunt, addita sunt ex ipsomet GAVANTO

PRAXIS DIOECESANÆ SYNODI, ET VISITATIONIS EPISCOPALIS,
ET MANUALE EPISCOPORUM, brevibus notis illustrata.



TOMUS TERTIUS

Complectens PRAXIM DIOECESANÆ SYNODI,
ET VISITATIONIS, ET MANUALE EPISCOPORUM.



VENETIIS, MDCCLXII
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

R-21.000

THESSALURUS SACRORUM RITUM

AUCTORE BEN. PATRE

D. BARTHOLOMEO GAVANTO

CONGR. CLER. REG. S. PAULI, S. R. CONGR. CONSULTORIS &c.

CUM NOTIS OBSERVATIONIBUS, ET ADDITIONIBUS

R. P. D. CAJETANI-MARIAE MERATI

CLERICI REGULARIS, EPISCOPUS SACRAE RITUM CONGREGATIONIS
CONSULTORIS

EDITIO NOVISSIMA

CURATA EMANUS CORRECTORIS, ET LOCUPLETIOR

Cui, praeter praedictam, addidit alia Decreta, quae sive antea, sive post editam
a Merato factam in praesens ab eadem Sacrae Congregatione
emanant, ad hanc hunc et ipsorum GAVANTO

PRAEVS DIOECESANA SYNODI, ET VISITATIONIS EPISCOPALIS,
ET MANUALE EPISCOPORUM, REVISIS NOTIS ILLUSTRATA



TOMUS TERTIUS

Completens PRAEVS DIOECESANA SYNODI,
ET VISITATIONIS, ET MANUALE EPISCOPORUM.



8241
BIBLIOTHECA
SACRAE
CONGREGATIONIS
SACRAE RITUM

VENETIIS, MDCCCLXII

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA

Superiorum Permissu, ac Privilegio

**PRAXIS EXACTISSIMA
DIOECESANÆ SYNODI**

Cum Theoria Celebrandæ,

IN QUATUOR DISTRIBUTA PARTES:

*In quibus, quid ante Synodum, in Synodo, post Synodum propriis cum
formulis, & Doctorum Annotationibus, agendum, explicatur.*

AUCTORE


D. BARTHOLOMÆO GAVANTO


Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli & Sac. Rit. Congreg. Consult.

AD LECTOREM.



Obiliores, utiliores, jucundiores haud scio, an habeat Episcopus actionem, si ea rite fit; quam Diocesanam Synodalem, nobilior enim ea est, in qua Hierarchia tota, una simul, effulget Ecclesiastica. Utilior est, tum Decretorum Sanctione, tum Scurtinio Synodali. Jucundior item ob varios ritus Apparatum, Sacrificiorum, Processionum, Precum, Concionum, Professoris fidei, electionis Officialium Cleri, suffragiorum pro Defunctis, Acclamationum, & ejusmodi, quae omnia quasi sigillo claudit osculum pacis suavissimum. Ea igitur Actio negligenda non est, immo exactissime peragenda; De qua scripsere pauci, & ii vel indicarunt potius quam pertractarunt, si tractarunt, minus practice, non sine praesudicio sacrorum Rituum. Multa sane nos didicimus experientia comite, in Synodis Spoletana Card. Vicecomitis, in Perusina Comitoli, Derthonensi Dossena, Novariensi Biscapetrii, Laudensi Seghitii, Imolensi Millini, Interam. Gerae, altera Spolet. Castrucci, altera Perus., altera Comitoli, Neapolit. Card. Boncompagni, Perusiana tertia Card. de Torres, & Eugubina Card. Carpinei, praclariss. Antistitum, quibus adsumus administri minimi, ut disceremus: unde colligimus hanc Praxim brevem, nobis ipsis usui futuram, ut serviamus aliquando aliis Episc., sed efflagitantibus amicis ad communem utilitatem non potuimus non eam dare publico praelio. Aequo tu animo, benigne Lector, accipe, & vale.





DE NOMINE, ORIGINE, ET DEFINITIONE SYNODI DIOECESANÆ,

P A R S P R I M A.

CAPUT PRIMUM.

DUM partes nostræ ex sint præcipuæ, ut Præxim Dioecesanæ Synodi celebrandæ describamus, in iis, quæ ad Theoriam potius attinent, non immoramur.

2. Est enim Synodus, Græcè, Concilium latine, seu, cœtus, vel Congregatio, cap.

1. S. Synodus 15. dist.

3. Et licet originem habere videatur ab Apostolis Act. 15. quia tamen ibi convenerunt Apostoli, qui erant Episcopi, & seniores deducimus originem Dioecesanæ Synodi libentius ab Act. 21. ver. 18. Anni Domini 58. ubi sub Jacob. Episcopo Hierosolymitano omnes seniores, Græcè presbyteri, fuere collecti in causa S. Pauli, & Nota, quod de primo Apostolorum Concilio loquuti sunt hoc modo, Visum est Spiritui Sancto, & nobis, qui ritus adhuc perseverat apud nos, ut Concilia Provincialia, & Generalia dicantur congregata in Spiritu Sancto, quod prohibetur dici de Synodo Dioecesanæ; (1) qua de re monitus fuit quidam Episcopus a S. R. E. Card. qui ante Decreta Synodalia eo modo loquendi fuerat usus, & prælo cum iisdem verbis dedit.

4. Dioecesanæ vero Synodus est Congregatio legitima, quam facit Episcopus cum Clericis sibi subditis in sua Dioecesi, de iisque in ea tractat, quæ curæ suæ pastorali incumbunt, quæ definitio satis aperte patet.

C A P U T I I.

De Indictione Synodi Dioecesanæ.

SOLET indici tribus modis, primo solemniter in die Epiphaniæ, ex Cæremon. Episcop. l. 1. c. 31. nimirum intra Missarum solemnities dum festivitates anni solemniores denunciantur populo, post Evangelium ab Archidiacono, seu Canonico, vel beneficiato, aut alio juxta consuetudinem loci, pluviali induto in pulpito, vel ubi solet cantari Evangelium, juxta formulam, & cantum; quæ habentur in Pontificali p. 3. tit. De publicatione Festorum mobilium: quidam Episcopi pleniorum formulam dederunt cantandam; sed Pontificale nullo modo est recedendum.

2. Deinde in Calendario non pauci edici jubent diem ipsam Dioecesanæ Synodi, ea die quæ occurrit in Calendario, his & similibus verbis Fer. ii. Domin. iii. post Pascha Officium fit &c. Hac die convenient omnes de Clero ad Synodum &c.

3. Per Edictum, duos ante menses, vel unum saltem, ex Cæremon. Episcop. loco cit. proposita schedula, manu Notarii, seu Cancellarii subscripta, Ecclesiæ Cathedralis affixa valvis ad præscriptam formam in dicto Cæremoniali, quam dabimus infra una cum aliis Synodalibus formulis in 4. par. cap. 2. p. 3.

4. Pleniori forma utuntur omnes, quam vide infra, ex Actis præsertim Ecclesiæ Mediolanensis, & Novariensis par. 4. cap. 1. num. 4.

5. Addunt alii in calce Edicti Præmonitiones aliquas, ut Clerus accedat instructior ad actiones Synodales; quod arbitrio Episcoporum reliquitur. Dabimus infra exemplum e Perusina Synodo desumptum, par. 4. cap. 2.

6. Quod si ob aliquod impedimentum sit proroganda Sy-

nodus, opportuno tempore id fiat, ut moneatur Clerus ad formulam infra præscribendam p. 4. c. 1. n. 5.

ANNOTATIONES. §. 1.

IN Edicto quatuor contineri solent; Episcopus indicens; Clerus, cui indicitur tempus, & locus Actionis Synod.

2. Episcopum, intellige consecratum, quod omnes fatentur item electum, & confirmatum, ex Enrico Boitico de Synodo par. 1. q. 6. vers. secundo accessorie qui sequitur Innoc. in c. transmissum, de elect. quia convocatio Synodi est meri imperii: (2) item provisum a Papa, nondum consecratum, dummodo suas bullas expediverit: ut probat Jo. Ant. Massob. tract. de Synodo Dioec. cap. 2. dub. 1. num. 9. (3) item, qui liberam sit adeptus possessionem Episcopatus: ex eodem Massobrio ibidem dub. 3.

3. An vero Capitulum, sede vacante, possit convocare Synodum concedit: idem Massob. dub. 4. hoc est per Vicarium Capitularem, ex Declar. Congregationis citata ibid. & a Garzia de benef. p. 9. c. 2. n. 8. (4) Vicarius autem Episcopi non potest, citra speciale mandatum, ibid. cum Azor. institut. mor. p. 2. lib. 3. c. 54. q. 4. (5)

4. Nomine Cleri, qui tenetur ad Synodum venire, intellige subditos Episcopi, de quibus fufe Massob. cap. 3. dub. 2. breviter dico: tenentur accedere primo Abbates habentes Capellas, vel populum subjektum Episcopo sive sint exempti, sive non citra privilegium speciale. 2. Regulares assumpti ad Ecclesias Parochiales. 3. Prælati seculares, quia appellatione presbyterorum comprehenduntur. 4. Parochi & alii Sacerdotes exercentes animarum curam, etiamsi sint presentati per exemptos. 5. Qui obtinent beneficia simplicia. 6. Qui de consuetudine per decennium introducta, accedere solent. 7. Vel per se, vel per procuratores. Hac ex Massob. dub. 6. ubi ille fufius.

5. Dubitandi DD. extra jus consuetudinis de Canonicis Eccles. Cathedr. & inferioris Collegiata, tum de aliis Sacerdotibus non beneficiatis, conveniunt autem, hosce omnes teneri, si de reformatione morum agatur, aut de publicandis Decretis proximi Concilii Provincialis, vel de re concernente universum Clerum, seu Canonicos, multo ergo minus Diaconi, & inferiores Clerici tenentur ascendere, nisi de consuetudine, si ad sit, vel de speciali jure. Nam Mediolani tenentur omnes Sacerdis ordinibus initiati adesse Synodo.

6. Quod attinet ad tempus singulis annis admonet Concil. Trid. sess. 24. cap. de reform. celebrandam esse Synodum quod (heu) negligitur a multis, & tamen omittens celebrare Synodum venit suspendendus ab executione Officii c. sicut in fin. de acc. & ex Decl. Sac. Congr. 7. Martii 1590. nimirum per Archiepiscopum cui subest, ex Massob. cap. 2. dub. 3. a n. 3. & illustrissimi patres Concil. Trid. Congregationis ajunt, esse de præcepto, quotannis fiat, nisi causa excuset, que solet & debet afferri, in vifitatione liminum Apostolicorum. (6)

7. Porro tempus magis congruum videtur esse Paschale tempus, quod probat Bott. p. 1. q. 8. cujus etiam rationes valide mihi placent, ea excepta, qua ille voluit extra tempora jejuniio destinata celebrari Synodum, ne fiat cum jejuniio: ut in Synodo Mediol. 6. habetur hoc Decretum: videlicet jejuniium, quod in Ecclesiasticis his actionibus (loquitur autem de Synodalibus) olim institutum fuit, ut servatis, hoc valde hortamur in Domino. Adde ego, quod prima Synodus loc. cit. Act. 21. celebrata fuit tempore Paschali prope Pentecosten, ut ex Apostolico

(2) Confer Bened. XIV. Lib. 2. c. 5. §. 5

(3) Vide eundem ibid. §. 6.

(4) Ad eundem Lib. 2. cap. 11. qui Gavani aliorumque sententiam ita imitat §. 6. ut nimirum liceat Vicario Capitulari sine speciali mandato Synodum convocare, dummodo effluxerit annus a die ultima Synodi ab Episcopo habitæ.

(5) Confer eundem Lib. 2. cap. 8.

(6) Vide eundem Lib. 1. cap. 6.

(1) Immo ne Sancta quidem nomine honestanda est Synodus Dioecesanæ. Vide Benedictum XIV. de Synodo Dioecesanæ (quod opus temper intelliges, ubi Benedictum XIV. in notis nostris ad hanc Præmonitionem citati contigerit.) Lib. 1. cap. 3.

lico textu probatur aperte: & præterea Roma celebratur Domin. ii. post Pascha, in qua iæo legitur Evangelium de Paschore bono, ex Ruper. lib. 9. cap. 1. Durando lib. 6. cap. 98.

8. Locus denique, quicumque ille sit in Diocesi est aptus, aptissimus autem est Ecclesia Cathedralis. (1)

CAPUT III.

De Epistolis Episcopi pro Synodo.

1. **I**N Actis Ecclesiæ Mediol. habentur exempla literarum Episcopaliū ad Vicarios foraneos, Testes Synodales, & ad Parochos: quas dabimus infra p. 4. c. 3.

2. Sed earum loco videntur sufficere Præmotiōnes eā, quas supra significavimus, capite præced. n. 5.

3. Scribebat S. Carolus etiam ad Regulares ut actionem Synodalem piis precibus adjuvarent: quod monitione breviori in scriptis ad unum quodque monasterium tam virorum, quam feminarum transmissa, suppleri potest. Vide infra p. 4. c. 3. n. 3. & 4.

CAPUT IV.

De Congregationibus ante Synodum.

1. **D**iversis diebus, & ob diversas causas habendæ sunt variæ Congregationes coram Episcop. qui in iis cum Rochetto & Mozetta in sui ædibus consultores excipiet, omnes autem statuta hora vocati conveniunt.

2. Episcopus ergo deputabit idoneum virum, qui referat in librum ea omnia, quæ in hisce conventibus pertractantur: cum ego vellem qui futurus erit Secretarius Synodi.

3. Eliget sex, vel octo partim Theologos, partim Canonistas, sæculares, & regulares, quorum consilio utatur in negotiis Synodalibus.

4. Me commodiori convocet omnes Curatos Civitatis, a quibus coram se, & prædictis consiliariis exquirat statum totius civitatis: at, quæ decernenda proponuntur in Synodo, scripto consignet a proponentibus.

5. Alia die accerantur a Diocesi Vicarii foranei, seu Archipresbyteri, seu primores Parochi, & eadem exquirat Episcopus, & eodem modo, ut supra, de statu Diocesis, post habitos in Diocesi similes conventus.

6. Laudabilis esset, si convocarentur alia die una simul omnes Regularium superiores coram Episcopo, ut ii suppeditarent in genere peccata populorum, & opportuna remedia, quod prodesset quam maxime pro reservatione casuum utiliore.

7. Ex his, & ex Visitatione proxima Civitatis, & Diocesis, opera prædictorum consultorum, haurienda est materia Decretorum Synodi, quæ debet esse de iis, in quibus ut plurimum peccatur: sed de his paulo post agemus.

CAPUT V.

De Ordine habendi prædictas Congregationes.

1. **S**tatuta hora, & per nuncios, seu schedulas vocatis vocandis in aula, seu cubiculo capaci Palatii Episcopalis, ante omnia Episcopus stans, aliis quoque stantibus, recitabit de libro Pontificali, seu de Tabella parata Orationem, Adsumus, &c. seu preces initio Congregationis, &c.

Sedentibus omnibus, legitur a Secretario Episcopi Catalogus eorum, qui debent interesse: ut notentur in libro hoc modo: Die... mense... curam Reverendissimo D. N. Episcopo, & M. R. R. N. N. N. N. N. N.

3. Sedebant autem ordine congruo, iudicio Episcopi, pro jure dignitatum, titularum, & cæteris paribus, jure promotionis antiquioris. Regulares post presbyteros sæculares, inter sæculares autem e prædictis consultoribus primus locus Vicario Generali dandus erit, secundus illis, qui in cathedrali dignitatem habent, tertius Præposito collegiatae insignis, qui præcedere debet Canonicum Cathedralis Ecclesiæ extra collegium suum procedentem, quod bene probat Cassaneus in Catal. glor. mundi 4. p. confid. 38. nisi aliud obstat: quartus locus Canonico collegiatae insignis, quintus Paroch. sextus alii, nisi forte qui sit protonotarius, seu Doctor, cui in hujusmodi conventibus cedunt aliqui ex prædictis, quia in re valet maxime consuetudo locorum, ait Cassaneus in 4. parte citata.

4. Exposita causa convocationis ab Episcopo, interrogantur singuli de re proposita ordine majoritatis, incipiendo a majoribus, qui facta debita Episcopo reverentia, respondent breviter, & prout res postulat, ad interrogata, ne tempus conteratur.

5. Notabit Secretarius, quæ notatu sunt digna, Episcopi arbitrio.

6. Sed in Congregationibus Parochorum, Vicariorum Foraneorum, & Regularium consultores prædicti. Synodale sedebunt hinc inde a latere Episcopi. Alii vero interrogati surgunt, & facta reverentia Episcopo debita, & consueta (cum

genflexione, exceptis Canonicis) stantes dicant sententiam suam: quos tamen fere statim jubebit Episcopus sedere, & caput tegere.

7. Actis de more gratis ab Episcopo per consuetas preces in fine congregationis dici solitas, dimittitur congregatio.

CAPUT VI.

De conscribendis Decretis.

1. **D**istribui possunt diversi tituli materiarum Synodaliū prædictos inter consultores, ut quisque suggerat, quod in Domino expedire judicaverit.

2. Caveatur a multitudine Decretorum.

3. Ea sit de rebus, quæ ad plures attinent, non ad unum, aut alterum tantum.

4. Aliquando sufficit ea in memoriam Cleri revocare, quæ in Conc. Trid. aut Provinciali, cui subest Clerus, aut alias a prædecessore Diocæsano sancita sunt, si hæc Decreta non sufficiunt, fiat tandem Decretum novum. Plena sunt Decretis optimis in quacumque re Acta Mediol. Ecclesiæ, e quibus, & aliis Manuale Episcoporum per Aphorismos distributum dabimus in lucem, volumine brevi.

5. Si abrogandum est aliquod Decretum prædecessorum Episcoporum, fiat cum expressione causæ, ob eorum reverentiam.

ANNOTATIONES. §. 2.

1. **N**umquam decernatur contra jus Pontificium, neque Provincialis Concilii Decreta.

2. De quibus autem possit Episcopus statuere, & qua ratione, non est hujus loci disputare, fuse Massob. de Synodo cap. 4. a dub. 41. usque ad 98. Breviter dico: sit lex honesta, justa, possibilis secundum naturam, consuetudine patria, loco, & tempori conveniens, necessaria, & utilis ex Massob. dub. 52. ubi fufus ille.

6. Peritiori denique in hoc genere cura demandetur, ut Decreta ordine congruo, & Ecclesiastico stylo latino describantur, in Synodo legenda.

7. Non enim placet ea describi materno sermone, in gratiam (ajunt) foranei Cleri illud enim incommodum vitari poterit quod in Clero timetur ignorantia, si ad singula Decreta, vel certe ad potiora subsistat Lector, & Episcopus addat verba materia in commendationem Decr. quod præstare solitus fuit Neapolio Comitulus Perusiæ Episcopus; quem sequutus est Illustris. D. meus Card. Boncompagnus in prima Synodo Neapolitana, paterne, & materne loquens cum suo Clero non sine multo fructu.

8. Convocandum tandem erit coram Episcopo Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, ut de Canonicorum consilio stabiliantur, non autem de consensu.

ANNOTATIONES. §. 3.

1. **C**onsilium Canonicorum est requirendum, alioquin Decreta non valent, arg. c. quanto de die, qua fit a prel. nisi forte Episcopus præscripsisset, hujusmodi Concilium non querere ex Anchar. in repet. cap. 1. de constit. contra Hostien. de his, quæ a Prelato, qui putat contrariam consuetudinem irrationabilem.

2. Piafecius in praxi Episcop. p. 2. c. 2. n. 9. recenset casus sex in jure expressos, in quibus requiritur consensus Capituli, & Primo quando vertitur interesse ipsi capituli, Secundo, quando diminueretur auctoritas Ecclesiæ, Tertio, quando agatur de alienatione rerum Ecclesiæ, Quarto, quando de obligatione Ecclesiæ, Quinto, quando de præjudicio quoad subjectionem, vel limitationem consensus Capituli, Sexto, quando de ventilatione casuum criminalium; ibi citantur textus.

3. Pro casuum reservatione in Synodo faciendâ, (quod valet, ut non expirent per mortem Episcopi) Sac. Congreg. Card. supra negotia Episcoporum admonuit Episcopos 26. Nov. 1602. ut atrociorum tantum, & graviorum criminum absolutionem sibi reservent: neque superflue illos casus, qui Sedi Apostol. sunt reservati paucissimos item reservent, eadem Congregatio apud Quarantam, Verbo Casus reservati. Vide eundem, ibi, ubi explicat optime, quando expirent.

CAPUT VII.

De preparandis pro actione Synodali.

1. **A**gendum est deinde cum prædictis Consultoribus, vocatis etiam Magistris Cæremoniarum, & Sacristia Cathedralis Ecclesiæ, de necessariis ad Actionem Synodalem. Hæc autem sunt Hospitia pro Clero cum electione Præfecti, & coadjutorium.

Apparatus Ecclesiæ, & loci sessionalis.

Distributio sessionum.

Numerus Tabellarum.

Catal. Clerici vocandi rite ordinatus.

Habitus Cleri qualis, & ordo sedendi.

(1) Agit de loco fuse Benedictus XIV. Lit. x. c. sp. 5. quem adi.

Processiones, prima, & ultima.
Horæ Canonicae, & Missæ Synodales.
Muficus cantus.

Quæ paulo ante diem Synodi ad excitandos populos agenda sunt.

Officiales Synodi, hoc est, Actionis ipsius Synodalis.
Delectus Examinatorum, Judicum, Testium, Punctatorum, & Officialium Cleri, in Synodo approbandorum.

De singulis dicamus breviter, ut quisque sciat officium suum, & sciat Episcopus aptiores deligere.

C A P U T VIII.

De Hospitiis, & eorum Præfektis.

1. **H**ospitia deligenda sunt in civitate, & caupones ii seligendi sunt qui pietate aliis præstant; quibus injungendum erit, ut prophanas imagines tollant de cubiculis, frugalem mensam suppeditent iis, qui ad alios non divertunt cives.

2. Præfektus autem deputandus erit cum aliquibus comministris, ut in ea re invigilent, ædes invisant; & ad quos recurrere queant ii, qui de Clero eorum opera egent ad hospitium sibi parandum.

3. Laudandus est Meapolio Comitulus Episcopus Perrusiæ, qui mensam communem in suo Palatio, durante Synodo pauperibus de Clero suppeditabat, & aliquos item lectos parari curabat pro iisdem; tum Ferdinandus Milinus Imolæ Episcopus, qui ad mensam suam vocabat per triduum mane Vicarios foraneos; & in aula Majori alias mensas sterni jubebat Clericis egentioribus.

C A P U T IX.

De Apparatu Cathedralis Ecclesiæ.

1. **O**rnabitur Ecclesia festivo, & solemnî ritu, ut in capitulo de ornatu Ecclesiæ plene dictum est, ait Cær. Episc. lib. 1. c. 31. usque ad valvas inclusive.

2. Sedilia in ea disponentur, inquit idem Cær. ut dignitates, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis hinc inde a lateribus Episcopi, vel ante Episcopum semicirculum faciant, illud tamen prius placet magis, & est commodius ad functiones Synodales.

3. In media itaque navi Ecclesiæ paretur locus sessionalis hoc modo, hinc inde affigantur auleis schedulæ patentes cum literis grandioribus, continentés nomina locorum Diœcesis juxta scamna, pro Diœcesano Clero præparata, ordine servato secundum gradus locorum, ut quisque sciat, ubi sedere suo loco debeat.

4. Circumuniatur sessionalis locus, ita ut laici illuc intrare nullo modo possint.

5. Sedes Episcopi sit alta tribus gradibus tapete contextis, & hinc inde sedilia collocentur pro Diaconis assistentibus: paretur etiam mensa parva cum suo panno violaceo collocanda, facile ante Episcopum sedentem pro Reliquiis, & scrutinio, de quibus infra.

6. Hinc inde in quadrum sedilia longa pro Canonicis præparentur, vestita panno viridi, alta unico gradu a pavimento, quod si adfuturi sint alij majores Canonici, vestiri poterit prima pars scamni, quod a dextris Episcopi, & eidem vicinius est panno nobiliori, puta violaceo, aut alio ad differentiam in eodem scamno a Canonicis faciendâ Abbates, Commendatarii, Prothonotarii Apostolici, si utantur rochetto, & mantelletto sedebunt post Canonicos in eodem scamno, a sinistris Episcopi sedentis, quod observatur Mediolani.

7. In fine sedilium Canonicorum, facie versa ad Episc. sedebit juxta dexteram Episcopi Vicarius Generalis in sede coriacea domestica cum parva mensa strata panno, ut præsto sit accedenti ad eum Clero pro variis causis; in eadem linea sedebunt juxta sinistram Episcopi scamno nudo ad mensam aliam similiter vestitam Promotor, & Secretarius Synodi cum Notatio Episcopali, mensæ tegantur conveniant panno ad minus viridi.

8. Si Archiepiscopus præest Synodo, collocetur in medio centro arcæ, quæ est inter Canonicorum sedilia; ante sedem Episcopalem sessionalem, scabellum commune pro eo, qui gestare debet Crucem Archiepiscopalem in Synodo, cujus imago Crucifixi respiciet semper Archiepiscopum.

9. Pulpitum amovibile pro lectione Decretorum collocari poterit prope mensam ad quam sedet Secretarius Synodi, ut inde suppeditentur eidem, quæ sunt legenda.

10. Hinc inde a tergo Canonicorum sedilia erunt pro Clero Urbano: alia pro Foraneo occupabunt navim mediam, ita tamen, ut in medio juxta Episcopum sit transitus omnino liber, & amplior ad eundem redeundumve, prout est opus. Nobilior Foraneus Clerus sedebit in anterioribus scamnis, reliquis in posterioribus.

11. Apparatum spectat ornatus Altaris majoris; colore quidem rubeo vestietur, nisi aliud requirat sollempnis Missa, de qua infra.

12. Excepta Missa, ut dictum est, paramenta omnia in actione Synodali coloris erunt rubri.

Gavant. Tom. III.

C A P U T X.

De Distributione sessionum.

1. **N**umerus sessionum ex Pontificali solet esse trium: ad arbitrium Episcopi potest esse pauciorum ex eodem Pontificali; pendet autem hic numerus a rebus agendis in Synodo ipsa ex Actis. Ex Mediolan. potest esse plurium, quam trium.

2. Primâ Synodus ab Episcopo celebranda esset summa cum majestate, & utilitate Cleri, & populi, ut effulgeat Ecclesiastica Hierarchia, & ideo nihil esset omittendum, quod ad perfectissimam Synodum, quam hic describimus, atinere possit.

3. Si etiam, qui non nisi tertio quoque anno Synodum convocant, eadem observare deberent.

4. Qui vero quotannis celebrant, una sessione possunt absolvere, quæ sunt necessaria; omisis iis quæ sunt ad splendorem cum utilitate tamen conjunctum.

5. Porro necessaria sunt ea, quæ ad lectionem spectant Examinatorum, Judicumque, & ad processionem fidei a nobis Beneficiatis emittendam.

6. Non tamen placere potest ea Synodus, quæ per duas horas mane celebratur, ubi multus est Clerus, saltem per totum diem detineatur ille cum majori fructu.

7. Cardinalis Palæotus in Archiepiscopatu suo Bononiensi distribuit actiones Synodales pro una sessione, pro duabus, pro tribus, cujus distributionis formulam dabimus infra in 2. parte.

C A P U T XI.

De Tabellis Synodalibus.

1. **D**escribenda est primo disciplina Cleri in Synodo, & processione servanda juxta formulas infra tradendas; & hæ Tabellæ solent imprimi, pluribusque in locis Ecclesiæ Cathedralis, & Palatii Episcopalis pridie Synodi affigi. Vide in 4. p. c. 4. num. 1. 2. & 4.

2. Alia Tabella precum typis item editur distribuenda toti Clero, ad usum primæ Processionis ante Synodalem sessionem, continet autem Hymnos, & Psalmos; exemplum illius dabimus infra 4. p. c. 4. n. 3.

3. Tabella item exponitur impressa, quæ continent capita orationis, loco cit. nu. 5.

4. Scrutinii alia post Præfektos eisdem, ut infra, loc. cit. num. 6.

5. Acclamationum, si faciendæ sint, multa exempla debent edi pro majori, vel minori numero Cleri, ut in 4. p. c. 11. n. 1. & 2. & hæc quinque Tabellæ prælo dari solent.

6. Aliæ parantur manu scriptæ: ejusmodi sunt; Formula professionis Fidei brevior Juramentorum formulæ pro Examinatoribus, Testibus synodalibus, & Punctatoribus & hæ majusculis exarantur characteribus, ut duo, vel tres simul eas legere queant ante Episcopum genuflexi. De quibus in quarta p. c. 5. toto.

7. Denique scribuntur in folio capita quædam orationis mentalis a Deputando cantanda, in fine cujusque sessionis, ad formam ut infra, describendam, in quarta parte cap. 10. toto, & hæ Tabellæ sufficiunt.

C A P U T XII.

De Catalogo Cleri vocandi.

1. **N**ecessarius est Catalogus eorum, qui ad Synodum Diœcesanam tenentur accedere, pro quo integre conficiendo monendi sunt opportuno tempore Parochi, ut tam in Urbe, quam in Diœcesi quisque transmittat ad Episcopum nomina eorum de Clero, qui in sua Parochia degunt, neque solum nomina, sed etiam cognomina, beneficiorum titulos, quos habent, & ordines sacros, imo etiam Doctoratus, insigniaque, & qualia habent.

2. Hisce datis relationibus, deputari debent duo, vel tres, qui in ordinem redigant totius Cleri nomina, ut congruo quisque loco vocetur.

3. Ordo is erit, ut primo nominetur Clerus Civitatis, tum Diœcesis. In Civitate Cleri ordo erit; ut primo Dignitates, & Canonici Ecclesiæ Cath. cum beneficiatis, & Capellanis, qui eidem actu inserviunt, vel beneficii titulos ibidem habent: tum Clerici seminarii, & alii, qui Sacristiæ ministrant. Tum vocentur Canonici, & Clerus singularum Collegiatarum, ordine servato, digniorum Ecclesiarum Rectores, Parochi hoc est, Præpositi, Archipresbyteri (nisi hi præcedant illos) Rectores, Vicarii perpetui, Vicariorum amovibiles; Beneficiati simplices, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, ubi est consuetudo, quod vocentur.

4. In Diœcesi hic erit ordo. Abbates, & Commendatarii primo, deinde Vicarii foranei, juxta dignitatis ordinem, seu promotionis antiquioris, & sub quolibet Vicario vocetur totus ejusdem Clerus, ordine prædicto, hoc modo, Vicarius loci N.

5. Si Collegiatae adsint in Diœcesi, vocentur ante Vicarios foraneos, ordine dignitatis Collegiatarum, & cum Canonicis vo-

etur totus Clerus affectus Collegiatae sive ratione beneficii sive servitii.

6. Titulus cuique nominando permittatur, & post cognomen addatur (si ille est) Doctor in Sacra Theologia vel IV. titulus, & deinde beneficii.

7. Titulus Abbatum est: Perillustris, & multum Rever. Dignitatum, & Canonicorum Cathedralis Ecclesiae apud nonnullos est idem in Provincia Mediolanensi Dignitatum est, multum R. D. Canonicorum vero, R. D. in Collegiatis Praepositus gaudet titulo R. D. & Canonici R. N. quae distinctio rationi est consona.

8. Rectores animarum praenominantur omnes vocabulo, Venerabilis presbyter N. Vicerelectores amovibiles (si Regulares sunt, Frater, vel Don. N.) vocantur, ut Sacerdotes, alii, Presbyter N. Diaconi, & Subdiaconi hoc modo. N. N. Diaconus, vel Subdiaconus. Clerici Beneficiati, N. Clericus beneficiatus S. N. Clerici feminarii N. N. nomine, & cognomine tantum. Haec ex Actis Eccl. Mediolan.

9. Protonotarii Apostolici, si qui adsunt, titulo M. R. D. digni sunt: & additur in fine, J. U. D. & Protonot. Apostolicus.

10. Si quid erroris accidat in hac nominatione Cleri nemini fit injuria, ex vi Decreti, de quo infra, initio Synodi evulgandi.

11. Caeteris paribus inter aequales attenditur promotio ad Canonicatum, Rectoriam, Beneficium, Ordinem Sacrum.

12. Accidere potest, ut idem vocetur saepius beneficiorum, quae habet in pluribus locis, sed hoc nihil refert; immo decet hoc modo eum nominari, ne beneficia Ecclesiarum confundantur, quae certum locum habere debent. (1)

C A P U T XIII.

1. **H**Abitus Episcopi in Missa Synodali erit Pontificalis, & coloris rubei: si celebrat sollempniter, assumit omnia paramenta Pontificalia, usque ad pallium, exclusive: si est Archiepiscopus, ex Caerem. Episc. lib. 1. c. 16. si assistit, convenit, ut amictu, alba, cingulo, stola, pluviali, & mitra pretiosa indutus assistat Missae, cum solitis Caeremoniis; eodem habitu semper aderit in sessionibus Synodalibus. Baculum vero pastorem vel gestet, vel gestare faciat.

2. Dignitates, & Canonici parati adsint, ex Caerem. Episc. lib. 1. cap. 31. hoc est, pluvialibus Dignitates, Planetis, & Dalmaticis, Canonici, Presbyteri, & Diaconi, & si non sunt distinctae praebendae; fiat tamen distinctio per paramenta Congreg. Rit. 15. Martii 1608.

3. Coadjutores Canonicorum (quoniam, & ipsi una cum Coadjutis interesse debent) aderunt cum habitu Canonicali ordinario, non parati; ad distinctionem.

4. Collegiatae non mutant habitum in Choro consuetum Praefecti Collegiarum in Provinc. Med. ex Conc. Prov. V. una cum Canonicis Cathedralis pluvialia induunt, in Processione prima, & ultima ex auctoritate Conc. Prov. IV. Episcopus. Laudensi concessit pluvialis usum Praepositis non Collegiarum, & Vicariis foraneis, ut esset inter Clerum, & Clerum aliqua distinctio inter eundem; finita vero Processione exuunt pluvialia.

5. Rectores Parochialium capitulum gestant supra cottam multis in locis; Neapoli stolum, ut dignoscantur ab aliis, servanda est locorum consuetudo.

6. Statuant Episcopi, quod expedire judicaverint ad Actionis Synodalis splendorem, & majestatem Ecclesiasticae Hierarchiae representandam. (2)

7. Ordo vero sedendi in Synodo est ille, quem supra significavimus, tum c. 9. de apparatu n. 5. 6. 7. 10. tum c. 12. de catalogo Cleri. Urbanus enim Clerus hinc inde e tergo Canonicorum Cathedralis sedere debet. Beneficiati, seu mansionarii, & Choro Cathedralis addicti, immediate in scamnis post Canonicos ejusdem; non quia digniores sint Canonicis Collegiarum, sed quia in servitio conjunctiores suis Canonicis esse debent. (3)

8. Collegiarum vero Canonici sedebunt hinc inde; totum Collegium primum a dextris Episcopi, secundum a sinistris Episcopi, & sic deinceps, & Prior Collegii sedeat in scamno oblongo primus, propius Episcopo.

9. Parochi a tergo Collegiarum, & alii de Civitate post Parochum.

10. Dioecesanus autem Clerus sedebit in media navi ante faciem Episcopi, hinc inde, ita, ut in scamnis anterioribus, & juxta dextram Episcopi, digniores Collegiatae sedeant: Parochi a tergo Collegiarum, & alii a tergo Parochorum, ut supra diximus.

11. Visitarius Episcopi, si est Protonotarius induat rochetum, & mantilectum: si non est, induat habitum, quem per Urbem defert, non pluviale.

12. Si Vicarius est Canonicus, ad Missam, & processionem, induitur, ut Canonicus. Ad sessionem Synodalem, uti Vicarius.

(1) Quae hoc capite summam traduntur, fusc tractata habes a Benedicto XIV. lib. 3. c. 2. ad 9.
(2) Vide Benedictum XIV. lib. 7. cap. 21.
(3) Confer eundem ibid. cap. 10.

1. **D**Uplex Processio fieri solet, altera pro initio Synodi, quam significat Caeremon. Episc. loco citato, altera pro fine ejusdem, prout in Actis Eccl. Mediol.

2. Pro prima varius est ordo, nam aliqui ante Missam, alii post Missam, Conc. Prov. Mediol. 2. eam praemittit Missa: statuat Episcopus quidquid voluerit.

3. Solet a Vicario Generali fieri edictum de hac prima processione, cujus exemplum dabitur in 4. p. c. 6.

4. Decernenda est Ecclesia, ad quam eundem sit, & via, per quam eundem.

5. Item, qui Hymni, & Psalmi, dum itur sint cantandi, quorum Tabella editur, ut diximus supra c. 11. n. 2.

6. Praefertur una tantum Crux cathedralis Ecclesiae quam sequitur totus Clerus, ordine retrogrado, quo in Synodo sedent.

7. Dum itur, quisque Clerus partialis cantare debet Hymnos, & Psalmos; priore de illo Clero primum inchoante Hymnum.

8. Hora est praescribenda Processioni primae & evulganda valvis Ecclesiae.

9. Clerici deputandi sunt pro ordinanda Processione, quotquot erunt necessarii.

10. Ultima vero processio fit intra ambitum Ecclesiae, vel paulo extra si multus est Clerus; & fit eodem modo, quo prima; sed cantatur Hymnus, Te Deum.

11. Si ad primam Processionem Regulares, & Confratres convenire solent, id fiat.

C A P U T XV.

1. **H**Orae Canonicae in Cathedrali dicuntur celerius: & fere sine cantu, ne impediatur actio Synodalis.

2. Vesperae cantantur alicubi a toto Clero in cantu Gregoriano, alternatim, ab Urbano ex una parte, a foraneo Clero ex altera cui convenit, ut assignentur duo mansionarii de choro, qui firmiorem habent vocem, qua moderari queant foraneorum voces saepius discordes, qui ritus favorem in Clero excitat, & populum aedificat; interea quoque congregatur totus Clerus pro actione Synodali immediate post Completorium continuanda. Completorium autem debet dici a solis officialibus chori dimissa voce: & interim poterit Episcopus pro sessione parari.

3. Missa de die omitti potest licite, & pro ea cantari Missa Synodalis de Spiritu sancto, quam praescribit Caeremoniale; vel alia Missa, ut mox dicemus.

4. Si triplex fit sessio, prima die cantabitur Missa ab Episcopo, vel eo impedito, a prima Dignitate de Spiritu sancto, secunda die a Canonico ritu pro Defunctis pro commemor. Episcoporum, & Sacerdotum Defunctorum generali, tertia die ab alio Canonico pro gratiarum actione Missa de Sanctiss. Trinitate. Acta Eccl. Mediol. ut nimirum Clerus Urbanus, & multo magis foraneus videat aliquando, & disceat varios ritus, & caeremonias, Pontificales, Canonicales, & festivas, & pro Defunctis.

5. Pro Missa Pontificali poterit etiam Episcopus Missam planam facere, cum usu tamen mitrae, dum a sede accedit ad Altare, dum manus lavat, item eidem deservient duo Canonici cum Dalmaticis, & Presbyter Assistent. cum Pluviali, ii scilicet, qui Missae sollempni deservire solent.

6. Missae pro Defunctis assistat Episcopus in cappa: Missae vero de Sanctissima Trinitate cum pluviali, & mitra: Absolutionem autem Defunctorum faciet Episcopus in sua sede cum pluviali, & mitra simplici; ut vario ritu haec fiant.

7. Communio cleri facienda est in prima Missa, & intra eandem ex pia multorum Episcoporum consuetudine, qua de re in Praemonitionibus supra memorati moneri debet Clerus, quam etiam communionem Pontificale praescribit.

8. Quae attinent ad incensationem Cleri, & pacem dandam eidem, dicemus in loco proprio, & cum de Magistris caeremoniarum, cap. 28.

9. Missa unicum Orationem habebit, cum Gloria, Credo, & Praefatione in cantu sollempni; si Missa plana est, adhuc ea dici possunt, quia sollempnis est aliquo modo, & pro re gravi; Post Nonam praedictae Missae dicuntur, quia sunt Votivae.

C A P U T XVI.

1. **I**N Missa Pontificali sollempni musicus cantus cum organo adhibendus de more, sed, absque mora.

2. In Missa plana Episcopi, dum secretas recitat preces, cantari poterunt sacra cantica cum organo, & vocibus.

3. In Missa pro Defunctis, sequentia, dies irae, tantum ad arbitrium, & sine organo.

4. Missa de Sanctissima Trinitate, Gloria, Credo, Sanctus, & Agnus Dei, caetera in cantu Gregoriano, Organum pulsatur de more.

5. In ingressu Episcopi in Ecclesiam organum pulsatur, mane tantum.

6. In Processione poterunt cantari a Musicis Hymni, Psalmi, ut in Tabella propria, & in ultima Hymnus: Te Deum.
7. In actione Synodali, quotidie Hymnum Veni creator, cantabunt Musici.
8. Iidem respondebunt Benedicenti sollempniter Episcopo in fine totius Synodi; nihil præterea. Litanias prima die alicubi cantant Musici.

C A P U T XVII.

De peragendis paulo ante diem Synodi.

1. **E**X Carem. Episcop. loc. cit. tribus proximis diebus Dominicis ante diem Synodi conveniens erit, ut tam in Ecclesia Cathedrali, quam in singulis Parochialibus per Concionatores, & Parochos denunciatur Synodus, populi que ad devotionem, orationes, jejunia, sacramentum poenitentiae, sanctissimæ Eucharistiæ sumptionem, aliaque pia opera excitentur: ut actio Synodalis, Deo opitulante, dignum fortiatur exordium, felicemque, & fructuosum progressum, & finem, hæc ibi. Oratio, seu Missa de Spiritu Sancto a Clero in Feriis quintis dicenda erit.
2. Prædie diei constitutæ pro Synodo, ex eodem cæremoniâ ibidem, pulsari debent campanæ tum Cathedralis, tum aliarum Ecclesiarum sollempni ritu, & præsertim sub noctem præcedentem, qua de re opportune monendi erunt Ecclesiarum Præfecti.
3. Eodem die affigetur schedula variis locis indicendæ Horæ pro Synodo, cujus formulam habes infra 4. p. c. 1. n. 6.

C A P U T XVIII.

De Officialibus Synodi.

1. **P**ost consultationem de prædictis in Congregatione consultorum facienda est electio Officialium Synodaliū.
2. Sunt autem hi. Præfectus Hospitorum cum fociis, de quibus actum est supra cap. 8.
Promotor unus, seu plures, Urbanus, & Foraneus.
Secretarius, Notarius, Coadjutor, sive lector Decretorum, & Catalogi Cleri.
Præfecti disciplinæ Clericalis, Synodalis, & Scrutinii.
Judices querelarum, & excusationum.
Procurator Cleri, qui agat cum Episcopo nomine communi, si opus est.
Oeconomus pro cathedratico recipiendo.
Confessarii Clerici.
Magistri cæremoniarum cum adiutoribus Clericis.
Ostarii Synodi. Ut autem eligantur aptiores, eorum munera breviter hoc loco indicabimus, & quibus nondum locuti sumus.

C A P U T XIX.

De Promotore.

1. **S**ive unus sit, sive duo, ad libitum Episcopi, hi parandi erunt, saltem pluvialibus, nisi alter eorum sit Canonicus Cathedralis Ecclesiæ, qui Canonicali utetur habitu secundum præbendam, & ordinem suum; & sedebunt ad mensam, de qua diximus supra cap. 9. num. 7. erunt autem J. U. D.
2. Urgebunt actionem Synodalem, pro emittenda professione fidei; pro Clero vocando, & Scrutinio ejusdem pro electione Examinatorum, & Judicum; pro evulgatione Decretorum pro poenis contra absentes, & pro rogatu Notarii.
3. Verba propria, seu formulas dabimus infra in 4. p. c. 7. & cum loquantur cum Reverendissimo Episcopo, eum appellare debent titulo tantum Reverendissimi: quia actio est Ecclesiastica, si Archiepiscopus, vel Cardinalis est, appellent etiam titulo Illustrissimi. Absit autem a Synodo curialis adulatio.
4. Major de duobus amborum nomine loquatur, stans a dextris alterius Promotoris.
5. Antequam loquantur, & postquam dixerint, profundam capitis inclinationem Episcopo faciant, neque discedant ad locum suum, donec Episcopus decretum fecerit verbo.
6. Recitent de folio, clauso in libello aliquo decenti, & ornato: quem ipsemet, qui legit, teneat, & alta voce, ut alii saltem viciniore, & plene audire possint.

C A P U T XX.

De Secretario Synodi.

1. **C**onvenit, ut Secretarius eligatur e Canonicis Diaconis, si Ordo habetur distinctus, & paratus Canonicis indumentis agat cum Episcopo.
2. Ad eundem spectat ordinare lectionem Decretorum juxta ea, quæ in consultorum congregatione præscripta fuerunt, & item quid prius, quidve postea sit agendum.
3. Socium sibi eligat, qui sibi ministret de mensa ad vicinum pulpitem, si quid occurrit legendum, & ejusmodi: & ut, eo recedente, scripta, & calamos custodiat in mensa.

4. Prævideat, quæ legere debet, ne erret, cunctetur, vel legat alta voce, ut satis audiatur ab omnibus distincte, ut intelligatur. Vide formulas ejusdem p. 4. c. 19. toto.
5. In vocatione Cleri vocabit ipse nominatim Clerum Ecclesiæ Cathedralis; Collegiarum autem insigniorum reliquos vocabit ejus coadjutor, qui etiam leget reliqua Decreta, quando sunt ita multa, ut levare merito ille debeat labore nimio legendi.

6. Secreto tenent nomina Officialium Cleri donec evulgentur: ne inde oriantur æmulationes, & incommoda: præsertim ubi plures ambiunt in Clero munia.

7. Curet affigi valvis Ecclesiæ schedulas pro initio Synodi prædie primæ diei; tum in Ecclesia, & in palatio Episcopali Tabellas de disciplina Cleri, Distributionem ejusdem pro scrutinio faciendo, de qua paulo infra; Catalogum Confessariorum Cleri tunc distribui: Tabellas alias opportuno tempore pro processione, Scrutinio, Acclamationibus, & ejusmodi per idoneos ministros.

8. Quæ lecturus erit, ea prius accipiat cum debitis reverentiis, ante, & post, ab Episcopo, cui eadem offert, & ab eo statim recipiet post instantiam Promotorum; quibus instantibus, ipse semper aderit.

9. Idem suggeret Episcopo, quæcumque agenda erunt; quocum eodem communicabit in cubiculo, antequam descendat in Ecclesiam.

10. Præscribet cantoribus musicis, juxta ea, quæ supra docuimus c. 16.

11. Idem ipse, si non alius Canonicus aptior, cantabit stans prope sedem Episcopi capita Orationis mentalis in fine Sessionum.

12. Denique ejusdem partes erunt, ut tota actio Synodalis exactissime cum Magistris Cæremoniarum peragatur, brevissimo sibi facto Indice totius actionis ab initio usque ad finem, memoriæ causa, & promptioris executionis, cujus indicis formula dabitur infra p. 4. c. 12. ne quicquam in hoc genere desideretur a nobis.

C A P U T XXI.

De Notario Synodi.

1. **C**ancellarius Episcopalis solet esse Notarius actionis Synodalis, qui idcirco semper aderit prope mensam Secretarii, & in fine cujuscumque Sessionis rogatus a Promotore, ut conficiat instrumentum, &c. respondebit, se facturum, assumendo testes aliquos certos de Clero quorum nomina scribat in Actis.
2. Idem solet alicubi vocare Clerum ab eo loco, ubi desinit Secretarius, & absentes notare debet, ut puniantur, nisi excusentur deinde a iudicibus.
3. Ad eundem attinet scribere in libro nomina eorum, qui fidei professionem in Synodo emittunt, vel si multus foret numerus professorum, per schedulam affixam curet, ut moneantur professuri fidem, quod ferant secum schedulam cum nomine, cognomine, beneficii titulo proprio, & statim ac eam emiserint, consignet quisque suam Cancellario, qui acu, & filo adhibito schedulas omnes colliget, conservabit, & in librum referet, ut sine tumultu ea professio adnotetur. Formulam hujus rei habebis infra 4. p. cap. 1. num. 6.

C A P U T XXII.

De Lectore Decretorum.

1. **S**ecretario datur adjutor ad ea multa munera, quæ sunt ejus propria, & præsertim ad legendum si minus ille multa legere queat.
2. Dum legit Decreta, Episcopi præsertim, ad singula pausam faciat, conversus ad Episcopum, qui forte circa illud, quod proxime lectum fuerit, sensum suum communi sermone aperiet Clero: alioquin prosequatur.
3. Convenit, ut de gremio Cathedralis Ecclesiæ hic eligatur & firmiorem habeat vocem.

C A P U T XXIII.

De Præfclis Disciplina Synodalis, & Scrutinii.

1. **E**ligendi sunt e Clero, tum Urbano, tum Dioecetano, si opus est, aliquot Sacerdotes ætate, prudentia, zelo, & disciplina Clericali conspicui, quorum opera tum Clerus universus contineatur in officio, tum promoveatur ad meliora.
2. Numerus is erit, qui sufficiens esse poterit ad Scrutinium universi Cleri finiendum intra tempus Sessionum Synodaliū ea proportione, ut unicuique scrutandorum numerus assignetur, non ultra sexaginta.
3. Ut autem una lingua loquantur omnes in judicio ferendo de vestibus, barba, colore caligarum, & ejusmodi, conveniant hi semel ante Synodum coram Episcopo, & juxta Tabellam Scrutinii conferant inter se quid communiter sit censendum, ne contraria videantur sentire, aut laxius alij aliis.

4. In hoc conventu dabitur cuique Præfesto Tabella Scrutinii sancita, ut supra, c. 11. danda infra in 4. p. c. 4. n. 6. & præterea in Scheda assignabitur unicuique tum Cleri pars examinanda, tum locus, id est, Cappella Ecclesiæ Cathedralis pro Scrutinio, quæ distributio Cleri, & Cappellarum sub tali, vel tali Præfesto, ut Clero pateat, in folio, seu foliis affixis in Ecclesia; etiam ipsi curent Præfesti ad formam describendam in 3. p. c. 9. n. 11. præter Secretarium. Habeant etiam catalogum eorum quos quisque scrutari debet.

5. Quisque item Præfessus eligere potest scribam, ut noter responsiones subsectorum Scrutinio, sed ipsemet scribat ea, quæ secreto communicantur, tamquam graviora.

6. Ut autem delatores aliorum secreto habeantur, & tamen si opus est, idem repeti possint circa ea, quæ deposuerint contra alios, Præfessus adhibeat notas aliquas, quas solus ipse noscat, & delata nemini communicet, nisi Episcopo.

7. Scrutinium sumet exordium a publicatione Decreti de scrutinio, & exerceri poterit etiam domi, extra sessionem Synodalem.

8. Scribant ordine, quo per catalogum quemque vocant; qui si habuerit omnia requisita juxta Tabellam scrutinii, satis erit scribere; Habet omnia &c. sin minus notentur ea tantum, in quibus quisque defecerit.

9. Omnino notent qui ad scrutinium non accedunt, ut dent condignas poenas.

10. In describendo scrutinio si eadem forma cartæ utantur omnes, poterit in fine confici liber scrutinii, asservandus inter Acta congruentius.

11. Antequam dimittatur Synodus, valde utile erit, ut hi præfesti conveniant coram Episcopo, & summarie referant communioem statum totius Cleri, quod si quid in communi moneandum erit, Decreto opportuno imminenti malo provideatur, antequam discedat Clerus.

12. Quis ex his Præfests non habent in Synodo locum, aut sedem propriam, puta, quia neque Canonici, neque Parochi sint, sedere possunt a tergo Vic. Gen. ut præsto quoque sint cum eo ad procurandam disciplinam Synodalem in Clero, juxta Tabellam ea de re redendam, ut supra; cujus præcipua cura Præfests incumbit.

13. Peracta Synodo dabunt Epif. Acta in scrutinio distincte scripta cum catalogo eorum, qui tenebantur accedere, & eorum qui non accesserunt: & in fine totius scripturæ subscribant propria nomina, cognomina, & titulum Præfests Scrutinii.

C A P U T XXIV.

De Judicibus querelarum, & excusationum.

1. **D**UO, vel tres una cum Vicario generali deputari solent ad audiendas controversias, seu querelas, qui prout de jure, brevi tamen forma judicii adhibita, illas dirimant, & has adjudicent.

2. Iidem excipiant libellos supplices datos pro excusatione absentium examinandos deinde peracta Synodo.

3. Si quæ nascuntur controversiæ de ordine sedendi, seu procedendi, iidem brevi manu componant, circa præjudicium ambarum partium. (1)

C A P U T XXV.

De Procuratore Cleri.

1. **U**T quiete, sine tumultu, agantur omnia, solet alicubi deputari ab Episcopo Procurator Cleri, ad quem adeat Clerus, ut ejus nomine cum Episcopo communi nomine agat in Synodo, si quæ forte decernantur difficiliora, quod si Clerus eum elegerit ad alia negotia Cleri, ille ipse poterit etiam ab Episcopo nominari; agat autem petita in Synodo venia ab Episcopo & cum debita modestia, & reverentia.

2. Quæcumque petierit nomine Cleri, petat in scriptis Secretariis. Vid. in 4. par. c. 7.

C A P U T XXVI.

De Oeconomo, & Cathedralico.

1. **Q**UICQUID solvatur pro Cathedralico, quod varium est in variis locis, pro eo exigendo constituatur Oeconomus, & is esse solet Magister domus Episcopi.

2. Solent Episcopi quandoque condonare Cathedralicum, quod in Decreto erit exprimendum, ne fiat in præjudicium Episcopalis Cathedralis.

3. Est enim introductum in honorem Cathedralis Pontificalis quod alii vocant Synodaticum, quia solvitur in Synodo.

4. Regulariter duo solidi solvuntur in pecunia usuali, ut patet ex consuetudine communiori, & ex actis Ecclesiæ Mediolanensis Neapoli ex antiqua consuetudine Caroleni 5.

5. In Provincia Mediol. ex actis ejusdem Ecclesiæ, solvitur tantum a Parochis, alibi ab aliis quoque beneficiatis, attendenda erit locorum consuetudo.

6. Non placet illa exigendi quotannis Synodaticum (nisi aliud consuetudo postulet) omnia quotannis Dioeces. Synodo.

ANNO TATIO §. 4.

1. **N**on potest Episcopus augere Cathedralicum, ex Deser. Congr. Card. super negotiis Episc. in una Isernien. 15. Jun. 1619.

C A P U T XXVII.

De Confessariis Cleri.

1. **E**Xpedi, & præsertim in prima Synodo, quod Episcopus remittat Clerum suum a Synodo bene purgatum a peccatis, illuminatum Decretis, & unitum sibi & Deo; idcirco deputare poterit sex, vel octo Confessarios sæculares, & regulares cum omnimoda Episcopi facultates ad audiendas Cleri Dioecesani Confessiones.

2. Imo eidem communicare poterit facultatem quam habet in c. licear. Conc. Trid. sess. 24. c. 6. ut tollantur, si quæ sint, secretæ irregularitates a Clero. (2)

3. Terminus autem prædictarum facultatum satis erit, a diebus sex, vel octo ante Synodum, ad totidem dies post Synodum & pro Clero tantum.

4. Hi vero tempore Synodi conveniant in Ecclesia Cath. ante sessiones, & post eas ut quæcumque de Clero accedente audire possint, domi quoque eos audire poterunt, si ii velint: non autem tempore actionis Synodalis, omnino vero adsunt omnes pro Communionem Cleri.

C A P U T XXVIII.

De Magistris Caremoniarum.

1. **D**UO saltem Magistri Caremoniarum eligi debent; quorum alter Episcopo tantum inserviat, alter Promotoribus, & Secretario: uterque toti actioni Synodali.

2. Habeant igitur Indicem quisque suum, & omnino concordem cum Indice Secretarii, de quo supra c. 10. n. 12. in quo tota series, & ordo breviter indicetur, qualem infra suo loco dabimus in 4. par. cap. 12.

3. Publicari, & indici Synodum procurent in Festo Epiphaniæ ad præscriptum Pontificalis Romani, & ut supra c. 2. n. 1.

4. Tum adsint Congregationi consultorum, de qua c. 7. & stantes, cooperto tamen capite, audiant, ut exequantur mandata; reverenter etiam suggerant, si quid occurrit prænotandum pro Synodali actione.

5. In primis autem eorum curæ sit apparatus Cathedralis Ecclesiæ, de quo supra c. una cum Sacrist.

6. Præterea, quæ ad habitum Cleri spectant, de quo c. 13. ad processiones c. 14. ad Horas Canonicas, & Missas Synodales c. 15. ad musicos concentus cap. 16. ad Campanarum pulsationem c. 17. n. 2. ipsi procurent.

7. Ad ea item, quæ infra præscribuntur in actione Synodali diligenter attendant.

8. Cum Sacrista agant pro præparandis iis, quæ necessaria sunt ad Missas Synodales, & præter consueta, parentur tria thuribula pro incensando Clero.

9. Nam Diacono incensante Clerum Cathedralis Ecclesiæ, fere statim (incensatis primi Canonicis) duo Thuriferarii incensabunt Clerum, primo Urbano, deinde Foraneum, hinc inde ambo simul, saltem unico ductu cuicumque sedilium ordinis, & eodem modo iidem dabunt pacem primo cujusque ordinis sedilium, & primus aliis de more.

10. Pro communionem Cleri parari curent stolas pro Sacerdotibus rubei coloris, & vinum sufficiens pro purificatione.

11. Cætera, quæ ad Missas spectant, fiunt de more: nisi in quod sine Missa Episcopus dabit benedictionem, quam dabit in fine sessionis, ex Carem. Episc. lib. 1. c. 31.

12. Pro abolitione Defunctorum extenderetur pannus ante sedem Episcopi, & accedente Subdiacono Missæ, cum Cruce, & Acolythis cum candelabris, fiet absolutio de more, Oratio erit pro Sacerdotibus, & Episcopis, ut in Missa, vel alia communi.

13. In actione Synodali curent e Beneficiatis, seu aliis Cantoribus cantari Antiphonam a Clero, Psalmum alternatim, partim ab Urbano, partim a Foraneo, sedentibus; a duobus Cantoribus litanias, vel a musicis, a Canonico parato, & Subdiacono Canonico Evangelium; a musicis Hymnum, Veni creator, post incæptum ab Episcopo primum versum.

14. Standum erit a Clero, quando stat Episcopus, ut in Pontificali, & præterea ad Acclamationes.

15. Genuflectendum erit ad primam Antiphonam ante Psalmum, ad Litanias, ad primos versus Hymni, Veni creator: ad benedictionem Episcopalem, & ad orationem mentalem.

16. Sedendum erit ad Psalmum, sermonem, & ad lectionem Decretorum.

17. Ut autem omnes eodem tempore idem præstent, eligantur sex, octo, aut plures Clerici e grandioribus, vel e Seminario, vel e Clero, qui distributi per varia loca intra Clerum, mo-
neant

(1) Vide Bened. XIV. lib. 4. cap. 5.

(2) Caveat tamen Episcopus, ne præfatis Confessariis potestatem faciat absolvendi ab hæresi externæ, quamvis occultæ. V. Bened. XIV. l. 4. c. 1. §. 5.

neant quando standum, quando genuflectendum, quando sedendum ad nutum Magistrorum Cæremoniarum, qui manu elevata, depressa, & magis depressa, sine clamore, tres illos situs significabunt Clericis prædictis, & hi Clero voce submissa.

18. Opportune præmoneant Clerum, de Pl. qui cantandus erit prima, & tertia die, Salvum me fac Deus, de Feria v. initio: secunda die, Deus venerunt gentes, de eadem Feria penultimo loco Nocturni.

19. Si afferantur Reliquæ SS. pro juramento Examinatorum, quod Mediolani fit; eas procurent deferri a prima Dignitate, stola addita sub pluviali, sine velo longo, cum 4. intorticiis de Sacristia, ad Episcopum, qui cum Clero surgit: deinde cum mitra sedens, & in gremio ambabus manibus, vel supra mensam eas tenens excipit juramenta, stabit Clerus ob reverentiam Reliquiarum, quæ eodem modo reportantur. Videant autem, ne clerus expectet diutius, & quam par sit, Sacras Reliquias.

20. Ordinandæ processioni præerunt iidem Clerici, qui supra, seu alii, quib. viam præscribent cæremoniarum Magistri, & terminum ejusdem.

21. Curent etiam, ut in Altari majori ardeant sex eandem, durante sessione Synod.

22. Hac præcipua sit attigisse satis Magistri nomen excitat ad omnia bene gerenda, & exactissima.

C A P U T XXIX.

De Ostiariis Synodi.

1. **N**on solum ad portas Ecclesiæ claudendas tempore sessionis synodalis necessarii sunt Ostiarii, verum etiam ad excludendos laicos, ut par est sine tumultu. Debent ergo esse viri graves, discreti, qui etiam possint admonere eos de clero, qui suis locis non sedent: sed per Ecclesiam forte vagantur, & fabulis inutilibus vacant.

2. Excludant autem laicos paulo ante quam inchoetur sessio, & omnino nullum ibi permittant sine consensu Episcopi.

3. Claudantur portæ cum clavibus, una excepta laterali, per quam ii, qui de clero sunt, eant, & redeant pro necessitate corporali.

4. Ante ultimam processionem aperiantur omnes portæ, ut populus introire queat ad laudes divinas pro gratiarum actione.

5. Si quem repperint contumacem laicum, eum deferant ad Episcopum, cujus mandatum exequantur promptissime, etiam si sit poenale.

6. De Clericis, qui sibi non obediunt, agant cum Præfectis disciplinæ Synodalis.

7. Numerus eorum erit ad arbitrium Episcopi, habita ratione portarum Cleri, & laicorum, qui convenire solent.

C A P U T XXX.

De Concionatoribus Synodis.

1. **P**ro sermone ad clerum datur materia in Pontificali, nimirum, de disciplina Ecclesiastica, de divinis mysteriis, & de correctione morum in clero secundum ea quæ Episcopo videbuntur utiliora.

2. Et ibidem dicitur, quod fiat per virum doctum, idoneum, sed hoc intellige, quando Episcopus fermocinari nolit, quod cuperem maxime, si possit, certe commodius numquam potest moneri, & moveri totus Clerus, quam in Synodo Dioecesanâ, exclusis laicis.

3. Alii recitari jubent Orationem latinam, quam non improbo; sed convenit illa magis concilio Provinciali, quam Dioecesanæ synodo, ut autem omnes intelligant, & amplectantur ea, quæ ad Cleri mores attinent, hodie latine dicta minus efficiunt.

4. Prima, & secunda die præscribitur sermo in Pontificali, & post Venerabiles quod magis placet, quam post Evangelium, nisi forte Concionator de Evangelio synodali Thema fumeret ad dicendum.

5. Non ultra dimidiam horam fit sermo ne impediatur actio reliqua synodalis.

6. Datur concionatori benedictio ab Episcopo de more, sed absque indulgentiis, quæ non conceduntur, nisi in fine totius synodi.

7. Omnino vero Episcopus, antequam dimittat synodum, verba faciat ad Clerum eo meliori modo, quod scit, & valet, paterne adhortans eum ad executionem Decretorum, locus autem opportunus erit, antequam aperiantur Ecclesiæ portæ pro ultima processione, ex Conc. Provinc. 5. Mediol. & hæc de Officialibus synodi transeamus ad Officiales Cleri.

C A P U T XXXI.

De Examinatoribus.

1. **D**e Consilio prædictorum consultor. debet Episcopus ante Synodum deligere examinatores Cleri, Judices causarum, testes Synodales, & Punctatores Collegiarum, & Cleri, tum alios Officiales ejusdem Cleri, secundum variam locofum consuetudinem ut suo tempore, & loco proponatur synodo.

2. Et primo examinatores sunt in duplici differentia: nam ii, qui examinare debent promovendos ad beneficia curata, sunt necessario approbandi in synodo, at alios ad examen ordinandorum, seu approbandorum ad audiendas Confessiones potest Episcopus eligere etiam extra synodum, & arbitratu suo.

3. Primi Ordinis ergo approbandi in synodo, plures proponi debent, ut ex iis saltem sex a Clero approbentur, Conc. Trid. regula, sess. 24. c. 18. plures tamen ad honorem aliorum approbari solent, & debent.

4. Qui assumuntur a regularibus proponatur Clero de nomine, & cognomine noti nedom Officii, quod habent, titulo ad plenioram validitatem examini in concursu Parochialium, & ne contingat ambiguitas, an valeat concursus.

ANNO TATIO. §. 5.

Nominatio examinatorum ex titulo Officii, quod Regulares habent v. g. Prior S. Dominici. Guardianus sive lector S. Francisci efficit, quod approbatio facta a Clero non cadat, nisi super eum, qui tempore Synodi erat Prior, seu Guardianus, seu Lector; non autem in successores eorum iisdem gradibus, quos ignorat Clerus, & Rota sæpius declaravit, fuisse nullum illud examen in concursu Parochiarum, in quo affuit successor Examinatoris approbati tantum ex titulo, non de nomine, & cognomine, ut docet Garzia de benef. tom. 2. par. 9. cap. 2. dub. 22. fortasse valeret eo casu, quo proponitur Prior S. Dominici, qui pro tempore fuerit, hoc enim modo approbatur successor a Clero, quicumque ille fuerit. (1)

5. Certe ii esse debent omnino, aut Magistri in Theologia, aut Doctores, vel saltem licentiati in jure Canonico; & ex ordine Mendicantium assumi possunt, ex prædicto Concilio, aut non Mendicantium Regularium, quod si desint ejusmodi, eligi possunt alii Clerici magis idonei, ex declar. Conc. Trid. quam recitat Massobr. in Praxi de concursu, Requis. 11. dub. 2. in fine.

6. Pro quorum examinatorum approbatione duplex est modus; vel imprimendo eorum nomina in schedulis conjiciendis in urnam, cum notis A. R. nimirum Approbationis, & Reprobationis, electisque compromissariis quod in Synodo fit Mediolanensi, vel brevibus interrogando Clerum voce alta per Secretarium. Placent ne vobis? & hic modus hodie magis est communis insignioribus civitatibus.

ANNO TATIO. §. 6.

Stephanus Quaranta V. Synodus Trid. recitat litteras Sacrae Cong. Concil. Trid. datas die 11. Julii 1592. ad Patriarcham Venetiarum in quibus approbatur uterque modus, per vota secreta, seu aperta, eligendi examinatores in Synodo, semper tamen approbandi erunt tum majori parte suffragiorum vel cum dimidia, ut dicitur in Synodo 6. Dioec. Mediol. eorum, qui sunt presentes in Synodo legitime congregata. Lege Massobr. in Praxi de concursu, Requis. 11. dub. 7. & 8.

7. Jurare debent Examinatores approbati, ex Conc. Trid. ad S. Dei Evangelia.

ANNO TATIO. §. 7.

Nihil refert, an ii jurent super Evangelia, vel sacras Reliquias Sanctorum puto S. Carolum introduxisse SS. Reliquias pro juramento, tum ut in Synodo appareat veneratio Sanctorum (continet etiam Synodus omnium fere Catholicorum dogmatum doctrinam, & praxim) tum vero etiam, ut novitate ritus examinatores exultent magis ad observandum id quod ipsi jurant, relinquatur ergo arbitrio Episcopi, penes quem tamen Sancti Caroli auctoritas esse debet in hoc genere summa. (2)

8. Absentes jurabunt in manibus Episcopi, seu Vicarii Generalis extra Synodum: quod idem præstabunt ii, qui pro tempore succedent jam approbati a Clero, ut dictum est in annotat. §. 5. antequam accedant ad examen, in concursu parochialium Ecclesiarum.

ANNO TATIO. §. 8.

Quia dubitant Doctores, an singulis annis eligendi sint, & approbandi examinatores, addunt plerique hodie in fine Decreti, De Examinatoribus, hanc clausulam. Quorum Officia durante, donec altera Synodus habetur, & valet Decretum; quod vero agendum sit de moribus omnibus Examinatoribus, ut alii subrogetur extra Synodum, ad nos non attinet, quia casus extra Synodum est. Vide Massobr. l. cit. Requis. 12. dub. 2. & 3. seu Garziam de benef. p. 9. cap. 2. num. 8. & 73. ubi ex Clem. VIII. decreto docent, eos eligi posse cum consensu Capituli usque ad tempus futura Synodi.

CA-

(1) At hac opinio, cui solum dubitanter Gavantus adhæret, nobis non arridet, inquit Bened. XIV. L. 4. c. 7 §. 5. ad munus quippe, ad quod eligitur industria persona, non potest designari persona incerta, cujus doctrina, prudentia, & probitas ignoratur.
(2) Et reve a morem jurandi ad Sanctorum Lipsana antiquum esse multis confirmat exemplis Bened. XIV. l. c. §. 6.

C A P U T XXXII.

De Judicibus Synodalibus.

1. **J**udices, quibus delegandæ erunt causæ a S. Sede Apostolica, vel ejusdem legatis, debent esse omnino in Ecclesiastica dignitate constituti, aut Personarum obtinentes, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonici. Conc. Trid. sess. 25. cap. 10.
2. Nec refert quod ii forte non sint Doctores: quia potest deinde dari Assessor.
3. Quatuor saltem ex Concil. Trid. nominandi erunt, aut etiam plures, & hodie præsertim quam plures eligendi erunt ob constitutionem Gregor. XV. de Conservatoribus editam anno 1621. ut Regulares e numero Judicum Synodaliū eligere sibi possint latiori facultate Conservatores suos, ait Papa.
4. Horarum approbatio fit eodem modo, quo Examinatorum, de quibus supra: neque tamen jurare tenentur, quemadmodum Examinatores: & ducant eodem modo.

ANNOTATIONES. §. 9.

1. **C**anonici Regulares, aut Monachi, etiam si sint in Cathedrali Eccles. non sunt capaces delegationum Apostolicarum ex Archid. Geminian. & Butr. in cap. statum 11. de rescript. in 6.
2. Canonici Collegiatarum, etiam insignium, alioqui Doctores non possunt esse Judices Synodales, etiamsi nullus Doctor reperitur, nec eis aptior in Capite Cathedralis & inter obtinentes dignitates ex declar. Sacra Congr. Conc. Trident. quam recitat Massobr. de Synodo cap. 4. dub. 10. in sup.
3. Neque item Canonicus in Cathedrali dispensatus super minori aetate, ut fusa probationem Massobr. loc. citat. dub. 11.
4. Potestatem eligi Judex Synodalis, Protonotarius Apostolicus, ex eodem Massobr. dub. 12. tum Vicarius Episcopi, dub. 13. hoc est, Generalis, non Foraneus.
5. An in Provincia Mediolanensi debent nominari omnes Canon. Cathedral. Ecclesiarum Judices Synodales in gratiam Regularium illius Provincia, ex Decreto quod ego legi authentico apud Episc. Laudens. a Sacra Congregat. Conc. Trident. edito die 27. Sept. 1614. & habetur infra p. 4. circa finem. (1)

C A P U T XXXIII.

De Testibus Synodalibus.

1. **T**estes Synodales dicuntur, quia in Synodo deliguntur alias electi extra Synodum, dicerentur tantum Testes publici: ii vero debent esse viri graves, zelo disciplinæ clericalis illustres forma facti Cleri, verbo & exemplo potentes.
2. Septem constituuntur, in Actis Eccles. Mediol. Conc. Provinc. sed & plures arbitrio Episcopi pro amplitudine Diocesis, assumi possunt.
3. Si palam nominantur, & adsint in Synodo, jurent ibidem, alias extra Synodum, si absint; vel si schedula secreto habeantur.

ANNOTATIO. §. 10.

Plures Episcopi hodie non evulgant nomina Testium, ut liberius possint exercere munus suum, minori cum odio Clericorum quos deferre debent ad Prælatum, jurabunt ergo hi secreto in manibus Episcopi. (2)

C A P U T XXXIV.

De Punctatoribus.

1. **I**n Collegiatis Punctatorum munus est notare absentes ab Horis Canonicis, aut Missis, & solent esse duo; tum ut alter eorum saltem interfit; tum ut ambobus concordantibus, absit suspicio infidelitatis in notando.
2. Episcopus in Provincia Mediolanen. ex actis ejusdem, in Prov. Concil. 1. debent alterum eligere, alterum Canonici. Uterque jurat, ex Concil. Mediol. Prov. 4. hic jurat in capitulo, ille in Synodo, ex Concil. Mediol. Prov. 5. (3)

C A P U T XXXV.

De juramento Examinatorum Testium, & Punctatorum.

1. **J**uramentum erit præstandum mane, ex Conc. Provinc. Med. 4. & hoc 4. ideo dicitur, ut ejus ratio habeatur in distributione partium totius actionis Synodalis.
2. Et eo modo, quo supra diximus de Examinatoribus, poterunt jurare Testes publice nominati, & Punctatores ab Episcopo delecti. (4)

C A P U T XXXVI.

De Officialibus Cleri.

1. **A**d aliquorum præ aliis indicandam materiam, & plenioram in Clero rerum notitiam, consuevere Episcopi prudentiores distribuere officia Clericalia in Synodo pro consuetudine locorum & varia necessitate rerum.
 2. Declarantur itaque primo loco consultores S. Officii, si penes Episcopum sit tribunal, ut Neapoli.
 3. Recognitiones librorum imprimendorum.
 4. Revisores Indulgentiarum quæ a S. Sede Apostolica obtinentur.
 5. Præfetti Musicæ, ne in Ecclesiis prophana cantentur, aut indecora.
 6. Syndici, seu Procuratores Cleri pro immunitate, & aliis.
 7. Præfetti, & administratores Seminarii tum spiritualium, tum temporalium rerum.
 8. Præfetti disciplinæ clericalis in civitate, distributis classibus Clericorum.
 9. Vicarii Foranei, & Priores Confraternitatum Parochorum.
 10. Visitatores generales.
 11. Prior Doctrinæ Christianæ.
 12. Confessarii speciales Clericorum minorum.
 13. Præfetti Fabricæ Ecclesiasticæ.
 14. Advocati, & Procuratores pauperum.
 15. Oeconomi beneficiorum vacantium.
 16. Vicarius Monialium.
 17. Præfetti funeralium.
 18. Præfetus spiritualis carceratorum.
 19. Præfetti Processionum.
- Pœnitentiarii minores Cathedralis.
Præfetti Chori.
Recognitores onerum Missarum.
Præfetti communium Cleri.
Dispensatores elemosynarum ex concionibus collectarum.
Recognitores calendarii.
Revisores administrationis locorum piorum.
Præfetti Confratriarum.

C A P U T XXXVII.

De Reductione Missarum.

1. **I**n eadem Congregatione consultorum præfatorum erit agendum si opus est de forma reducendi Missas, seu Anniversaria, quæ scilicet ante Concilium Tridentinum imposita fuerunt, irrationabilia tunc temporis effecta.
2. Nam de Missis post concilium relictis, facultas reducendi, commutandi & eas moderandi reservata est hodie Summo Pontifici, vel Sacræ Congregationi Conc. Trid. ut initio Decreti dicitur, de celebratione Missarum, sub Sanctissimo D. N. Urbano Papa VIII. die 21. Junii 1625.

C A P U T XXXVIII.

De Præsede absente Episcopo.

1. **S**i casus accidat, quod Episcopus infirmetur, aut alio vocetur, neque velit prorogare Synodum in aliud tempus, videndum erit de Præsede ejusdem Synodi: qua in re addam plura non aspernanda.
2. Et quidem, si proroganda sit in aliud tempus, erit hoc significandum universo Clero formula propria, de qua infra in 4. p. cap. 1. n. 5.
3. Si nolit eam prorogare, Vicarius Generalis eam convocare poterit, de speciali mandato Episcopi.
4. Verum, quid, si Vicarius non sit Protonotarius Apostolicus, sed vel Canonicus vel Præpositus Collegiatae inferioris? qui casus contigit Novariæ sub Carolo Episcopo nostri Ordinis a Basilica Petri. Difficultas erat propter habitum in Synodo, quem decebat esse, vel parem, aut superiorem habitu Canonicorum, non enim uti poterat ille Rochetto, & mantelletto; neque volebant eum Canonici Cathedralis Ecclesiæ sedere supra ipsos cum pluviali, quæ erat vestis propria præpositi.

(1) Plura de his habes apud Benedictum XIV. lib. 4. cap. 5.

(2) Agit de Testibus Synodalibus Benedictus XIV. lib. 4. cap. 3.

(3) Conf. Benedicti XIV. lib. 4. cap. 4.

(4) Ad eundem ibid. cap. 7.

positi Collegiæ S. Gaudentii, tunc Vicarii; uti vero mantello communi longe minus eum decebat in Synodo.

5. Vocavit igitur Episcopus ægrotus Hieronymum Septalem Protonotarium Apostolicum quem cum litteris patentibus Præsidem Synodalem declaravit, & Congregationibus Synodalibus, de quibus hæctenus, tum Synodali tractationi merito præfecit.

C A P U T XXXIX.

De Caremoniis Synodalibus absente Episcopo.

1. **A**ctum igitur est de caremoniis adhibendis, præsentem prædicto Præsidi, absente Episcopo, & auctore hujus operis actionem Synodalem dirigente.

2. Et quidem sollempnibus Missis ille interfuit in Choro supra Canonicos; Præposito primam Missam cantante, & Canonicis reliquis duas; juxta Decreta Sacræ Rituum Congregat. relata a Genuen. in praxi Neap. c. 2. circa finem, & aliis.

3. Seditibus deinde omnibus in loco sessionali, sedit ille tamquam Præses, in medio Cleri in sede coriacea supra unicum gradum, tapete substrato elevata, rochetto, & mantelletto indutus, cæteris Canonicis pluvialia, Planetas, & dalmaticas indutus: de quo tamen habitu dubitari posset; an parandi sint, absente Episcopo: & ego negarem; tum quia Episcopus abest, tum quia Præsidis prædictus habitus est inferior habitu Canonicorum sollempni; debet autem præcedere tum loco, tum habitu. Certe ad Missam primam cappas gestarunt Canonici supra rochetum, de more.

4. Lectæ fuerunt a Secretario Synodi patentes litteræ de constituto Præsidi.

5. Qui statim inchoavit Antiphonam, & reliqua addidit, ut in Pontificali.

6. Ad Evangelium benedixit incensum de more, & Diaconum, cujus librum osculatus est in fine, non tamen fuit incensatus, quia non erat paratus pluviali.

7. Recitavit Orationes, & Hymnum inchoavit, Veni Creator.

8. Sermonem habuit ad Clerum de suggestu tertia die, & præclare.

9. Totam actionem Synodalem profecutus est quam Episcopus præstitisset, excepta benedictione in fine sessionum, a qua abstinuit.

10. Ad osculum pacis recepit Clerum, ut solebat Episcopus.

11. in fine Processionis ante Synodum Canonicus Hebdomadarius in cornu Epistolæ dixit Orationes præscriptas in fine Hymnorum, & Psalmorum.

12. Vicarius autem Generalis, in processione quidem ibat cum suis Canonicis, uti Præpositus cum pluviali: ac cum eodem pluviali in actione Synodali sedebat in sede de alias parata pro Vicario Generali, de qua supra cap. 9. num. 7. quæ omnia observari possunt, quando, absente Episcopo, Vicarius Generalis, & simul Protonotarius Apostolicus, præficitur Synodo cum mandato speciali.

C A P U T XL.

De ultimo agendis pridie Synodalis actionis.

1. **H**is ita rite constitutis, pridie diei indictæ pro inchoanda Synodo, affigi debent schedulæ de hoc initio, pluribus in locis, ad formam infra præscribendam, par. 4. cap. 1. num. 6.

2. Pulsandæ sunt campanæ festivo sonitu a primis Vesperis, ex caremon. loco cit.

3. Habenda est coram Episcopo Præfectorum Scrutini Congregatio, de qua supra cap. 23. num. 3.

4. Officiales quique se comparent ad propria munera diligenter præstanda: quos ideo moneri curet Episcopus tum per Tabellam in loco publico affixam, tum singillatim per idoneos viros, tanto ante, ut per octo saltem dies id certo sciant, & prout supra iisdem præscriptum est agant diligentius.

5. Affigantur Tabellæ, Disciplinæ Synodalis, & Capitum orationis publicæ pro quibus scilicet orandum est a Clero: tum in Palatio Episcopi, tum ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, & infra eadem.

6. Dum Clerus singillatim ad civitatem venit, & Episcopum adit, ille benigne omnes excipiat; & si quid singillatim velint suggerere, libenter audiat.

7. Idem Episcopus cum Magistris Caremoniarum, eligat sibi ministros de more pro Missa Pontificali, & assistentes Diaconos pro sessione Synodi, si forte ii occupati sint aliis muneribus ad Synodum spectantibus, qui alioqui deberent assistere.

8. Præscribat horam conveniendi ad Synodum, tam mane, quam a prandio, & item terminandi sessiones.

9. Proponatur edictum de processione habenda per Vicarium Generalem, ut in 4. par. cap. 6.

10. Secretarius denique recognoscant omnia, quæ imprimi, describere curavit, juxta ea, quæ in Congregationibus Synodalibus fuerunt præordinata; & præsertim Tabellas omnes, ut supra, requisitas, cum notula Officialium, catalogo Cleri, & Decretis in Synodo legendis.



DE ORDINE SYNODI DIOECESANÆ.

PARS SECUNDA.



Uoniam in Pontificali describuntur Ritus, & Cærem. Synodi tribus diebus, hoc est, tribus sessionibus, celebrandæ; nec prohibetur tamen minori dierum numero Diocesanam Synodum celebrari; ideo descripturi nos hoc loco totius Synodi ordinem, triplicem eundem ipsum dabimus, pro trina, pro duplici, & pro unica sessione.

Ordo Synodi Diocesana pro trina sessione.

PRIMA SESSIO.

1. **H**Ora indicta, Capitulo Ecclesiæ Cathedralis cum Seminario, & universo Clero in aula Episcopali congregato, descendit Episcopus ad Cathedralē Ecclesiam cappa indutus, ipso Clero præcedente, Canonicis autem Episcopum sequentibus.
2. Si est Archiepiscopus deferri facit ante se Crucem, imaginem Crucifixi ipso respiciente.
3. In porta Ecclesiæ aquam benedictam de more sumit, & aspergit se, & alios.
4. Organa pulsantur, & campanæ, interea orat ante Altare Sanctissimi Sacramenti (quod non erit in Altari majori durante Synodo, si alias ibi affervatur) & ante Altare majus.
5. Cantatur Nona (ut alias Tertia in Festis) & induitur paramentis Pontificalibus.
6. Missa celebratur de Spiritu Sancto, absque ulla commemoratione, etiam Duplicis Festi, seu Dominicæ, & sine Evangelio in fine ex Cærem. Episcop. lib. 1. c. 31. incensatur in ea totus Clerus.
7. Fit communio ejusdem Cleri, ex Pontific. stolis rubeis assumptis a Sacerdotibus, qui forte non celebrarunt.
8. Non datur benedictio in fine Missæ, ex Cærem. loco cit. sed in fine sessionis: finita Missa exiit Episcopus paramenta Missalia usque ad Tunicellam inclusive, & accipit pluviale, ibid. Canonici retinent paramenta ut in Missa.
9. Peracta communione inchoatur Processio, pro qua distribuuntur Tabellæ precum paulo ante Communionem, Clerus autem sub una tantum Cruce procedit.

ANNOTATIO. §. 1.

ALicubi fit processio ante Missam, ex Conc. Prov. 2. Mediol. imo pridie ut Neapoli cum reliquiis S. Januarii, & Perusia aliquando pro translatione Reliquiarum S. Herculani, & S. Caroli. Communior usus est, ut fiat post Missam, ut dum cantatur Missa conveniant Clerus totus opportunè ad pleniorē Processionem. (1)

10. Si adest consuetudo, quod conveniant etiam Regulares, & Confratres (quod fit, ubi Clerus non est multus) qui procedant sub eorum Crucibus, & Vexillis.
11. Cum Cruce Cleri adsint candelabra cum candelis accensis nisi adsit Crux Archiepiscopalis, cui tantum candelabra, & defertur ante Canonicos tantum.
12. Quilibet primatum gerens in unaquaque Cleri parte, sive Urbani, sive Foranei, & quocumque nomine vocetur in medio Ecclesiæ ante Altare inchoet genuflexus cum suo Clero Hymnum: Veni Creator, idem faciat Episcopus.
13. Si proceditur ad aliquam Ecclesiam, puta, Patroni loci, ibi cantatur Antiph. cum Versu, & Oratione de eo ab Episcopo aliquoquin recta reditur ad Cathedralē.
14. Post reditum ad Ecclesiam majorem Clerus sua quisque loca petit, & Episcopus remanet in loco Synodali apud sedem sibi paratam, seu faldistorium, si est Archiepiscopus, qui Crucem ejus defert, remanet in medio, in loco ut supra parato.
15. Cum aliquantulum federint omnes, Diaconus, qui est a dextris Episcopi, stans, cantat versus Clerum; Orate: iisdem notis, quibus alias cantatur: Levate ex Aëtis Novar.
16. Genuflectunt omnes versus altare, & orant mente modico spatio. Tum adhuc genuflexus Episcopus, sine mitra, inchoat antiphonam Exaudi Domine: præintonante eo ad quem de more spectat: & dicitur tota genibus flexis.
17. Psalmo inchoato: Salvum me fac Deus: sedet Episcopus, accepta mitra; sedet etiam Clerus, & alternatim ab Urbano & Foraneo cantatur Psalmus. At Clerici deputati moneant Clerum, quando genuflectendum, standum, & sedendum.

18. Antiphona repetita, surgunt omnes; & Episcopus, deposita mitra, & conversus ad Altare, dicit: Adsumus, ut in Pontificali.

19. Addit aliam Orationem, ut ibid. qua finita, accepta mitra procumbit ibid. supra faldistorium, aliis omnibus genuflectentibus, & cantores duo in medio Cleri post Episcopum dicunt Litanias, nisi eas cantent Musici, ut sup.

20. Dicto: Ut omnibus fidelibus, &c. Episcopus solus cum ministris surgit, & baculum sinistra tenens, stans versus Synodum dicit: Ut hanc, &c. ut in Pontificali, producitque signum crucis super omnes; & iterum procumbit usque ad finem Litaniarum.

21. Quibus dictis, surgunt omnes; & Episcopus deposita mitra, dicit stans ut supra: Oremus: Et ministri: Flectamus genua. Levate (nisi sit tempus Paschale seu Dominica, argum. a simili in Benedictione candelarum in Missali) tum Orationem: Da quæsumus, &c.

22. Deinde sedens cum mitra facie versa ad Synodum, imponit incensum in thuribulum & benedicit, more solito, ministrante presbytero assistente naviculam, ut alias.

23. Duo Canonici Diaconali, & Subdiaconali vestibus induti, ut in Missa, coloris rubei, benedictione de more accepta, una cum Acolythis candelabra deferentibus accedunt ad partem dexteram Episcopi, & juxta eam in plano Diaconus cantat Evangelium: Convocatis JESU &c. stantibus omnibus, & Episcopo baculum, ut alias, tenente inter manus.

24. Osculatur librum Episcopus, & incensatur, a Presbytero Assistente, de more.

25. Et statim sine mitra genuflexus versus altare toto Clero genuflexo, incipit Hymnum: Veni creator: prosequente Clero, seu Musicis cantoribus.

26. Finito primo versu, qui constat ex quatuor versiculis, surgunt omnes, & sine mitra Episcopus stat versus Altare usque ad finem.

27. Ostiarii, dum cantatur Hymnus, vel prius excludant laicos, & portas Ecclesiæ claudant.

28. Sedent omnes cum silentio, & Episcopus, accepta mitra, sedens alloquitur Clerum alta voce: Venerabiles confacerdotes, &c.

29. Post allocutionem vel prius (ait Pontificale) prout magis placuerit, hoc est post Evangelium, si de eo sermo sit habendus, accedit Concionator comitatus ab altero ex Cæremoniariis: & genuflexus ante Episcopum petit ab eo, ut alios, benedictionem sine Indulgentiis.

30. Concionator non ultra mediam horam sermonem habeat ad Clerum, & eo finito discedit.

31. Audiuntur querelæ, ex Pontificali, sed usus obtinuit, quod deferantur ad Judices deputatos.

32. Secretarius igitur decreta secum ferens, comitatus a Cæremoniario accedit ad Episcopum, cui facta debita reverentia, offert Decreta, & quærit ab eo an ea nunc velit legi, quo annuente, & reddente folia Decretorum, facta rursus reverentia Episcopo, tum Canonicis, ascendit pulpitem: & alta voce legit hæc verba, stans aperto capite.

DECRETUM

De Synodo incepta.

IN Nomine Sanctissimæ, ac Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

NOS N. N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episc. Sanctæ Ecclesiæ N. (addat alios titulos, Comitatus, seu Principis, si quos habet.) Ad Dei omnipotentis, ac Beatissimæ Virginis Dei matris, & Sanctorum Patronorum N. N. & N. laudem, nostram Diocesanam Synodum incipimus, faxit idem omnipotens Deus pro sua misericordia, precibusque Virginis Beatissimæ, ac eorundem Sanctorum, aliorumque, ut, quemadmodum speramus, ex hoc sacro coetu lumen, & Spiritum omnes reportemus ad officia nostra secundum voluntatem Dei peragenda.

33. Sed, & capite tecto legit alia Decreta pro initio Synodi, quæ hic significabimus describenda fufus in 4. part. hujus voluminis. cap. 9. num. 2.

DECRETUM

De modo vivendi Synodi tempore.

Quoniam nihil fere, &c. pag. 24.

(1) Vide Bened. XIV. lib. 5. c. 1. §. 2.

DECRETUM

De Ministris Synodalibus.

Constituimus in hac nostra Synodo, Promotorem M. R. N. N. Promotores Urbanum N. Foraneum N. cum titulis, ut de vocatione Cleri in Prima part. cap. 12. num. 6. praescriptum est. Secretarium N. N.

Judices querelarum, & excusationum, N. N. & N. N. Praefectos disciplinae Synodalis, & Scrutinii N. N. N. Praefectum Hospitiorum N. N. N. Coadjutores N. N. N. Confessarios Cleri N. N. N. cum facultate nostra absolvendi a casibus etiam Nobis reservatis, durante hac Synodo usque ad . . . mensis hujus, & pro Clero in Confessione audiendo tantum, ut quisque redeat ad propria bene purgatus, & Deo magis conjunctus, ad utilitatem quoque populorum nostrae Dioecesis.

Procuratorem Cleri N. N. qui ad Nos deferet quaecunque Clerus exoptat.

Oeconomorum pro exigendo Cathedralico N. N. Magistros Cereemoniarum, quibus omnes obedient N. N. & N. N.

Offitios Synodi N. N. N. N. quibus item pareant omnes in eorum officio. Notarium N. N.

DECRETUM

De Praejudicio non asserendo.

Decernimus, &c. ut loco citato num. 4.

DECRETUM.

De non discedendo.

Vobis praeterea omnibus, &c. ut loco citato num. 5.

DECRETUM.

De Oracione publica.

Quoniam veteris est instituti, &c. ut infra loco citato, num. 6.

34. Descendit de suggestu, & una cum Promotore, seu Promotoribus accedit ad Episcopum.

35. Promotor instat pro fidei professione, si duo sunt, loquatur primus de scripto, sed in numero plurali, ut in 4. parte cap. 7. n. 1. & cum titulo convenienti.

Cavit Sacrosanctum Concilium, ut omne, &c. loco nunc citato.

36. Episcopus respondet: Decernimus, mandamus ita fieri.

37. Discedunt illi, & Secretarius de suggestu legit sedens in haec verba.

DECRETUM

De Professione Fidei emittenda.

Sacrosancta Tridentina Synodus illud &c. ut infra 4. par. c. 9. n. 7. & addit Decretum hac de re Conc. Trid. ut ibi. Cogit temporum, &c.

ANNOTATIO. §. 2.

IN Provincia Mediolan. legitur etiam Decretum Concil. Prov. primi: Verba sunt: Sacri igitur Concilii Tridentini auctoritate &c. qua item dabimus infra in fine 4. partis.

38. Lectis Decretis addit idem Secretarius. Accedant igitur, &c. ut loco cit. n. 7.

39. Qui ergo sunt professuri fidem tunc accedant ad Episcopum, coram quo genuflexi permaneant, donec eorum nomine formula professionis fidei de suggestu a Secretario stante, & aperto capite, legatur usque ad ea verba exclusive: Sic me Deus adjuvet: Habetur infra in 4. parte loco citato num. 7.

ANNOTATIONES. §. 3.

1. Notandum est non teneri Episcopum emittere professionem fidei prima Synodo Diocesana, quia non habet ibi majorem, sed in prima Synodo Provinciali, quia tamen Provincialis Synodus, sere nunquam hodie celebratur, audiendi sunt ii Episcopi, qui in prima sua Synodo coram Deo genuflexi ante Altare, fidei professionem emittunt, est enim altus summa religionis, quo casu stabit totus Clerus ob reverentiam genuflexi Episcopi, qui breviori formula, de qua infra, eam emittet, ut alii, cum sedebis accepta mitra, ut alios profertentes excipiat & Clerus sedebit, exceptis professuris.

Pro juramento Episcopi teneant Diaconi Assistentes Missalem librum ante eum.

2. In Provincia Mediol. ex Concil. Prov. 1. tenentur professionem fidei emittere in Synodo etiam ii, qui ad Synodum Diocesanam convenire debent, & quia in ea Provincia, etiam sacris ordinibus initiati tenentur convenire, ut in edictis Mediol. & Novariens. patet, ideo iidem erunt invitandi a Secretario in praefato Decreto, extra eam Provinciam non tenentur nisi ii, quos nominat Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. (qui nimirum beneficia Parochialia, & alia beneficia Ecclesiastica habent, & qui in Synodo convenire debent) in prima Synodo emittere professionem fidei, nisi provincialibus Decretis item alii teneantur.

3. Neque tamen omittentes id facere incurrunt privationem fructuum beneficiorum, sed alias poenas, ut probat Massobr. de Synodo cap. 4. dub. 39. num. 15.

4. Quod si adesse Synodo non possint, id praestent per Procuratorem, & valet, ut pluribus idem Massobr. probat cum Barbosa dub. 49. modo fuit cum speciali mandato ibi num. 43. sed excusari potest, qui excusatur a Synodo.

40. Tum bini, seu terni, aut quaterni ad Episcopum propius accedant, tenentem librum Evangeliorum, & legentes profiteantur formula breviori.

Ego N. recipio, promitto, &c. ut infra 4. p. c. 5. n. 1.

41. Singuli redeunt Cancellario, seu Notario dent nomina, & cognomina cum titulis beneficiorum, in schedula, de qua supra par. 1. cap. 21. num. 3. pag. 27. si non habeant schedulam, curent sua nomina scribi ab eodem Notario in libro ad id parafato.

42. Solet esse hora tarda, & ideo de suggestu a Secretario indicitur continuatio Sessionis his verbis, facta prius verbo cum Episcopo.

Decernimus, & indicimus continuationem hujus Sessionis fore hodie hora . . . in qua vocabuntur omnes, & Scrutinium Cleri fiet a Praefectis.

43. Postea promotor instat, accersito Notario contra contumaciam absentium, his verbis.

Reverendissime Domine. Cum jam dies &c. ut infra 4. par. cap. 7. num. 2.

44. Respondet Episc. Ita decernimus, ac jubemus.

45. Tum ad Notarium conversus Promotor pro rogitu actorum in hac sessione haec verba profert: si duo sint, in num. plurali dicantur.

Ego N. N. hujus Synodi Promotor rogante N. N. Notarium Episcopalem ut de omnibus, & singulis in hac sessione peractis unum, plurave conficias instrumenta.

46. Respondet Notarius: Conficiam: praesentibus N. N. &c. addit in scriptis: haec omnia fuerunt acta in publica Sessione, ut supra, adhibitis etiam testibus N. N. & N. N.

47. Contra contumaces absentes per Edictum ad valvas agitur.

48. Sed pro discessu legitur etiam hoc Decretum de suggestu a Secretario.

Ne quisquam a loco, &c. ut in 4. p. c. 9. n. 9.

49. Exiit Episcopus Pontificalia, cappam induit, & data manu tantum benedictione Clero, post Orationem brevem in faldistorio recedit, quem Clerus Cathedralis Ecclesiae tantum comitatur de more, & omnes discedunt.

50. Statim affiguntur Tabellae distributionis Cleri, & Cappellarum pro Scrutinio.

Continuatio prima sessionis.

51. Prandio statuta hora significata per campanae sonum conveniunt omnes in Ecclesiam Cathedralis, cantantur Vesperae cum Completorio a Clero Cathedralis, nisi ab utroque Clero cantanda sint, ut supra 1. par. cap. 25. numer. 2. Episcopo etiam praesente in cappa.

52. Deducatur Episcopus cum cappa a suo Capitulo in Cathedralis Ecclesiam, ubi de more orat ante Sanctissimum Sacramentum, & ante Altare majus, apud sedem suam accipit Amictum, Stolam, Pluviale, Mitram, & Baculum: deicendit ad sedem Synodalem; Canonici item, alii parantur, ut mane.

53. Diaconus assistens a dextris cantat: Orate, & omnes genuflectunt: post modicum spatium surgit Episcopus, & dicit Orationem: Adsumus, ut in Pontificali, conversus ad Altare, si tempus est Paschale stant & alii de Clero.

54. Sedent omnes cum silentio, & Promotor instat pro vocando Clero, pro Cathedralico solvendo, & Scrutinio peragendo his verbis:

Reverendissime Pater, & Domine. Sancitum est &c. in 4. par. c. 7. n. 4.

55. Secretarius de suggestu legit.

DECRETUM

De Clero vocando, & Cathedralico solvendo.

Vocabuntur omnes & singuli &c. ut in 4. p. c. 9. n. 10. & addit.

D E C R E T U M

De Scrutinio.

Scrutinium Synodale &c. ut ibid. n. 11. & addit.

Præfetti Scrutinii ita distribuuntur per Cappellas hujus
Ecclesie cum Clero.

R. D. N. ad Capellam S. N. vel Clerus N. conveniat Capellam S. N. sub Præfecto N.

R. D. N. ad Capellam S. N. &c.

Qui pro sua quisque timorata &c. ut in 4. p. loc. cit. n. 17.

Qui ad eos non accesserint, &c. ut ibid.

56. Dum vocatur Clerus, Præfetti Scrutinii, ii maxime, qui sunt scrutaturi partem Cleri postremam, ultimo vocandam, incipiant scrutinium, de quo 1. p. c. 23.

57. Clerus autem vocatur, ordine servato, de quo infra in 4. p. cap. 9. n. 12. cum debitis titulis, & honoribus: primo Clerus Civitatis, tum Diocesis.

58. Secretarius vocabit, ut dictum est loc. cit. non ultra Clerum Civitatis, qui vocat, notet absentes, linea ducta in ealamo, etiam si aliqui eos tunc statim excusent, quod deinde dijudicabitur. Vocati dicant alius: Adsum.

59. Oeconomus ad mensam aliquam in loco remotiori ab Episcopo, recipiat Cathedriticum, & notet solventes in libro.

60. Circa finem Sessionis, hoc est, postquam vocati fuerint omnes, & ante Episcopum cum genuflexione transferint (nisi sit ita multus Clerus, ut in crastinum reliqua vocatio sit differenda) datur signum cum campanula sacristiæ, ut omnes scrutinio relicto redeant ad loca propria Sessionis Synodalis.

61. Secretarius de suggestu indicit pro sequenti die Offic. mortuorum his verbis: Edicimus præterea &c. ut in 4. part. cap. 9. num. 13.

62. Deinde indicit Sessionem secundam his verbis:

Decernimus, &c. ut in 4. p. c. 9. num. 14.

63. Promotor iterum instat contra contumaces absentes, & pro rogatu, ut mane, paulo supra a n. 43. usque ad 47.

64. Diaconus assistens, seu Secretarius ad dexteram Episcopi cantat: Orate, genuflectunt omnes, etiam Episcopus eum Mitra, ut orent mente.

65. Idem Diaconus proponit capita Orationis mentalis, cum deflexione vocis in ultima syllaba, a nota fa ad notam re. Fratres charissimi, toto &c. ut in 4. p. c. 10. n. 1.

Et inter singula capita interponit moram genuflexus, & Ipse, recitando secreta Psalm. Miserere, post singula capita, cantat autem conversus ad Synodum.

Numerus capitum prædeterminetur ab Episcopo, ad tria saltem.

66. In fine orationis, manente Clero genibus flexis, Episcopus surgit, & de more benedicit solemniter Clerum sine Indulgentiis.

67. Discedit cum Cappa, & Clero post eum.

Finis Sessionis Prime.

S E S S I O S E C U N D A.

H O R A indicta, & dato signo cum campana convenit Clerus in Ecclesiam majorem, ubi expectat Episcopum, qui Cappam indutus, comite Capitulo ejus, descendit in eandem cum solitis aspersione, & precibus ante SS. Sacramentum, & Altare majus.

2. Cantatur Missa a Canonico pro Defunctis, cum unica Oratione, Deus qui inter Apostolicos, Epistola, & Evangelium, ut in Missali in prima Missa, Sequentia alternatim dicitur a toto Clero, vel a Musicis.

3. In fine Missæ extenditur pannus niger ante sedem Episcopi, induitur Episcopus Amictu, Stola, Pluviali nigro, & Mitra simplici, Subdiaconus cum Cruce, & Acolythis cum candelabris sistant se ad caput panni contra Episcopum, alii duo Acolythis deferunt vas aquæ benedictæ cum asperforio, & thuribulum cum navicula: Capellanus Missalem librum, in quo continetur oratio scripta, ut infra.

4. In Choro cantatur responsum longum Libera me &c. & reliqua fiunt de more: Oratio Missæ, vel, Absolve, sed in numero plurali, mentione facta Episcoporum, & Sacerdotum tantum. Cantores duo dicunt: Requiescant in pace; & amovetur pannus.

5. Mutat Episcopus vestes nigras in rubeas, assumpto baculo descendit ad sedem Synodalem, cum Canonicis indutis, ut heri.

6. Postquam federit aliquantulum, invitante Diacono assistente Clerum iis verbis: Orate; genuflectunt omnes, & Episcopus sine Mitra inchoat ut heri, præintonante sibi alio Antiphonam, Propitius esto; qua finita, surgunt, & sedent omnes recto capite, dum cantat Psalmum, Deus venerunt gentes alternatim.

7. Repetita Antiphona, Episcopus deposita Mitra surgit, & stans versus Altare dicit: Oremus Nostrum &c. Mentibus nostris &c. Deus qui nos &c.

8. Dicitur: Flectamus genua, vel omittitur, ut heri dictum est num. 27.

9. Cantatur Evangelium, ut heri, eum osculo, & incensatione Episcopi in fine.

10. Dicitur Hymnus: Veni Creator, ut heri, cum allocutione ad Clerum: Venerabiles.

11. Fit sermo, ut heri.

12. Promotor instat pro electione Judicum, & Examinatorum.

Reverendissime, & Conc. Trid. &c. ut in 4. p. c. 7. n. 5.

13. Secretarius post Decretum Episcopi oretenus factum, ut supra, ascendit suggestum, & sedens legit Decretum Concilii Trid. fess. 25. c. 10.

Quoniam ob malitiosam &c. tum Constit. Bonifacii VIII. Statutum, ut in 4. p. c. 9. n. 15. & addit statim.

Sacra Trid. Syn. &c. ut ibid. cum Const. Greg. XV. ibid. & statim nominat iudices cum suis titulis, & ibid.

14. Subdit: ex Decreto Conc. Trid. fess. 24. c. 18.

Examinatores autem &c. usque ad illa exclusive, peracto &c. ut in 4. p. c. 9. n. 16.

Et addit Trid. ergo Decretum &c. ut ibidem.

Nominatque Examinatores electos cum suis titulis.

15. Approbantur a Clero, altero ex duobus modis, ut in 1. p. dictum est c. 3 r. n. 5. Brevius fit interrogando, Placetne vobis? respondet Clerus, quicquid libuerit.

16. Addit Secretarius Decretum de Testibus Synodalibus.

Vetus est consuetudo, &c. ut in 4. p. cap. 9. num. 17.

Nominat Testes, vel elevat schedulam signatam; in quam secreto habentur; & ait: Dignis de causis eos secreto haberi volumus.

17. Addit item: Decretum de Punctatoribus. Et quia ad Ecclesiasticam &c. ut in 4. p. c. 9. n. 18.

Nominat Punctatores, ordine servato Collegiatarum.

18. Interim prima Dignitas portat de Sacristia sacras reliquias velo tectas, cum 4. intorticiis ad Episcopum, qui una cum toto Clero Mitra retenta, congruam honoris significationem adhibet, deinde sedens eas recipit, vel in manibus, vel super mensam parvam paratam, de qua in 1. p. cap. 9. num. 5.

19. Secretarius legit Decretum de jurejurando.

20. Examinatores, Testes &c. ut in 4. p. c. 9. n. 19. 20.

20. Accedunt autem Examinatores, Testes, si publicati sint, & Punctatores ad Episcopum, & genuflexi, bini, jurant juxta formulam, quam Magister Cæremoniarum illis offert legendam alta voce, ut a vicinis audiantur.

21. Tanguntur ab iis sacræ Reliquiæ in fine, & hæc demum asportantur eo modo, quo fuerunt allatæ.

22. Habes has formulas tres in 4. p. c. 5.

23. Addit Secretarius Decretum de præstando jurejurando ab absentibus.

Qui examinatores &c. ut in 4. par. c. 9. num. 2. & descendit Secretarius.

24. Promotor instat pro Decretis legendis in Synodo: Rev. &c. quo diligenter, &c. ut in 3. par. c. 7. n. 6.

25. Secretarius post Decretum Episcopi de more factum oretenus, ascendit suggestum, & sedens legit primo Decreta Conc. Tridentini de residentia: Eadem Sacrosancta, & infra: Omnes Patriarchalibus &c. ut in 4. par. c. 6. n. 22. cum præcepto divino, & infra. Ne vero ea, &c. ut ib.

26. Si quæ alia legenda sunt ex eodem Conc. Trid. legantur hoc loco.

27. Tum legantur Decreta Conc. Provincialis ultimo celebrati, ut publicetur Clero.

A N N O T A T I O. §. 4.

N Am DD. volunt, ideo teneri Episcopum post sex menses a Conc. Provinc. ad convocandam Synodum Diocesanam, lege Massobr. cap. 2. dub. 5. & 6.

28. De aliis Decretis Papalibus jubeat Episcopus hoc deinde loco legi, cujusmodi sunt Bulla Pii II. de Clericis male promotis, & Pii V. de confidentiis beneficialibus, quæ in Prov. Mediol. omnino legi debent ex Decreto Conc. Prov. 3. & 5. habentur infra in 4. par. in calce, sicut etiam legi debent ibid. ex Conc. 1. & 4. de vit. & hon. Cler. ex Conc. 1. de divinis Off. ex Conc. 5. de Cleri discipl. Item Monitiones ex Conc. 4.

39. Alia leguntur arbitrio Episcopi, ordine servato dignitatis Auctorum, ut post Bullas Pontificias legantur Decreta Sac. Congr. Card. deinde Episc. Provinc. seu Prædecess. ultimo, quæ sunt propria Episcopi celebrantis Synodum, sive nova, sive alias sancita, prout voluerit.

30. Ne omittatur publicatio compendiosa Bullæ Cœnæ Domini, cum casibus Episcopo reservatis, & cum prohibitione facta Confessariis, ne absolvant.

31. Si ediderit Romæ decreta nova ad Clerum universum spectantia, ea curet evulgari Episcopus, ut Clerus non ignoret, & maxime foraneus.

32. Inter legendum explicet identidem Episcopus causam Decreti, quod legitur, & communi sermone loquatur, ut omnes intelligant, quod ipse decrevit.

33. Quare, & qui legit, pausa facta, observet, an Episcopus velit loqui de eo: alioquin prosequatur lectionem.

34. Si multa legenda sunt (sed compilari multa a perito possent) Secretarius lectoris opera utatur, & partem legendorum in Sessionem tertiam differre poterit, neque tamen in fine dica-

dicatur Clero: Placet ne vobis? ex Declar. Congr. Concil. Trid. 27. Aprilis 1662.

35. Hora competenti inducitur continuatio sessionis, & cætera fiunt, ut heri in sess. 1. a n. 42. usque ad 47. inclusive.

36. Reassumpta cappa discedit Episcopus, & post eum Clerus.

Continuatio Sessionis secundæ.

37. Omnia fiunt, ut heri a n. 51. usque ad 54. exclusive.

38. Vel vocationi reliqui cleri vacandum erit, Scrutinioque ejusdem, quando multus est Clerus.

39. Vel lectioni Decretorum incumbendum erit, hæc enim in causa sunt, ut tres fiant Sessiones.

40. Atque in his eadem serventur, quæ pridie n. 58. & 59. absque nova præfatione, seu Decreto, aut instantia Promotoris.

41. Circa finem Sessionis, dato signo cum Campanula, ut heri, redeunt omnes ad sua loca, si ad scrutinium accesserint: & indicitur Tertiâ Sessio, ut heri n. 62.

42. Promotor instat denuo contra absentes & pro rogatu, & reliqua fiunt, ut heri a n. 64. usque ad finem Sessionis primæ; excepto quod mutantur capita Orationis mentalis, ut in 4. p. c. 10. n. 2.

Finis Sessionis secundæ.

43. Post Sessionem secundam convenient Præfecti Scrutini coram Episc. moniti a Secretario, ut summam, & breviter inter se conferant, quibus in rebus communius peccatur contra Clericalem disciplinam ex visis, & auditis in Scrutinio, ut Episcopus, vel Decreto, vel exhortatione oretenus facta moneat Clerum, antequam dimittatur Synodus, cui collationi aderit etiam Secretarius.

SESSIO TERTIA.

1. **H**ora indicta, & dato signo cum Campana conveniunt omnes, ut heri dictum est, & omnia fiunt, ut a n. 1. ad 12. dicitur: excepto, quod Missa cantabitur a Canonico de SS. Trinitate cum Oratione addita pro gratiarum actione sub duplici conclusione.

2. Episcopus assistit indutus amictu, alba, cingulo, Cruce pectorali, stola, & pluviali albi coloris, mitra, & baculo, unde & incensabitur initio Missæ, post Evangelium, nedum cum aliis post Offertorium.

3. Totus Clerus incensabitur, ut in prima Missa dictum est.

4. Musici cantabunt Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, & Agnus, Dei, reliqua in cantu Gregoriano, Organum pulsabitur.

5. In fine Missæ non datur benedictio, sed paratis Canonicis, & assumptis ab Episcopo paramentis rubeis, itur ad locum Synodalem.

6. Inchoatur Sessio, ut prima die a n. 15. usque ad 18. sed mutantur orationes, ut in Pontificali.

7. Cantatur Evangelium proprium cum solitis cæremoniis, & post illud Hymnus: Veni Creator, ut dictum est in prima die a n. 22. usque ad 27.

8. Dicitur venerabiles, & fit sermo, ut ibid. 28. 29. 30.

9. Promotor instat, ut legantur, si quæ supersunt legenda. Reverendiis. Pater, & Domine.

Cum ea, quæ, &c. ut in 4. p. c. 7. n. 7.

10. Legit ergo Secretarius, quæ restant legenda. In Provincia Mediol. monitiones legi debent ex Conc. Prov. 4.

11. Promotor instat pro publicatione Officialium Cleri.

Rever. Pater, & Domine: Ut facilius, &c. in 4. p. c. 7. n. 8. & publicantur.

12. Procurator Cleri petit reductionem Testatoribus, se Anniversariorum. Rever. Pater, & Domine, datur facultas &c. in 4. p. c. 8. n. 1.

13. Tum alia, si quæ velit Clerus, dato suplici libello in scriptis, cui Episcopus respondet, prout in Domino judicaverit.

14. Si nihil aliud agendum sit, potest concludi sessio tertia mane; alioquin indicitur continuatio sessionis, ut prima die a n. 42. usque ad 49. excepto 4.

15. Et a prandio fiunt eadem, quæ heri a n. 36. & seqq.

16. Finita vocatione, scrutinio, Decretorum lectione, & Officialium Cleri publicatione, Promotor instat pro conclusione Synodi ut in Prov. Mediol. pro inductione Synodi.

Rever. Pater, & Domine.

Cum omnia, &c. ut in 4. p. c. 7. n. 9.

Et antiquo Canone, & Decreto Provinciali, &c. ut in 4. p. pro Mediol. Prov. ibid. n. 10.

17. Secretarius legit Decretum de conclusione Synodi.

Synodi nostræ, &c. ut in 4. p. c. 9. n. 24.

Addit in Prov. Mediol. aliam præterea futuram, &c. ut ibid. num. 25.

18. Promotor instat contra absentes contumaces, & pro rogatu, ut prima die a n. 4. & 47.

19. Fit pastoralis sermo ab Episcopo ad Clerum circa Decretorum observantiam ex Provinc. Mediol. 5.

20. Deinde ab Ostiariis aperiuntur portæ, & fit Processio paulo extra Ecclesiam si opus est, ob numerum Cleri.

21. Cantatur Te Deum, inchoante primo qui in unâquaque parte Cleri primatum habere videtur.

Gavant. Tom. III.

22. Musici cantores cantare poterunt intra Clerum Cathedralis hunc eundem Hymnum, & pulsantur campanæ.

23. Post reditum in Ecclesiam petunt omnes loca sua, ut prius.

24. Episcopus stans versus Altare, stantibus & aliis, dicit, ut in Pontificali.

Oremus nulla est &c. & distribuuntur acclamationes, si faciendæ sint.

25. Diaconus assistens cantat, ut alias: Orate; & genuflectunt omnes.

26. Proponuntur nova capita orationis mentalis, ut in 4. p. c. 10. n. 3.

27. Acclamationes fiunt, faltem in prima Synodo, ut aliquando fiat & Cæremonialis non eas prohibet, sed parcius adhiberi censet in Dioecesanis Synodis, (1) & licet Bononiæ fiant genibus flexis; Mediolani tamen, & alibi a Clero stante.

28. Diaconus ergo assistentium primus, aut alius aptior Canonicus, ad dextera Episcopi stans, stantibus omnibus, & Episcopo cum mitra versus Synodum cantat: Deo Patri, &c. ut in 4. part. cap. 11. n. 1. desinens in ultima Syllaba per notas fa, re; nisi placeant aliæ ibid. n. 2.

29. Cui respondet Clerus, & desinit iisdem notis.

30. Finitis acclamationibus, sedet Episcopus, & excipit Vicarium, Canonicos, & primores Cleri tam Urbani, quam Foranei ad osculum pacis de more, & cum verbis: *Ÿ. Pax tecum. R. Et cum spiritu tuo.*

31. Qui deinde dabunt pacem per osculum Clericis suis de more, ut in Missa.

32. Secretarius ascendit suggestum, & legit Decretum de dimissione Synodi. Ad laudem Dei Omnipotentis, &c. ut in 4. p. cap. 9. num. 26.

33. Episcopus benedicit Clero, & populo sollempniter, respondentibus Musicis cantoribus, genuflexoque Clero usque ad finem.

34. Publicantur Indulgentiæ per eum, cujus interest in Missa.

35. Diaconus assistens cantat, ut in Pontificali: *Recedamus in pace. R. Clerus: In nomine Christi.*

36. Deponuntur paramenta, & Episcopus, facta oratione ante Altare majus, cum cappa reducit a toto Clero ad Palatium.

Finis totius Synodi Dioecesanæ.

Ordo Synodi Dioecesanæ per duos dies distributa.

SESSIO PRIMA.

1. **D**escribimus eundem ordinem, quem præscripsit Gabriel Palæottus Cardinalis Archiepiscopus Bononiensis in suo Archiepiscop. par. 4.

2. Summo enim mane cum cappa indutus Episcopus, deducitur ab universo Clero in Ecclesiam; ac facta ibi brevi oratione cantat Missam Pontificalem: ad cujus Offertorium solvitur Cathedriticum; Missa est de Spiritu Sancto.

3. Post Evangelium concio brevis habetur, communio Cleri fit ab Episcopo.

4. Finita Missa, pluviale induit, incipit Antiphonam, Exaudi, & facit, ut in Pontificali usque ad Hymnum: Veni creator Spiritus, extra Ecclesiam.

5. In reddito sedent omnes, & Episcopus sermonem habet.

6. Tum leguntur Decreta de non afferendo præjudicio. De querelis, & excusationibus constituendo Judices, & ut præsentis sua nomina infra biduum describi curent, & item de emitenda fidei professione sine instantia Promotoris.

7. Professionem fidei emittunt singuli, qui debent; ii scilicet, qui beneficia obtinuerunt post præcedentem Synodum.

8. Deinde elegitur de residentia utrumque Decretum Conc. Trid. ut sup.

9. Ad instantiam Promotoris finitur prima sessio; & Episcopus benedicit sollempniter, intimata secunda sessione.

A Prandio.

Fit Scrutinium Synodale in Ecclesia absente Episcopo.

SESSIO SECUNDA.

1. **C**omitatus a toto Clero venit Episcopus cum cappa ad Ecclesiam: audit sacrum celebratum a Canonico, neque fit processio.

2. Post Evangelium Missæ habetur concio.

3. Finita Missa induit Episcopus Pluviale, & Mitram, & incipit Hymnum: Veni Creator, & postea sermonem habet, vel ipse, vel per alium.

4. Leguntur deinde Decreta de eligendis Examinatoribus, qui nominantur, & approbantur, jurant statim ad Sancti Dei Evangelia. Approbatio fit per verba: *Placent ne vobis?*

5. Item

(1) Et re ipsa acclamationes factas, inquit Benedictus XIV. *Lib. V. c. 1. §. 11.*, comperimus in Synodo Dioecesanâ Sutrina a 1671. in Dioecesanâ Farfensi a 1685., in Synodo Dioecesanâ Montis Falisci habita ab Episcopo Bonaventura, aliisque non paucis.

5. Item Decretum de eligendis Judicibus Synodalibus, & publicantur.
6. Item de Testibus Synodalibus: sed non evulgantur eorum nomina.
7. Item Decreta condita ab Episcopo de novo.
8. Tum nominantur singuli, qui debent interesse Synodo, & respondent: Adsum.
9. Promotor accusat contumaciam absentium, & instat pro fine Synodi.
10. Rogat item Notarium pro Actorum rogitu.
11. Fiunt Acclamations.
12. Deinde cantatur Te Deum.
13. Benedicit Episcopus sollempniter, cum Indulgentiis.
14. Cantatur Recedamus in pace, &c.
15. Redit ad Palatium Episcopus cum Capitulo, & Clero Cathedralis Ecclesie tantum.

A Prandio.

Finitur Scrutinium Synodale, & audiuntur Foranei ab Episcopo in Palatio.

Ordo Synodi Dioecessana per diem unum ex eodem Archiepiscopali.

UNICA SESSIO.

Fiunt ea, quæ in prædicta Sessione prima, a n. 1. usque ad 5. excepto, quod Missam planam celebrat Episcopus, neque solvitur Cathedraticum in Missa.

2. Legitur Decretum, de non afferendo præjudicio, cum aliis, ut supra num. 6.

3. Emititur professio fidei, ut supra num. 7.
4. Leguntur Decreta Concilii Tridentini de residentia, ut supra num. 8. & alia Decreta Episcopi.
5. Item Decreta de Examinatoribus, Judicibus, Testibus, & eadem fiunt, quæ præcedenti ordine Bonon. sess. 1. n. 4. 5. & 6.
6. Postea solvitur Cathedraticum, monente Notario, a Parochis.
7. Tum vocantur omnes, qui interesse debent.
8. Promotor accusat contumaciam absentium, & instat pro fine Synodi.
9. Idem Promotor rogat Notarium pro Actorum fide.
10. Fiunt Acclamations.
11. Cantatur Te Deum.
12. Benedictio sollempni datur cum Indulgentiis.
13. Dicitur Recedamus in pace.
14. Et redit Episcopus cum Capitulo, & Clero Cathedralis in Palatium cum cappa.
15. A prandio fit Scrutinium in Ecclesia, & audiuntur in Palatio Foranei.

16. Fiunt etiam Congregationes pro arbitrio Episcopi, de casibus conscientie, & de Cæremoniis. Hæc habetur in Archiepiscopali Bononiæ, ubi quotannis hoc ordine cum unica Sessione celebratur Synodus a Clero Bononiensi.

Pro Scrutinio Præfecti deputati statim a prandio adsunt in Ecclesia majori quisque in Cappella assignata sibi, supra quam affigitur scheda in hæc verba.

R. N. D. Præfectus Scrutinii pro Plebano S. N. & Parochiis SS. N. N. N. &c. sed pro quarterio Portæ N. &c. Parochiis SS. N. N. N. &c.

Ad eam confluent ii, qui debent, & interrogantur juxta Tabellam.

DE IIS, QUÆ SYNODUM SEQUUNTUR.

PARS TERTIA.



Peracta Synodo Dioecessana adhuc aliqua peragenda sunt, ne fere inutilis tanta reddatur Actio; & duo præsertim, quæ supersunt, sunt hic examinanda; alterum est circa absentes, nulla allata legitima excusatione; alterum circa Decreta prælo danda, & executioni mandanda.

CAPUT PRIMUM.

De Poena Absentium.

Tam ex vocatione Cleri, quam ex Scrutinio colligendi sunt ii, qui a Synodo abfuerunt, vel a Scrutinio, vel ab utroque.

2. Possunt esse multæ causæ excusantes; quas refert Bottes de Synodo part. 2. num. 56. eas dijudicent Deputati Judices de consensu Episcopi.

3. Poena excommunicationis affici possunt culpabiles in hoc genere, ex eodem Bott. loco citato num. 50.

4. Et ampliat hanc poenam etiam ad illos, qui veniunt, sed non in termino competentis, quod intellige, quando veniunt, Synodo jam absoluta.

5. Eadem poena irrogari possunt ii, qui ad scrutinium non accedunt, ob Decretum in hoc genere promulgatum in Synodo supra in 2. p. sess. 1. num. 55. qui ad eos, &c.

6. Si quis per Procuratorem intervenit, non incurrit poenam. Massobr. de Synodo cap. 3. dub. 6.

7. Nulla potest esse præscriptio, qua minus venire teneantur, qui alioquin venire tenentur, ex eodem Massobrio loco cit. dub. 5.

8. Aliqui Episcopi vice censuræ irrogant poenam quatuor aureorum locis piis applicandorum, quæ poena est tollerabilior, & utilior. (1)

CAPUT II.

De Validitate Decretorum.

1. **V**alere Decreta Synodalia nemini dubium est. Non enim pendent a consensu Cleri, sed a consilio ad summum Capituli, quod Episcopus non tenetur sequi, ita respondet Sac. Concil. Trid. Patriarchæ Veneto die 27. Aprilis 1592. ubi explicat Pontificale (quod videtur velle consensum Cleri per verbum: Placet) non obligare Episcopum, ut consensum requirat Cleri.

2. Ligant autem, & Clerici, & Laici existentes infra limites suæ Dioecesis, quod probat Massobr. de Synodo c. 4. dub. 77. 78. Plura idem ibidem.

CAPUT III.

De Editione Decretorum.

1. **P**rælo dari Decreta Synodi, ut omnibus pateant, laudabile puto, & maxime utile, at non pauca desiderari in ejusmodi Editione.

2. Non enim placeat facere de Synodis Synodum (ut agebat Carolus a Basilica Petri Episcopi Novariæ) & cum delectu rerum Ordo quoque Decreto est attendendus.

3. Et quidem omnia Decreta conveniunt cuique loco, plura in amplioribus Dioecesibus, pauciora in angustioribus, in quibus satis est ea decernere, quæ ut plurimum ibi possunt accidere.

4. Ordo Decretorum est duplex: alter est, qui pro dignitate materiæ, sicuti altera est altera nobilior, ita nobiliori danda erit prima sedes; alter est ex parte conditionis legum: nam Concilia Provincialia subsunt Generalibus, & Dioecessanæ Synodi Provincialibus.

5. Ordo igitur materialium hic esse posset: ut primo de rebus, deinde de personis agatur. Rerum autem hic Ordo.

PARS PRIMA.

DE Fide, & ejusdem professione.

De Hæreticis.

De Doctrina Christiana.

De Sacra Scriptura, & ejus abusu.

De Librorum impressione, venditione, & prohibitione.

De Prædicatione Verbi Dei.

De præbenda Theologica.

De Blasphemia, & societate nominis Jesu.

De Sacris Reliquiis, & imaginibus.

De Repræsentationibus sacris.

De Miraculis novis.

De Veneficis, & magicis artibus.

De Festis diebus, & Vigiliis, & earum observatione.

PARS SECUNDA.

DE Sacramentis in genere.

De Baptismo, valis, &c.

De Confirmatione.

De Eucharistia, ejusque custodia, & administratione.

De Celebratione Missarum.

De Pœnitentiæ Sacramento.

De Calibus reservatis.

(1) Confer de his omnibus Benedictum XIV. Lib. 3. cap. 12.

De Ordine Clericorum .
 De Extrema Unctione .
 De Matrimonio .
 De Exorcismis .
 De Oratione 40. Horarum .
 De Indulgentiis .
 De Horis Canonicis, & Missa sollempni .
 De Chori disciplina .
 De Officialibus Chori .
 De Musico cantu .
 De Reverentia Ecclesiis debita .
 De Oratoriis .
 De Processionibus variis .
 De Funeribus, & Exequiis .
 De Sepulturis .

P A R S T E R T I A .

DE Fabricis Ecclesiasticis, Ecclesiarum, & Altarium &c.
 De Archivo Cleri .
 De Bonis Ecclesiasticis, & Juribus .
 De Legatis piis .
 De Inventariis bonorum .
 De Locationibus .
 De Oblationibus .
 De Decimis, & Primitiis .
 De Immunitate Ecclesiarum .
 De Beneficiis, & eorum collatione, permutatione, unione, pluralitate .
 De Pensionibus .

P A R S Q U A R T A .

DE Vicariis Foraneis .
 De conventibus Cleri .
 De Parochis, & eorum Juribus .
 De eorum Residentia, & aliorum .
 De Canonicis, & Distributionibus .
 De Vita, & honestate Clericorum .
 De Seminario Cleri .
 De Clericalibus ædibus .
 De Armis, ludis, spectaculis, & negotiis sæcularibus fugiendis .
 De Regularibus, & Exemptis .
 De Monialibus, & earum Ministris .
 De Monialibus, quæ dicuntur Poenitentes .
 De Confratris laicorum .
 De Societatibus mulierum .
 De Locis piis .
 De Monte Pietatis .
 De Medicis .
 De Ludimagistris .
 De Peregrinis, & peregrinationibus .
 De Quæstuariis .
 De Histrionibus, & Cingaris .
 De Judæis .
 De Concubinariis, adulteris, &c .
 De Meretricibus, & lenonibus .
 De Usurariis .
 De Cauponis, Aleatoribus, &c .
 De Taxa fori judicialis .
 De Feriis .
 De Officialibus fori Episcopalis .

De iis quæ generatim spectant ad observantiam Decretorum, poenis, interpretatione, &c. si quæ hic desiderantur, revocari possunt ad unum ex prædictis titulis .

6. Alter item Ordo est adhibendus in Decretis de eadem materia, ut Decretis detur primus locus, quæ sunt mere Concil. Trident. facta de eo mentione: secundus locus Decretis Provincialibus, si quæ sunt: tertius Decretis Dioecesanis Prædecessoris: postremus propriis Episcopi Decretis .

7. Præter citationem Auctorum, a quibus Decreta sunt hausta, ut dictum est, abstinere a citatione Doctorum, etiam in margine; legislator enim non tenetur causam dare, nisi in gravissimis, & valde novis .

8. Onerant etiam aliqui Episcopi Clerum suum ad emendum librum Synodalem, in quo sunt Edicta omnia Episcopalia, & Formulæ variæ, quæ non attinet ad omnem Clerum, quæ cum distinctione esset agendum, ut Parochi tenerentur ad emptionem totius voluminis; alii ad eam partem, quæ communia Decreta Synodi complectitur, salvo meliori iudicio,

9. Quod si in Edictis servaretur ille ordo, juxta quem debet per annum ea publicari intra Missarum sollempnia, appositio die, quo ea publicari debent, duplex inde oriretur com-

modum; ut scilicet non ita facile obliviscerentur Parochi evagationis; tota Civitas cum Dioecesi eadem die audirent eadem contenta in Edictis. Distributio vero Edictorum fieri debet juxta qualitatem materiæ accommodatam tempori, ut de Matrimonio in Festis Natalitiis, de Quadragesima paulo ante initium ejusdem, & ejusmodi ratione in aliis temporibus servata .

10. Placeret una cum Decretis Synodalibus edi Catal. SS. loci, & Episcop. cum brevissima narratione rerum ab iis sancte gestarum .

C A P U T I V .

De Approbatione Decretorum Synodaliū .

1. **N**on tenetur Episcopus, antequam præludentur, ea exhibere Civitati, seu Magistratibus ejusdem: qui si deinde velint reclamare, id faciant postea cum Superioribus Episcoporum, ita Sac. Congreg. Card. super negotia Episcoporum in una Tifernat. 14. Aprilis 1615 .

2. Neque tenetur ea Romam mittere ad sacram Concilii Tridentini Congregationem, ad quam mitti debent Decreta Concilii Provincialis, ut Episcopo Otiensi respondit Cardin. Caraffa nomine prædictæ Congregationis prid. Cal. Decembris 1586. Vise Plasacium in Praxi Episc. p. 2. c. 2. v. expeditis n. 12 .

C A P U T V .

De Statu Ecclesie describendo .

1. **E**x visitatione primum: tum ex Synodo, & Synodali Scrutinio hauritur integre totius Ecclesiæ status ab Episcopo, qui describendus est, ut, cum ad limina Apostolorum Romam accesserit, seu Procuratorem miserit, statum Ecclesiæ suæ referre queat ad Sacram Conc. Trid. Congreg.

2. Hærent autem multi hac re, & dum legerem Romæ varias hujusmodi relationes, placere mihi nonnullæ supra alias, quarum seriem dabo libenter de hoc loco, additis quibusdam opportunis monitionibus .

3. Brevissimo proœmio utendum est, tacitis iis, quæ in laudem sunt Episcopi circa diligentem, & laboriosam Visitacionem, & Synodum .

4. Quæ lævia sunt, & nimis minuta, reticenda, & quæ etiam læpius decantata in aliis Relationibus. Prima tamen descriptio debet esse accuratior .

5. Scribendum quidem in prima persona V. G. Visitaturi Sacra limina Apostolorum hæc attulimus, ex quibus intelligi potest Ecclesiæ N. status, sed in reliquo textum narrandum est, ac si de tertia persona sit sermo. V. G. Habet igitur Ecclesia N. varios fines, & limites Dioecesis, &c .

6. Et Ordo rerum narrandarum hic esse potest, primo de Civitate agatur, deinde Dioecesi, in Civitate prius de Ecclesiasticis, quam de laicis, inter Ecclesiasticos prius de Clero sæculari, quam de Regulari, in Clero sæculari prius de Cathedrali, quam de Collegiatis, & de his, quam de Parochiis, & de his ante alias Ecclesias .

7. Fines, & limites Dioecesis varii cum vicinis Dioecibus sunt describendi, deinde Eccles. Catedr. quoad materiam, tum quoad personas, dignitates nimirum, & Canonicos, tum beneficia, Altaria dotata, sacra supellex, SS. corpora, & reliquæ insigniores: Chori disciplina, Festa propria loci cum Officio Divino; redditus, onera, & similia. Palatium, ædes Episcopi, & Canonicorum. Habitus eorundem in Choro .

8. Collegiatæ quot, Canonicorum numerus, divina Officia, Onera, Habitus .

9. Parochiæ quot, sæculares, & regulares, Redditus, Habitus .

10. Clericorum seminarium, unum vel plura. Conventus Cleri, si quis est .

11. Aliorum Sacerdotum numerus, & Clericorum Communia, seu Communitaria, quæ habetur alicubi .

12. Regularium virorum Monasteria, Monialium item sub Ordinario, vel Regularibus .

13. Confratris laicorum, loca pia, Montes Pietatis, Hospitalia .

14. Oratoria, & scholæ Doctrinæ Christianæ .

15. Functiones nobiliores per annum, ut conferentiæ casuum conscientiarum, & conciones, præter Quadragesimales, & ejusmodi .

16. In Dioecesi Collegiatæ quot Parochiæ, loca Regularium, Confraternitates laicorum, &c. ordine, quo supra .

17. De qualitatibus populi in genere .

18. De Collegiis Doctorum, & de Academiis litterarum, si quæ habentur .

19. De Foro, & Tribunali Episcopali .

FORMULA SUMMARI

Prædicti status Ecclesiæ.

CAPUT VI.

Perusina Status hic erat Anno 1622.

Describam, quem alias confeci, Laudensis Ecclesiæ statum, & Ecclesiæ Perusinae, sub Episcopis Seghizio, & Comitulo, eorundem jussu.

Laudensis Status hic erat Anno 1619.

Præposituræ) sine cura animarum 2.
) cum cura animarum 8.
 Collegiatarum 2.
 Archidiaconatus 1.
 Cantoria 1.
 Archipresbyt. cum animarum cura 11.
) cum residentia 23.
 Canonici) sine residentia 27.
 Abbatia sacul. 3.
 Prioratus 3. Præceptoria 1.
 Commend. 1.
 Rectoria) cum animarum cura 85.
) sine cura 11.
 Parochiæ omnes 104.
 Capellaniæ Tit. 104.
 Clericatus Tit. 29.
 Communantia Benefic. 1.
 Beneficia omnia 213.
 Mansionariæ 13.
 Vicariatus Foranei 10.
 Ecclesiæ omnes 160. hoc est
 Collegatæ, Parochiales simul 3.
 Parochiales) saculares 94.
) regulares 7.
 Aliæ saculares 17.
 Regulares 28.
 Monial. 11.
 Oratoria Confratrum 140.
 Loci sacri omnes. 130.
 Consortium Cleri 1.
 Sodalitas quædam Cleri 1.
 Scholæ variæ laicorum 205.
 Scholæ Doctrinæ Christianæ 127.
 Loca pia 19.
 Communantiæ 8.
 Missæ quotidianæ annuæ ex obligatione 189.
 Aliæ per annum ex obligatione 24927.
 Totus Clerus cum Monialibus 1257.
 Animæ communionis 57131.
 Aliæ 34263.

Collegiata 1.
 Cum Archipresbytero, Archidiacono, & Canonicis 15.
 Beneficiatis 15.
 Clericis perpetuis 6.
 Capellanis amovibilibus 8.
 Et aliis juxta legata quædam. Poenitentiaria cum duobus
 perpetuis coadjutoribus.
 Clericis Regularibus S. Pauli.
 Parochiæ in Civitate 36.
 In suburbiis 9.
 Saculares 33.
 Reliquæ Regulares, in Dioecesi 195.
 Fontes baptismales in Civitate 4.
 In Dioecesi 63.
 Abbatia 17.
 Saculares 11.
 Regulares 6.
 Commendæ Militares 9.
 Collegia Clericorum 4.
 Beneficia si-) cum residentia in Civitate 27.
 ne cura) sine residentia 15.
) sine residentia in Dioecesi 91.
 Monasteria virorum in Civitate 22.
 In Dioecesi 26.
 Monialium Monasteria in Civitate 20.
 in quibus celebratur in civitate 21.
 in Dioecesi 41.
 Oratoria) ubi non celebratur, in civitate 3.
 in Dioecesi 12.
 Societas laicorum cum sacco in civitate 36.
 in Dioecesi 168. sine sacco in civitate 24.
 in Dioecesi 102.
 Montes pii 2.
 Domus piæ 4.
 Hospitalia 2. ægrotorum.
 Hospitalia peregrinorum, in civitate 14.
 in Dioecesi 41.
 Collegium Scholasticorum sub Ordinario 1.
 Totus Clerus 1257.
 Sæcularium 405.
 Regularium 850.
 Monialium 1150.
 Animæ laicorum commun. in civitate 12152. in Dioecesi
 28949.
 Omnes in civitate 19472. in Dioecesi 43332.
 Omnes igitur 62804.



PARS QUARTA,

IN QUA TRADUNTUR VARIE FORMULÆ SYNODALES,

Quæ significatæ fuerunt in Præcedentibus.

CAPUT PRIMUM.

Pro indictione Synodi.



Formula publicandi Synodi in Festo Epiphaniæ cum Festis mobilibus habetur in cantu proprio in Pontificali partis tertiæ: initio.

2. *Alia Formula pro eodem die habetur in Actis Eccles. Mediol. nimirum.*

HOc anno dilectissimi, ad Dei omnipotentis, Beatæque Mariæ semper Virginis, ac SS. NN. Patronorum nostrorum laudem Synodus Diocesana die..... nisi aliud Episcopali auctoritate Decretum fuerit adjutrice divina gratia, celebrabitur. Piis igitur vestris precibus instare, ut Civitas, & Diocesis nostra salutaribus vitæ Christianæ institutis augeatur, & suffragantibus eorundem Sanctorum meritis, ex iis uberiores fructus in dies ferat in Domino. Amen.

3. *Formula Edicti pro indicenda Synodo, ex Cerem. Episcoporum. lib. 1. cap. 31.*

Synodus Diocesana N. per Rever. D. N. indicta hoc anno.... mense..... die..... Deo adjuvante in Cathedrali Ecclesia inchoabitur.

4. *Alia Formula Edicti ex Actis Eccles. Mediolan. & Novariens.*

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

Synodum Diocesanam hoc anno, Deo juvante habituri, ut SS. Patrum instituta, præceptaque sequamur, neque pereat fructus ille, quem ex ea capere omnes possumus, Monemus in Domino, ac pœnis Sacrorum Canonum, seu aliis ad arbitrium nostrum propofitis, jubemus in virtute Sanctæ Obedientiæ omnes etiam Regulares, qui in Diocesi nostra beneficia, etiam simplicia, ac cujusvis generis vel titulo obtinent, vel alias inserviunt, a eos item, qui sacris ordinibus initiati sunt; omnes etiam, qui b in minoribus sunt constituti, qui in habitu, & tonsura incidentes alicujus Ecclesiæ servitio adscripti sunt & quocumque, quid de jure, vel consuetudine Synodo hujus Diocesis interesse debent, die.... mensis.... proximi in nostram Cathedr. Eccles. N. convenire, neque vero pro se alios mittere, nisi qui legitima causa sint impediti, quam nobis probaverint. Volumus autem, ut hæc Synodi indictio affixa valvis Cathedralis Ecclesiæ, perinde omnes, & singulos interesse debentes afficiat, ac si fuisset singulis singularim intimata. Dat. &c.

ANNOTATIO. §. 1.

IN Provincia Mediolanensi tenentur accedere Subdiaconi, & Diaconi quoque.

b In Diocesi Perusina, & aliis, vocantur etiam Clerici; standum erit locorum consuetudini.

5. *Formula propagandi Synodum.*

Synodum Diocesanam, quæ jussu nostro indicta erat die... mense..... prorogamus dignis de causis, ac differimus ad diem..... mensis..... proxime futuram, vel in diem arbitratu nostro statuendam, & aliis litteris edicendam. Datum, &c.

6. *Formula indicenda Synodi pridie Sessionis prima.*

Crastina die, quæ erit.... mensis.... anni.... Hora. Omnes, qui Synodo interesse debent, adsint superpelliceis induti in Palatio Episcopali ad deducendum Reverendissimum in Ecclesiam Cathedrali.

Qui, Beneficio obtento, nondum in Synodo professionem Fidei emisit, ferat secum schedulam, in qua scriptum sit nomen, cognomen professuri cum titulo Beneficii, quam, emissa professione, tradet Magistro Actorum Episcopali, seu Notario Synodali.

CAPUT II.

Formula Præmonitionum Cleri.

UT instructior accedat Clerus ad Synodum, præmoneri debent de sequentibus arbitrio Episcopi.

2. Accedant cum vestibus talaribus, & birretis, & super-

Gavant. Tom. III.

pelliceis mundis. Canonici, & Parochi cum Ecclesiasticis eorum insignibus, omnes cum decenti tonsura.

3. Afferant literas, seu Bullas Beneficiorum suorum ii, qui adhuc in Visitaciones non exhibuerunt, sub poena aureorum... pii loci applicandorum.

4. Qui sine titulo Ecclesiis inserviunt, sive Curati, sive Capellani nomine, & ii præsertim, qui Confessiones audiunt; litteras afferant facultatis, seu deputationis suæ.

5. Parochi deferant eorum nomina, qui peccata sua non sunt confessi, & in Paschate sacram Communionem non sumperunt excommunicatorum item, blasphemorum publicorum, concubinariorum, conjugum divorsum, & similibus personarum, quæ aliis scandalo sunt, necnon abusus tollendos, recenseant quoque numerum animarum, quas habent in Parochia, quot defuncti sunt ab ultima Synodo, quot baptizati, quot matrimonio juncti.

6. Beneficiati, & Curati afferant Inventaria bonorum stabili-um, & mobilium Ecclesiæ suæ, sacræque supellectilis, qui nondum detulerunt, aut si habent, quæ addant, renovent, aut suppleant, & ut in librum referri queant, ea scribi curent in folio, caractere apto, & in charta uniformi, quam vocant, &c.

7. Afferat unusquisque Breviarium, & Calendarium hujus anni cum nomine suo scripto in prima pagina.

8. Qui legitime impediti non venerint, transmittant tamen ad nos prædicta.

9. Die Dominica, quæ proxime Synodum præcedit, Parochi, qui præsertim Capellanos non habent, inquirent publice in Ecclesia, si qui sint ægroti in Parochia, ut illos visitent etiam non requisiti; & eos commendent vicinis Sacerdotibus seu Regularibus, ne durante Synodo fiat eorum mora periculi occasio, ubi vero non sunt Sacerdotes, Nos quam primum consulant, ut provideamus.

10. Ad Tabernas, seu cauponas in civitate ne divertant, Nobis inconsultis, aut Hospiciorum Præfecto; neque ad laicorum ædes, nisi propinquorum, & in Hospiciis a Nobis deputatis cibum sument, & pernoctabunt.

11. Parochi interim sæpius moneant populos suos ut uberem fructum a Deo piis precibus postulent, & ut die Dominico Synodum proxime antecedenti ad eundem effectum rite confessi communicent; idemque multo magis præstent Clerici, qui ad Synodum venerint, in prima Missa Synodali.

12. In feriis quintis ante Synodum a die..... Missæ de Spiritu Sancto fiant, vel Collecta dicatur, & in Festis diebus Parochi Litanias Sanctorum ante Missam cum populo recitent.

13. Vicarii Foranei, seu eorum Vicesgerentes adsint coram Nobis die.... cum notulis eorum, qui in ipso Vicariatu interesse Synodo debent, quod idem faciant Parochi de civitate, notato cujusque nomine, cognomine, ordine sacro, titulo dignitatis, & beneficii.

CAPUT III.

Formula Epistolarum Synodaliæ.

1. *Formula litterarum ad Vicarios Foraneos.*

Molto Reverendo Vicario. Desideriamo da voi conforme all'uffizio vostro quelli ajuti maggiori, che potete portare alla santa azione Sinodale, e però, se a quest'ora non avete finito di visitare, ericonoscere le Chiese a voi raccomandate, conforme agl'ordini, per poterci dare compita informazione di quanto bisognerà, non mancherete di compirlo con ogni diligenza.

Rivederete di nuovo gl'ordini, che in diversi tempi abbiamo mandati, e ne procurarete in tanto l'esecuzione, che potrete; acciocchè ce ne potiate dare compita informazione.

Intenderete i bisogni di tutte le Parochie, che sono sotto il vostro governo per ricevere di qua le opportune provvisioni.

Portateci nota del vostro Clero, e di quei, che non risiedono, e che non servono alle Chiese, alle quali sono ascritti. Avvertirete, s'alcuna cosa v'occorrerà da dirci circa i Regulari.

Ci darete in scritto gl'abusi, e mancamenti comuni del Clero, e popoli.

Provederete, che nel vostro Vicariato restino persone idonee a ministrar i Sacramenti per tutte le Parochie, ed avviateci, se bisogna, prima di disporre de' soggetti.

Avviserete i Curati, che vengano istrutti per darci conto delle esecuzioni ordinate nella sua Cura, ovvero degl'impedimenti.

Avvertite, s'alcun Ecclesiastico tiene donna in casa senza nostra licenza, e rivedete tutte le licenze di questo.

Darete ordine a tutti gl' Ecclesiastici, che portino al Sinodo le fedi de' loro Confessori di quanto spesso si confessano, e che si eseguiscono le nostre premozioni già divulgate con l' Editto.

Non mancherete poi di ritrovarvi da noi almeno il giorno già ordinato; con che vi vi benediciamo. D. N.

2. *Formula litterarum ad nunquamque Testem Synodalem.*

Reverend. nobis admodum dilecte. Jam dies Synodo constitutus adveniat, & quæ tunc per Nos decernenda erunt, prius accurate sunt consideranda.

Vix putamus te eorum oblitum, quæ in superiori Synodo, ut Testis Synodalis solemniter juramento spondidisti: monemus igitur, ut lectis his nostris, statim, quæ ad officii tui partes spectant, aggrediaris, & omni diligentia, & celeritate explas; & quæ referenda habueris, litteris consignata ad nos mittas, ut mature possimus de his deliberare, si quid autem coram, tibi erit agendum, Nos adeas ante diem Synodo constitutam. Datum, &c.

3. *Formula Epistolarum ad Regulares.*

Reverendi Patres: Pax Christi. Siamo per celebrare il Sinodo del Clero di questa Diocesi con l'ajuto di Dio alli.... del presente nel quale è gran bisogno d'implorare la Divina Clemenza, che dia lume, e spirito a noi, ed a tutti i Ministri di questa sacra vigna.... per conoscere gl' obblighi nostri, ed adempirli, e che esaudisca l' orazioni, che unitamente si faranno. Ed ancora che confidiamo, che le RR. vostre, come deputate da Dio ad aiutare questo sacro ministero a servizio di Dio, e beneficio dell' anime, e perciò sostenuti da' beni di questo paese, non mancheranno di concorrere col suo ajuto a quest' azione Sinodale, tanto principale fra tutte l'altre azioni Ecclesiastiche, ed importanti alla pubblica utilità di tutti i Fedeli, abbiamo tuttavia voluto dar alle RR. vostre quest' avviso, acciocchè con l' orazioni, e sagrifizj suoi vogliano accompagnarla; pregando Dio, che si degni essere in mezzo di tanti suoi ministri con darci lume di conoscere bene gl' obblighi nostri, e spirito d' adempirli; e risguardare con la sua infinita misericordia l' orazioni che si faranno, ed i sagrifizj, che si offeriranno ad onore di S. D. M. e beneficio della Diocesi tutta, ed anche della Chiesa Cattolica. Saranno dunque contente le RR. vostre d' applicare a questo fine i Sacrificj loro e dire la Colletta dello Spirito Santo, ed istituire orazione comune d' ogni giorno nel loro Convento, e ciò dalla ricevuta di questa sino che sia licenziato il Sinodo. Ricordiamo ancora, se pure è bisogno, alle RR. vostre l' edificazione da darsi da' Religiosi a tutti questi Sacerdoti, e Chierici di fuori in quello che loro occorrerà di trattare seco, piacerà al Padre Superiore la fera innanzi il Sinodo, quando si suonerà al Duomo, far seguitare con le sue campane, e dare un segno solenne, e lungo; e gl' invitiamo tutti ad accompagnare la Processione che si farà la mattina del detto giorno.... per principio del Sinodo all' ora.... La pace del Signore sia sempre con le RR. vostre, alle quali c' offeriamo di buon cuore.

Dal Palazzo Episcopale a' dì....

Formula Epistolarum ad Moniales.

Reverende Madri: Pax Christi. Il Sinodo, che siamo per celebrare alli.... del presente di questa nostra Diocesi, azione molto importante a pubblico beneficio degl' Ecclesiastici, e laici: poichè si congregano in essa tutti i Sacerdoti, e Pastori dell' anime per riconoscere gl' obblighi e carichi suoi, a dimandar lume, e spirito da Dio per adempirli; e pregare unitamente S. D. M. per se stessi, e per tutti i Fedeli della medesima Diocesi, anzi per tutta la Chiesa Cattolica, onde potere conoscere, figliuole, e sorelle, che ancora a voi tocca la vostra parte del Sinodo, come quelle che sarete partecipi non solo di quelle comuni orazioni, ma di particolari ancora, e per questo, e più per essere voi ritirate fuori del secolo, e dedicate propriamente al servizio di Dio, aspettiamo da voi in questa occasione calde, e continue orazioni, acciocchè si riportino in questo Sinodo le grazie, che si desiderano dal Signore a gloria sua, per il che reciterete ogni giorno unitamente, cominciando ora, le Litanie, con aggiungerci i Santi che hanno i Corpi in questa nostra Diocesi, e di più i tre giorni del Sinodo compartiate l' ore tra voi in modo, che dalla mattina alla sera sempre una di voi sia nella Chiesa ad orare, procurando di farlo in tal modo, e con spirito tale, che ne riesca spiritual giovamento al pubblico, ed a voi stesse ancora: Col qual fine noi vi benediciamo. Dal Palazzo Episcopale a' dì....

C A P U T IV.

Formula Tabellarum imprimendarum.

1. *Formula Tabellæ de Synodali Disciplina.*

Sacerdotalis persona officia Clerus secum cogitans, tum actionem quoque Synodalem, cui Spiritum Sanctum adesse confidimus, animo esse studeat semper religiosis cognitionibus instructo, ad ea officia attento, qua sacrum virum, denique ministrum præstare decet.

In cognitione earum rerum fixi Sacerdotes & Clerici, quarum causa huc venerunt, ne aliis negotiis implicentur.

Non solum a malo, sed ab omni suspitione, & specie mali abstineant.

In hospitio modestiam loquendo, edendo, atque adeo semper fervent diligenter, præsertim ubi laici adsint.

Per plateas non vagentur, neque curiose discurrant.

Orationi sese deditos præstent, ut sibi, populisque in actione Synodali auxilia salutaria a Deo impetrent.

Sacerdotes Missæ sacrificium quotidie celebrent, non in Ecclesiis Monialium sine nostra facultate, seu Vicarii Generalis.

Ad Synodalem sessionem statuta hora indicta sollicitè conveniant, non raptim, sed graviter.

Bini quoad fieri potest conveniant, audito campanæ sono.

Capitula, & Clerici Ecclesiarum Collegiatarum conveniant collegiatim, Cruce prælata.

Mane priusquam conveniant, cibum ne capiant, sed adsint jejuni.

Ubi convenerint Clerici Dioecesani, loco constituto in Capellis SS. NN. superpelliceo mundo, aut alias vestes pro beneficii ratione induant.

Decenter induti ad proprium Synodalem locum quiete veniant.

Ordine confideant ad Præfectorum præscriptum, seu Magistrorum Cæremoniarum.

Nec voce obstrepant, neve collocutionibus mutuis operam dent.

Ne alia ratione rem Synodalem perturbent.

Silentio urantur, tum maxime, cum de suggestu aliquid edicitur, pronunciatum aut legitur, quod quidem attentissime audiant.

Omnes attentè sint, & Clericis deputatis pareant, ut, cum standum est, stent; cum genua flectenda sunt, flectant, cum sedendum, sedent.

Ne quis a suo loco discedat nisi absoluta Sessione, aut necessaria de causa, cum autem discedere necesse est, facultatem a Vicario Generali petat, reversus ad eum veniat, antequam suo loco confideat.

2. Sessione absoluta, omnes silentio utantur, nec quisquam e loco ante discedat, quam Reverendiss. Episcopus e Synodo abierit.

Nec vero raptim, turbulenterve, sed graviter, decoroque incessu.

Caveant denique omnes quæcumque, & Ecclesiasticæ disciplinæ, & Synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minime conveniant.

Præfetti Synodalis disciplinæ Tabellam hanc accuratissime ipsi exequantur, idemque a reliquis fieri omni diligentia curent.

Si quos, contra quam præscriptum est, agere animadvertint, primum eos moneant, & corripiant; deinde, si non abstinent, ad Vicarium Generalem deferant, ut Canonice subjaceant disciplinæ.

3. *Formula Tabellæ precum in processione prima.*

H Y M N U S.

Veni Creator Spiritus.
Ave Maris Stella.

Et alii de tempore Paschali, si eo tempore celebratur Synodus.

Ad coenam Agni providi, &c.

Clero Paschali gaudio.

Tristes erant Apostoli.

Et de Sancto Patrono.

P S A L M I.

Exultate justi in Domino. Psalm. 32. in Fer. 2.
Deus misereatur nostri. Psalm. 65. in Laud. Dom.
Exurgat Deus. Psalm. 67. in Fer. 4.
Quam dilecta tabernacula. Psalm. 83. in Fer. 6.
Fundamenta ejus. Psalm. 86. ibid.
Ecce quam bonum. Psalm. 132. in Vesper. Fer. 5.

Orationes in Ecclesia, ad quam itur.

DE Spiritu Sancto. De Beata Virgine. De Sancto Titulari illius Ecclesiæ. Pro Ecclesia. Pro peccatis, & ejusmodi.

4. *Formula Tabellæ disciplina Processionalis.*

Qui Crucem in Processione fert, Clericus saltem sit superpelliceo indutus, servet in omnibus decorem tanti Vexilli, quod præfert; apte, decore, & recte ferat, graviter, & religiose incedat.

Acolythi hinc inde, cum candelabris accensis, & in angustiiori loco præeant, Crucifer sequatur.

Clerus ordine sequatur cum reverentia, & religiosa devotione, ut exemplo suo excitetur populus ad orationem.

Salutationibus non vacent, colloquiis inter se abstineant, oculorum vagationem vitent.

Bini æque procedant, & ne minimum quidem ab ordine discedant.

Certum spatium semper servant inter se, circiter decem pedum. In via numquam subsistant, nisi iussu a Præfectis.

Ne interrumpatur processio, neque laici inieponantur, curent.

Chirothecas ne habeant; Pileum ne gestent, neque flores in manu.

Hymnos, & Psalmos canant ad præscriptum, & de libro, ne errent.

Capite aperto sint intra Ecclesiam. Ad altaria, quæ sunt in via, & cum Sacræ imagines occurrunt, caput aperiant.

Omnia præterea in orando, procedendo, consistendo, aut aliquid in processione de more agendo, rite, & decore faciant, ad præscriptum Præfectorum, quorum est omni diligentia cavere, ne quid errati committatur.

5. Formula Tabella Capitum orationis publica in Synodo.

Orent omnes pro Sanctis. D. N. Papa N. & pro Ecclesiæ Catholicæ Romanæ tranquillitate.

Pro N. Provinciâ, & ejus Prælati, si Episcopus est sub Provinciali.

Pro Sereniss. N. Rege, vel Duce.

Pro Christianæ disciplinæ augmento in hac civitate, & Dioecesi, & ubique locorum.

Pro salutari hujus Synodi successu.

Pro constanti, perpetuaque cleri, populique, in bene, pieque agendo, perseverantia.

Pro Ministris etiam, qui ad hujus Ecclesiæ cultum adhibentur.

Pro perfecta omnium Decretorum executione.

Possunt etiam hæc capita vulgari lingua imprimi ad laicorum instructionem, ut, ipsi orent pro iisdem.

6. Formula Tabella Scurtinii.

A Præfectis Capitulorum.

An Missæ Conventuales, & Horæ Canonice celebrentur ad præscriptum?

An Punctatores officium suum præstent.

A Parochiis.

An Orationes pro Synodo procuraverint, an Missa de Spiritu Sancto sit celebrata?

An habeant sermonem ad populum diebus Festis.

Quæ nundinæ diebus Festis habentur in propria Parochia?

An attulerint notulam eorum, qui non sunt confessi, vel non communicati in Paschate?

An statum animarum renovarint?

An Doctrinæ Christianæ docendæ dent operam?

An dederint notulam blasphemorum, concubinariorum, conjugum divorum, &c. & munerum animarum, defunctorum, baptizatorum, matrimoniorum, excommunicatorum?

An confecerint Cathalogum cleri in sua Parochia juxta præmonitiones editas?

An onera Missarum habent, & quæ?

An sæpius confiteantur, & attulerint ea in testimonium?

An resideant, ubi habitent?

An Rituali Romano utantur?

An evulgent jejunia, & Festa?

An libros habeant Parochiales ad præscriptum dicti Ritualis?

A Beneficiariis.

An attulerint litteras collationis, sed hæc vidantur extra synodalem sessionem.

Quanam sit eorum obligatio?

An inventaria confecerint bonorum?

An Decreta Visitationis impleverint?

A Singulis.

An Breviarium cum Calendario habeant?

An consistantur?

An superpelliceum mundum?

An tonsuram?

An vestem talarem?

An caligas, & collaria ad formam?

An calceos, birretum, annulos, capillos, barbam, quæ Clericum decent?

An noverint cantum Gregorianum?

An aliquod occurrat in Clero, vel populo corrigendum?

CAPUT V.

Formula alia exaranda majori charactere.

1. Formula Brevis Professionis Fidei.

Ego N.N. recipio, promitto, spondeo, profiteor, detestor, anathematizo, voveo, & juro, ut in Decretis, & Gavanti. Tom. III.

Formula professionis Fidei ex Bulla modo lecti, singula singulis referendo: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

2. Formula jurisjurandi ab Examinatoribus præstandi.

Ego N.N. Examinatoris officium, quod suscepi, promitto, spondeo, ac juro, me fideliter, & sincere, quantum in me est, executurum; sic me Deus adjuvet, & hæc Sanctorum Reliquiæ, si hæc adhibeantur.

3. Formula juramenti a Testibus Synodalibus præstandi.

Ego N.N. Testis Synodalis a Reverendissimo Episcopo nominatus, promitto, spondeo, & juro, quod a modo in antea quicquid novi, aut audivi, aut postmodum inquisiturus sum, quod contra voluntatem Dei, aut rectam Christianitatem in regione mihi commissa factum sit, vel futurum erit, si in diebus meis evenerit tantum, ut meam cognitionem quocumque modo, si scivero, aut judicatum fuerit mihi synodalem causam esse, & ad ministerium Reverendissimi Episcopi pertinere quod ego nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam ullatenus celabo Reverendissimo D. Episcopo, aut ejus misso, qui hoc me interrogaverit; sic me Deus adjuvet, & hæc Sanctorum Reliquiæ.

4. Formula juramenti Punctatorum.

Ego N.N. & promitto, & juro, me in Officio meo Punctatoris obeundo fidem, ac diligentiam præstaturum ad præscriptum Decretorum, & Tabellæ mihi a Reverendissimo Episcopo tradendæ, seu traditæ, sic me Deus adjuvet, & hæc Sanctorum Reliquiæ.

CAPUT VI.

Formula Edicti de Processione.

N. N. dell' una, e l'altra legge Dottore, Protonotario Apostolico, Vicario Generale della Corte Episcopale di N. Dovendosi nel giorno..... di questo mese cominciare il Synodo Diocesano alle ore.... con questo Editto, il quale affisso alla porta della Chiesa Cattedrale vogliamo, che così astringa ciascuno a chi spetta, come se gli fosse personalmente intimato; avvisiamo tutte le Confratrie di questa Città e Borghi; tutti li Conventi di qualsivoglia Religione dentro, e fuori di essa Città (si ea est consuetudo) e tutte le persone Ecclesiastiche benefiziate, e non benefiziate di qualsivoglia ordine, ancora di prima tonsura, che abiti in questa Città, e Borghi, obbligate di ragione, o consuetudine ad intervenire al Sinodo Diocesano, che'l detto giorno all'ore dette insieme con il Clero Diocesano a ciò dimandato, si trovino nella Chiesa Cattedrale le Confratrie con i suoi abiti, e Croci, i Regolari sotto le sue Croci, seguendo però tutti la Croce della Cattedrale, ed ognuno abbia l'abito suo conveniente, e le cotte monde per accompagnare la processione generale, che si farà per principio del Sinodo, dal quale ne speriamo bene universale a tutte l'anime di questa Città, e Diocese. Avvertendo, che contra i contumaci si procederà con pene pecuniarie, e dell' interdetto, secondo le qualità loro. Dato nel Vescovato, ec.

CAPUT VII.

Formula pro Promotore.

1. Instantia Promotoris pro Fidei professione.

Reverendissime Pater, & Domine. Cavit Sacrosanctum Concilium Tridentinum, ut omnes, qui beneficia Ecclesiastica consecuti sunt, & qui Synodo Diocesanæ interesse debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, fidei professionem faciant, ac præstent, prout illa Tridentini sanctione expremssum est.

Ideo ego N.N. hujus Synodi Promotor humiliter peto, requiro, sanctionem illam legi, & ad præscriptum ab iis, qui tenentur, omnia, & singula præstari.

Si fuerint duo Promotores, in prædicta formula, & sequentibus dicatur.

Nos N.N. & N.N. hujus Synodi Promotores humiliter petimus &c.

1. Instantia contra absentes, quam repetit Promotor bis in die, ut supra.

Reverendissime Domine. Cum jam dies.... mensis.... venit, quia omnes, & singuli Ecclesiastici Ordinis homines hujus urbis, & Dioecesis ad præscriptum legitime moniti Synodo huic jam præsentem adesse debent: cumque multi non paruerint, sed usque adeo vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut neque præsentem adessent, neque vero justis impedimentis excusationem, causamve, aut nuncium miserint: Ideo pro mei muneris officio N.N. hujus Synodi Promotor eorum contumaciam accuso, hocque insto apud Reverendissimam Ampli-

radinem tuam, ut citationem valvis hujus Ecclesie Cathedralis affigi, & cum iisdem tamquam cum in obedientibus agi jubeat, prout juris est, & Sacrorum Canonum ratio postulat. Respondet Episcopus: Ita decernimus, ac jubemus.

3. *Instantia Promotoris pro rogatu Notarii, qua bis in die facienda est.*

Ego N. N. hujus Synodi Promotor rogo te N. N. Notarium, & Cancellarium Episcopalem, ut de omnibus, & singulis in hac Sessione peractis unum, plurave conficias instrumenta.

Respondet: Conficiam, presentibus. N. N. &c.

4. *Instantia pro vocatione Cleri, Cathedralico, & Scrutinio.*

Reverendissime Pater, & Domine. Sancitum est Concilii Generalibus, & præcipue Concilio Tridentino quod omnes Ecclesiastici viri, qui jure, vel consuetudine Synodo Dioeceseana, quæ quotannis celebrabitur, etiam exempti, interesse debent, si negligentes fuerint, poenas a factis Canonibus sancitas incurrant. Quamobrem eos omnes ex suggestu publice vocari, & successive Cathedralicum jure Dioeceseano debitum a Parochis (& aliis de consuetudine) persolveri: tum scrutinium a Patribus sapienter institutum haberi humiliter peto, Ecclesiasticosque viros sanctæ disciplinæ eruditos assignari, qui Scrutinio diligenter incumbant.

5. *Instantia pro electione Judicum, & Examinatorum.*

Reverendissime Pater, & Domine, Concil. Trident. Bonifacii VII. Constitutioni inhærens decrevi, ut in Conciliis Dioeceseanis aliquot personæ, dignitates, aut personatus habentes, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonici designentur, deligenturque, quibus præter locorum Ordinarios causæ Ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ vel Legatorum ejusdem committatur. Decrevit insuper alia Constitutione, Examinatores singulis annis Dioeceseana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponi debere, ut in Parochialium Ecclesiarum vacatione tres ex illis ab Episcopo deligendi cum eo examen perficiant. Quamobrem ego N. N. hujus Synodi Promotor humiliter peto, & insto, tot personas, quot, & quales Constitutiones prædictæ postulant, & alioquin ad id aptas a Reverendissima Amplitudine tua designari, itaut in hac Synodo pro hujus Dioecesis amplitudine Examinatores & Judices deligantur, qui hujusmodi munus examinandi, judicandive, ex præscripto Decretorum Concilii Tridentini præstent omnino.

6. *Instantia pro Decretorum lectione.*

Reverendissime Pater, & Domine. Quo diligentior, & cumulatior executio sit tam Generalium, quam Provincialium (si sub Provincia est Episcopus) & Dioeceseanorum omnium Decretorum, & Edictorum adhuc edictorum ad hujus Ecclesie rationem bene gerendam, Ego N. N. hujus Synodi Promotor a Reverendissima Amplitudine tua peto, atque insto, sive rursus promulgari, sive monita eorum executionis de suggestu, ut moris est, & alia omnia edici, & enunciari, quæcumque in hac Synodo Dioeceseana pro prudentia, & charitate sua Clero huic Dioeceseano edici, & promulgari constituit, quo idem Clerus instructor in dies fiat, & sollicitudinis studio inflammator sit ad omnem Ecclesiasticæ disciplinæ rectam, cumulatamque executionem, perpetuamque observantiam.

7. *Instantia pro continuanda lectione Decretorum.*

Reverendissime Pater, & Domine. Cum ea, quæ cæpta sunt legi, Clero sint valde utilia, neque potuerint angustia temporis absolvi, & ego N. N. hujus Synodi Promotor, peto, & insto, ea legi, quæ desiderantur, antequam dimittatur Synodus.

8. *Instantia pro nominatione Officialium Cleri.*

Reverendissime Pater, & Domine. Ad faciliorem hujus Ecclesie N. administrationem solent assumi in partem sollicitudinis pastoralis aliquot viri prudentes, & graves, qui variis muneribus addicti Reverendissimam Amplitudinem tuam in animarum, & aliorum rerum cura non mediocriter juvent. Ideo Ego N. N. hujus Synodi Promotor peto, & insto, eos de suggestu nominari, ut a Clero tum eorum merita, tum munia cognoscantur.

9. *Instantia pro Conclusionem Synodi.*

Reverendissime Pater, & Domine. Cum omnia, quæ in hac Dioeceseana Synodo agenda, & tractanda erant, divina auxiliante gratia, ad optatum finem perducta sint, illud a Reverendissima Amplitudine tua peto, Ego N. N. hujus Synodi Promotor, ut ipsam Synodum concludere, & cum benedictione dimittere dignetur.

10. *Instantia pro indictione future Synodi, qua fit in Provincia Mediolanensi.*

Antiquo item Canone cautum est, ut proximam Synodum Dioeceseanam in Sessione Episcopus indicat: Ideo ego N. N. hujus Synodi Promotor humiliter insto, Synodum Dioeceseanam proxime futuram in hoc Synodali Conventu, omnibus, qui interesse debent, pronunciarum, & indici.

C A P U T VIII.

Formula pro Procuratore Cleri.

2. *Formula pro Reductione Missarum ante Concilium Tridentinum, & Anniversariorum.*

Reverendissime Pater in Christo, & Domine. Datur facultas Reverendissimæ Amplitudini tuæ a Sacrosancto Concilio Tridentino, ut in Synodo Dioeceseana, rebus diligenter perspectis, possit pro sua conscientia in Ecclesiis suæ Dioecesis sibi subjectis statuere circa numerum Missarum, vel ob tenuem elemosinam, vel ob magnum Missarum numerum, ante Concilium Tridentinum a testatoribus relictarum; & item a Sacra Congreg. Concilii ejusdem Tridentini, circa Anniversaria, & Officia Defunctorum, quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem expedire videatur; cum autem in Synodo non possint omnia examinari profundius; Ego N. N. hujus Cleri Procurator humiliter peto, & insto apud Reverendissimam Amplitudinem tuam, ut eligantur idonei viri, qui, prout erit opus una cum Amplitudine tua numerum prædictorum reducant.

1. Pro aliis rebus formet Procurator libellos supplices & legat eodem modo quo supra.

C A P U T IX.

Formula pro Secretario Synodi.

1. *Formula Decretorum, qua significata sunt secunda parte.*

Et post Decretum de initio Synodi, quod ibidem habetur, legitur hoc modo.

2. *Decretum de modo vivendi tempore Synodi.*

Quoniam nihil fere sæpius, & divinis litteris, & Ecclesiasticis monumentis commendatum est, quam Clericalis ordinis hominum vitæ integritas, innocentia, fides, religio, pietas, virtutumque omnia ornamenta, quibus domus Dei potissimum excollitur: ideo Clerum nostrum hic præsentem monemus, & per viscera misericordiæ Dei nostri testamur, ut cum semper, tum maxime hoc tempore in verbo, in conversatione, in charitate laicis hominibus præluceat omni virtutum splendore. Tabellam igitur disciplinæ Synodalis a nobis propositam diligenter observent: quæ est hujusmodi.

Sacerdotalis personæ officia, &c. Habetur supra pag. 27. & 28. legatur usque n. 2.

3. *Decretum de Officialibus Synodi habetur supra pag. 27.*

4. *Decretum de præjudicio non afferendo.*

Decernimus, si cui contigerit suo loco non federe, aut incedere, aut vocari, aut aliud quidpiam agere, propterea nemini novum jus acquiri, nec quicquam de cujusque jure possessioneve detrahi; sed in eo ipso statu permanere, in quo ante hanc Synodum esse reperiebatur.

5. *Decretum de non discedendo.*

Vobis præterea omnibus, & singulis, qui huic Synodo jure interesse debetis, poena excommunicationis proposita vetamus ut ne vestrum quisquam a Civitate N. discedat, antequam hæc nostra Dioeceseana Synodus de more absoluta, ac dimissa sit, nisi facultas a Vicario Generali sibi sit concessa: sed huic Synodo, Synodalibusque actionibus, sessionibus, ac conventibus quibuscumque, qui indicentur, omnes, & singulos vos interesse jubemus, eadem excommunicationis poena proposita.

6. *Decretum de Oratione publica.*

Quoniam veteris est instituti, sollempnisque ritus in Synodali conventu pro publicis rebus orationem fieri, quod his maxime temporibus faciendum est; ideo in omni prece, & a Sacerdotibus præsertim in Missæ sacrificio his diebus Synodalibus ad Deum orationem adhiberi edicimus: nimirum Pro S. D. N. &c. lege ut supra cap. 4. n. 5.

7. *Decretum de Professione Fidei facienda.*

Sacrosancta Tridentina Synodo illud gravissime sancitum est, ut quicumque Ecclesiastica beneficia obtinebunt, qui item ad Dioeceseanam Synodum convenire debent, omnes in ea ipsa

ipsa Synodo, ad quam primo convenient, professionem fidei faciant. Verba Tridentini Concilii hæc sunt, sess. 25. c. 2.

Cogit, & infra, præcipit igitur Sancta Synodus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & omnibus aliis, qui de jure, vel consuetudine in Concilio Provinciali interesse debent, ut ipsa prima Synodo Provinciali, post finem præsentis Concilii habenda, ea omnia, & singula, quæ ab hac Sancta Synodo definita, & statuta sunt palam recipiant: nec non veram obedientiam Summo Romano Pontifici spondeant, & profiteantur: simulque hæredes omnes a Sacris Canonibus, & generalibus Conciliis, præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas, publice detestentur, & anathematizent.

Idem impostero quicumque in Patriarchas, & Primates, Archiepiscopos, & Episcopos sunt promovendi in prima Synodo Provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent.

Quod si quis ex supradictis omnibus quod abest, renuerit, Episcopi Comprovinciales statim Summum Pontificem admonere, sub poena diviniæ indignationis teneantur, interimque ab eisdem communione abstantur.

Ceteri vero omnes, sive in præsentem, sive in futurum, beneficia Ecclesiastica habituri, & qui in Synodo Diœcesana convenire debent, idem ut supra in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & observent, alias secundum formam Sacrorum Canonum puniantur.

In Provo. Mediol. additur Decretum Conc. Prov. 1. Sacri igitur, &c. quod habetur infra in calce.

Accedant igitur omnes, & singuli Ecclesiastica beneficia obtinentes, vel sacris ordinibus initiati (si in edicto vocantur) qui alias in Synodo non præstiterunt, & fidei professionem ex formula præscripta a Pio IV. emittant, genuflexi in medio Clero ante Reverendissimum Episcopum.

Idem Secretarius stans legit ex Bulla Pii IV.

EGO N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula quæ continentur in Symbolo Fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Coeli, & Terræ visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Coelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex MARIA Virg. & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit; qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissione peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector: Item sacram scripturam juxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimum consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere, & proprie Sacramenta novæ legis, a JESU CHRISTO Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptisma, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illa gratiam conferre: & ex his Baptisma, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum sollempni administratione, recipio, & admitto omnia & singula, & quæ de peccato originali, de Justificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum proprium, & propitiarium Sacrificium pro vivis, & defunctis atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, una cum Anima, & Divinitate Domini Nostri Jesu Christi, & fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie, totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, Animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari similiter, & Sanctos una cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmissime assero Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse assero. Sanctam Catholicam Apostolicam Romanam Ec-

clesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco; Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro, Cætera item omnia a sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio; atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsentem sponte profiteor, & veraciter teneo eandem integram, & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me, in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum.

8. Decretum de continuatione Sessionis primæ.

Decernimus, & indicimus continuationem hujus sessionis fore hodie, hora . . . in qua vocabuntur omnes, & scrutinium fiat a Præfectis.

9. Decretum de Discessu.

Ne quisquam a loco ante discedat, quam Reverendissimus Episcopus e Synodo abjerit, nec vero raptim, turbulentè: sed graviter, & decore incesso.

Capitula, & Clerici Ecclesiarum Collegiatarum, ut collegiatim venerunt, ita recedant, prælata Cruce.

10. Decretum de Clero vocando, & Cathedralico solvendo.

Vocabuntur omnes, & singuli, quicumque sint, qui huic Synodo Diœcesanæ præsentem adesse debent, qui certo Ecclesiæ nomine universæ vocati ordine bini, & collegiatim ad Reverendissimum Episcopum recte accedant, qui reverentiam exhibeant, & quia singuli nominatim vocabuntur, capite aperto, & stantes modesta, altaque voce respondeant: Adsum.

Parochi redeuntes (& alii, qui solent) ad Oeconomum deputatum accedant, singulique Cathedralicum solvant.

11. Decretum de Scrutinio Synodali.

Scrutinium Synodale a Patribus institutum post Cleri vocationem a Præfectis agi decernimus, hoc est, dum alii vocantur, vocatorum fiat scrutinium: quod in Cappellis hujus Ecclesiæ sic distributum fuit. Clerus Civitatis N. conveniat ad Cappellam S. N. sub Præfecto M. R. D. N. N. Archidiacono.

Clerus ejusdem Civitatis N. conveniat ad Cappellam S. N. sub Præfecto R. D. N. Canonico.

Clericus Vicariatus N. conveniat ad Cappellam S. N. sub Præfecto, &c. & sic deinceps juxta distributionem cujusque tum Civitatis, tum Diœcesis, ut in 1. part. dictum est, cap. 23. n. 4.

Præfecti Scrutinii Synodalis pro sua quisque timorata, religiosaque conscientia in veritate, sinceritate, & justitia Scrutinium agant præscriptum Tabellæ editæ, curentque apte & distincte notare, quæ repererint, & rebus a se notatis unufquique subscribat.

Si tempus desit, peragunt scrutinium extra Synodalem sessionem.

Qui ad eos non accesserunt pro Scrutinio, perinde puniantur ac ii, qui ad hanc Synodum nulla justa de causa impediti non venerint.

Interrogati vero si quid indecore vel responderint, vel egerint a Præfectis ipsis notentur, ut canonicæ subiaceantur disciplinae.

12. Formula Catholici Cleri pro eo vocando. Dicat Secretarius titulum.

Tit. Clerus Civitatis si Abbates vocandi sunt, hoc loco vocentur.

Tit. Clerus Ecclesiæ Cathedralis.

M. R. D. N. N. J. U. D. Prothonotarius Apostolicus Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis R. D. N. N. Canonicus ejusdem.

S. T. Doctor, & Pœnitentiarius D. N. N. Mansionarius, seu Beneficiarius ejusdem.

Venerabilis presbyter N. N. Curatus ejusdem.

Presbyter N. N. Beneficiatus ejusdem.

Presbyter N. N. Cappellanus amovibilis ejusdem.

N. N. Diaconus, seu Subdiaconus.

Tit. Cleri Seminarii.

N. N.

N. N.

Tit. Clerici Sacristiæ Cathedralis.

N. N.

Tit. Collegiatarum Civitatis.

Tit. Collegiatarum S. N.

R. N. N. Canonicus,
 Tit. Parochi Civitatis,
 Venerabilis Presbyter N. N. Curatus,
 S. N. I. V. D. vel Theologus, si Regularis est F. N. vel Don,
 N. pro Curato S. N.
 Tit. Presbyteri Civitatis,
 Presb. N. N. Beneficiatus S. N. Presb. N. N.,
 Tit. Diaconi, Subdiaconi, & Clerici Civitatis,
 N. N. Diaconus,
 N. N. Subdiaconus,
 N. N. Clericus.
 Tit. Clerus Dioecesis,
 Tit. Collegiata S. N. loci N.
 R. D. N. N. Praepositus, & Curatus,
 R. N. N. Canonicus.
 Venerabilis Presbyter N. N. Curatus, ejusmodi loci.
 Tit. Vel Vicarius loci N.
 R. N. N. Vicarius Foraneus,
 Venerabilis Presbyter N. N. Curatus loci N.
 Presbyter N. N. Beneficiatus S. N.
 Presbyter N. N.
 N. N. Diaconus, seu Subdiaconus,
 N. N. Clericus.
 Absentes notentur linea ducta hoc modo.

13. Decretum de Officio mortuorum.

Edicimus praeterea cras pro Sacerdotibus & Clericis, qui post ultimam Synodum obierunt, sollempnem commemorationem fieri (si est in Provincia Mediolanensi addat) ex Decreto Concilii Prov. quinti.

14. Decretum de Sessione secunda.

Decernimus, & indicimus Sessionem sequentem fore crastina die mane, quae erit hujus mensis hora

15. Decretum de Judicibus Synodalibus.

Ex Concilio Trid. sess. 25. cap. 10.

Quoniam ob malitiosam petentium suggestionem, & quandoque, ob locorum longinquitatem, personarum, noticia quibus causae mandantur, usque adeo haberi non potest: hincque interdum Judicibus, non undequaque idoneis, causae in partibus delegantur: statuit S. Synodus, in singulis Conciliis Provincialibus, aut Dioecesanis, aliquot personas, quae qualitates habeant juxta Constitutionem Bonifacii VIII. quae incipit: *Statutum*, & alioquin ad id aptas designari, ut praeter Ordinarios locorum, iis etiam post hac causae Ecclesiasticae, ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandae committantur: & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci, cum concilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram Provinciam, aut Dioecesanam Synodum, itaut habeat unaquaque Dioecesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac ut supra qualificatas, quibus hujusmodi causae a quolibet Legato vel Nuncio, atque etiam a Sede Apostolica committantur: Alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad Summum Romanum Pontificem transmittant, Delegationes quaecumque aliorum Judicum aliis, quamvis factae, subreptitiae censentur. Admonet de hinc sancta Synodus tam ordinarios, quam alios quoscumque Judices, ut terminandis causis quanta fieri poterit brevitate studeant: ac litigatorum a tribus, seu in litis contestatione, seu alia parte iudicii differenda, modis omnibus, aut termini praefixione, aut competenti alia ratione occurrant.

Tum additur Constitutio Bonifacii VIII.

STatutum, & infra. Sancimus igitur, ut nullis, nisi Dignitate praeditis, aut personatus obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, causae auctoritatis litterarum Sedis Apostolicae, aut Legatorum ejusdem de cetero non committantur, nec audiantur alibi, quam in Civitatibus, vel Locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi, & reliqua.

Sacra Tridentina Synodus jubet aliquos viros deligi, quales Summus Pontifex Bonifacius VIII. sua constitutione praescripsit aptos, atque idoneos, quibus causae ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus committi possint, sed & Gregorius XV. praecipit in gratiam Regularium, qui sibi Conservatores ex Judicibus Synodalibus eligere debent, cujus Constitutionis verba haec sunt:

In futurum Sanctitas sua hac generali, & perpetuo valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut iudices Conservatores hujusmodi, sive principales, sive subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi, non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione simili rec. Bonifacii Papae VIII. etiam praedecessoris sui, quae incipit: *Statutum*, itaut vel dignitate Ecclesiastica praediti, vel personarum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, sed etiam in Conciliis Provincialibus, aut Dioecesanis, juxta decretum Concilii praedicti Judices electi, seu designati sint.

Quodque deinceps litterae conservatoriae per Sedem Apostolicam concedendae superscriptis tantum dirigantur, & quae litterae aliter expedientur, illae, ac deputationes hujusmodi, omniaque exinde sequenda nullius sint roboris, vel momenti, & nihilominus, qui secus, quam juxta formam superius praescriptam conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, sed deputatis uti ausi fuerint, Regulares qui de voce activa, & passiva sint ipso jure privati, adeout habilitationem a nemine praeterquam a Romano Pontifice consequi valeant, reliqui vero alius poenis arbitrio Sanctitatis suae puniantur & praedictorum omnium Conventus, & Monasteria, ac loca hujusmodi eorumque personae ac bona careant Conservatore ad annum, itaut illorum causae interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac desigri debeant, caeterum ut latius pateat conservatorum hujusmodi diligendorum facultas, Sanctitas sua admonitis voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Dioecesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in praedicta Constitutione ejusdem Bonifacii praedecessoris contentas & alioquin ad id aptas, designari procurent, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram Provinciam, aut Dioecesanam Synodum.

Ut igitur ejusmodi decreta exequamur, vobis proponimus hos (Jurisconsultos,) quibus causae delegentur judicandae, donec altera Synodus habeatur.

Si Canonici non sunt J. U. D. tace Jurisconsultos.

M. R. D. N. N. Archidiaconum Ecclesiae Cathedralis.

R. D. N. Canonicum.

R. D. N. Protonotarium Apostolicum. In Provincia Mediolanensi debet legi Decretum quoque Sacrae Congreg. Concilii Tridentini 27. Septembris 1614. quae decernit exemptionem omnium Canonicorum Cathedralis Ecclesiae. Habes infra in calce hujus 4. partis.

16. Decretum de Examinatoribus.

Ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. Examinatores autem singulis annis in dioecesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario, ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Advenientque vocatione cujuslibet Ecclesiae, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque succedente alia vacatione aut eisdem, aut alios tres, quos maluerit ex praedictis illis sex eligat. Sint vero hi Examinatores Magistri, seu Doctores, aut Licentiatum in Theologia aut jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex ordine mendicantium, aut etiam saeculares, qui ad id videbuntur magis idonei, jurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia, se quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executores, caveantque ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante post accipiant, alioqui simoniae vitium, tam ipsi, quam alii dantes, incurrant, a qua absolvi nequeant; nisi dimissis Beneficiis, quae quomodocumque etiam antea obtinebant & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in Synodo Provinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur, a qua, si qui contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint.

Tridentinum ergo decretum Nos volentes exequi pro Dioecesis nostrae amplitudine proponimus vobis hos RR. viros, qui munus hoc gerant quoad altera Synodus habeatur.

N. R. D. N. N. J. U. D. Protonotarium Apostolicum, Decanum Cathedralis.

R. D. N. N. Canonicum, & Theologum Cathedralis.

R. P. F. Jo. N. Priorem S. Dominici, vel

R. P. Priorem pro tempore Sancti Dominici. Placent Vobis.

17. Decretum de Testibus Synodalibus.

Vetus est consuetudo Sacrosanctis Canonum Decretis introducta, ut Synodis singulis Dioecesanis viri aliquot vita, & moribus graves, ac probati deligantur, qui animadvertant diligenter an aliquid in urbe, & Dioecesi sit quod corrigi, emendarive debeat; ac si quid tale cognoverint, id Nobis, vel Vicario nostro Generali, aut Visitatoribus nostris significent, interrogatique de aliqua re, quae emendationem requirat, summa integritate referant. Nos igitur vetus illud probatissimum institutum secuti, huic muneri proponimus, ac nominamus in Civitate, & Dioecesi hos viros, quorum nomina sequuntur.

In Civitate R. D. N. N. R. D. N. N.

In Dioecesi Venerabilem Presbyterum N. N. curatum, &c.

Vel quorum nomina dignis de causis secreto haberi volumus in hac schedula, erit autem obsignata sigillo Episcopi, & elevabitur; ut videatur.

18. Decretum de Punctatoribus.

Et quia ad Ecclesiasticam disciplinam conservandam summo opere Punctatoribus est opus, & ea de re sancita sunt plura Decreta, hoc punctatores delegimus.

R. D.

R. D. N. N. Canonicum in Cathedrali.
R. N. Canonicum in Collegiata S. N.

19. *Decretum de iurejurando.*

Examinatores, (Testes Synodales) ac Punctatores promulgati accedant ad Reverendissimum Episcopum, coram quo ex præscripta formula iusjurandum præstent, Nota, si Testes habentur secrete, in prædicto Decreto tacentur, & additur.

20. *Testes autem iurabunt secreto in manibus eiusdem Reverendissimi.*

21. *Decretum de præstando juramento absentibus.*

Qui Examinatores (Testes Synodales) & Punctatores per Nos nominati, & deputati sunt, si qui in Synodo ex præscripto iusjurandum non præstiterint, illud præstent prout D. Vicarius Generalis mandaverit.

22. *Decreta de Residentia semper legenda, ex Concilio Tridentino.*

Ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 2. de Reformatione.

Eadem Sacrosancta & infra. Omnes Patriarchalibus, Primitiis, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quovis nomine ac titulo præfectos monet, & monitos esse vult ut attendentes sibi, & universo gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit Sanguine suo, vigilant, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant, implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ovium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus a supremo Iudice requirendus, custodiæ minime incumbant: Cum certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem, si lupus oves comedit, & Pastor nescit. Ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum est, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam salutis immemores, terrenaque cælestibus, ac divinis humana præferentes, in diversis Curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine, ovili derelicto atque ovium sibi commissarium cura neglecta, se detinent occupatos.

Placuit Sacrosanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum, atque hominum injuria pene in desuetudinem abierunt, adversus non residentes promulgatos innovare, quemadmodum virtute præsentis Decreti innovat, ac ulterius, pro firmiori eorumdem residentia, & reformandis in Ecclesia moribus, in hunc, qui sequitur modum, statuere, atque sancire.

Si quis a Patriarchali, Primitiis Metropolitanæ seu Cathedrali Ecclesia sibi quocumque titulo, causa, nomine, seu jure commissa, quacumque ille dignitate, gradu, & præminencia præfulgeat, legitimo impedimento, seu iustis, & rationalibus causis cessantibus, sex mensibus continuis, extra suam Dioecesim morando, abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Ecclesiæ, pauperibus loci per Superiorem Ecclesiasticum applicandorum poenam ipso jure incurrat. Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente vero contumacia, ut severiori Sac. Can. censuræ subjiciantur, Metropolitanus suffraganeos Episc. absentes, Metropolitanum vero absentem Suffraganeus Episcopus antiquior residens, poena interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda, infra tres menses per litteras, seu Nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur, qui in ipsos absentes prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, supremæ Sedis auctoritate animadvertere, & Ecclesiis piis de Pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in domino noverit salubriter expedire.

Ex eodem Concil. sess. 23. cap. 1. de Reform.

Cum præcepto Divino, & infra. Ne vero ea, quæ de residentia sanctæ, & utiliter jam antea sub fel. rec. Paulo III. sancita fuerunt, in sensu a Sacrosanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius Decreti 5. mensibus continuis abesse liceat illis; inhærendo, declarat Sacrosancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primitiis, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quocumque nomine, & titulo præfectos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cathedralis sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Dioecesi residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur; neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infra scriptis.

Nam cum Christiana charitas, urgens necessitas, de debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, & Reipublicæ utilitas aliquos nonnumquam abesse postulent, & exigant; Decernit eadem Sacrosancta Synodus has legitimæ absentia causas a B. Rom. Pont. aut a Metropolitanano, vel, eo absente, suffraganeo Episcopo, antiquiori residenti, qui idem Metropolitanus absentiam probare debet, in scriptis esse approbandas, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipub. officium Episcopatus adjunctum: cujus quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinae, nec eas quidem significari

Metropolitano necesse erit; ad eundem tamen cum Conc. Prov. spectabit judicare de licentiis a se, vel a suffraganeo datis, & videre ne quis eo jure abutatur, ut poenis Canonicis errantes puniantur.

Interea meminerint discessuri, ita ovibus suis providendum, ut quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia, nullum damnum accipiant: Quoniam autem qui aliquantisper tantum absint, ex veterum Canonum sententia, non videntur abesse, quia statim revertuntur sunt, sacros. Synod. vult illud absentia spatium singulis annis, sive continuum, sive interruptum extra prædictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad summum, tres menses excedere, & haberi, actionem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento, quod an ita sit, abscedentium conscientia relinquit, quam sperat religiosam, & timoratum fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudolenter agere suo periculo tenentur: eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius temporis spatium, Domin. Adv. Quadrag. Nativ. Resur. Dom. Pent. item, & Corp. Christi diebus, rescici maxime, & in Domino gaudere Pastoris presentia oves debeant: ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Dioecesi eos alios vocent.

Si quis autem, quod utinam numquam eveniat, contra hujus Decreti dispositionem abfuerit; statuit sacrosancta Synodus præter alias poenas adversus non residentes sub Paulo Tertio impositas, & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse, sed teneri, aut ipso cessante per superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare: prohibita quacumque conventionem, vel compositionem, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, at pro parte ei remitterentur: non obstantibus quibuscumque privilegiis cuiuscumque Collegio, aut fabricæ concessis. Eadem omnino, etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & poenas de Curatis, inferioribus, & aliis quibuscumque, qui Beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens, obtinet, sacrosancta Synodus declarat, & decernit, ita tamen, ut quando cumque eos, causa prius per Episcopum approbata, & cognita, abesse contigerit; Vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquat.

Discedendi autem licentiam in scriptis gratisque concedendam, ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa non obtineant. Quod si per Edictum citati etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinariis per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem, compellere, nec executionem hanc, quolibet Privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque beneficii, pactione, statuto, etiam juramento, quacumque auctoritate confirmato, vel consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ constitutionis suspendi posse.

Postremo, tam Decretum illud Pauli III. quam hoc ipsum, in Conciliis Provincialibus, & Episcopalibus publicari Sancta Synodus præcipit, cupit enim, quæ a Deo ex Pastorum munere, animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus mentibusque infigi, ut in posterum Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.

23. In Provincia Mediolanensi debent etiam legi, ex Decreto Conc. Prov. 3. Bullæ Pii II. de Clericis male promotis, Pii V. de confidentiis beneficalibus: quarum tenore imprimendæ erunt in calce hujus 4. partis; ubi etiam de vita, & honestate Clericorum ex Conc. Provinc. 1. & 4. de div. Officiis, & Chori disciplina ex Conc. 1. & 5.

In eadem Prov. Mediol. legi debent Monitiones ad Clerum, ex Decreto Concil. 4. Provincialis, quæ magis Episcopo placuerint, non omnes, videlicet

Primo fratres, &c. quas dabimus in calce item hujus quartæ partis.

24. *Decretum de conclusione Synodi.*

Synodi nostræ dioeclesianæ N. Deo adjutore optatum finem videmus; quapropter eam cum gratiarum Deo actione concludendam esse decernimus, & conclusam enunciamus.

25. *Decretum futura Synodi, quod sit in Provincia Mediolanensi.*

Aliam præterea futuram Synodum indicimus juxta Tridentinam sanctionem habendam anno sequenti ... die ... mense ... nisi aliqua ex causa illam prorogari ad vos datis litteris, alias per Edictum publicum intellexeris.

26. *Decretum de dimissione Synodi.*

Ad laudem Dei Omnipotentis, & B. V. Mariæ, ac S. N. Patroni nostri, & aliorum nostrorum Promotorum decernimus

mus Synodum dimissam: ac propterea cuique eundem esse ad proprias Ecclesias. Hortamur autem omnes vos, Fratres charissimi, ut tales vos præbeatis in ministerio vestro, quales maxime decet Sacerdoti ab omni mundanorum cura segregato: illudque maxime, cum redieritis, præstandum erit, ut populus omnis vos ab hac Synodo non mediocrem fructum reportasse intelligat, id fiet si novo Spiritus Sancti lumine illustrati, quæ magna Synodorum est vis, ac virtus, cæteris in omni opere vestro impofterum præluere studueritis, & in omni parte Officii vestri omnem diligentiam adhibueritis.

Hactenus Formulæ, & Decreta pro Secretario Synodi.

C A P U T X.

Capita Orationis mentalis in fine Sessionum.

1. In fine prima Sessionis: Orate.

Per notas *fa, re.*

Fratres charissimi per notas, *fa, mi, re, fa, fa*
Sequentia cantantur tardius.

TOto corde conversi ad Dominum mentes ad Cælum erigamus, & corporibus prostrati hæc devote precemur, invocatis SS. Patronis, & Protectoribus hujus Diocesis N. N. item SS. Martyribus N. N. cum cæteris Beatis, quorum corpora quiescunt in hac Diocesi, *terminatio fit per fa, re.*

Orate intimo corde, ut Dominus Peccatorum vestrorum veniam vobis concedat, negligentis indulgeat, ignorantie parcat, errata omnia condonet, quæ in Clericali disciplina, in officiis Sacerdotalibus, multiplici errore commisit. Intimo charitatis affectu singuli pro Reverendissimo Episcopo, & omnibus, qui in hoc Clero continentur idem orate, orate invicem, ut salvemini, *terminatio fit semper, ut supra. & fit pausa per unum Miserere.*

Fratres charissimi, unanimes perseverate in oratione, & petite a Patre misericordiarum, & Deo totius consolationis, quem credimus esse in medio hujus Sacri cœtus, petite Spiritus Sancti dona, ut posthac digne omnes ambulent vocatione, qua vocati sunt, ut Sacramenta digne ministrent, verbum Dei cum fructu prædicent, animas sollicitè curent; religiose vivant, in patientia possideant animas suas.

Fratres charissimi, unanimes orate pro SS. D. N. Papa . . . Christi Vicario, ut Sanctam Ecclesiam sancte gubernet cum Sacro Card. Collegio: Orate pro S. Catholica, & Apostolica Eccl. Rom. toto orbe terrarum diffusa, ut eam Deus conservet, defendat, augeat, exaltet ad honorem, & gloriam suam.

2. In fine secunda Sessionis.

Fratres charissimi, unanimes orate, ut bonum, quod in nobis a Rever. Antistite nostro, tam intenso charitatis studio, & officio requiritur, omnino exequamur, utque prompta cum eo sollicitudine gradientes, digne ambulemus vocatione, qua vocati sumus, omnique in opere bono crescentes, obediemus studiis Deo placitarum orationum.

Fratres charissimi, orate pro Rev. Episcopo Nostro N. ut Divino Spiritu illustratus, & roboratus, una cum suis adiutoribus, & cum grege suo consequatur vitam æternam.

Fratres charissimi, orate unanimes Spiritum Dominum Messis hujus, ut operarios mittat in messem suam, detque omnibus hujus vineæ N. operariis Spiritus Sancti ignem, ac lumen, demumque æternam mercedem.

Ubi nãest Provincia loco primi capituli Orationis in
2. Sessione dicatur.

Fratres charissimi, unanimes orate pro Provincia N. pro Illustr. Metropolitano, & pro omnibus Provinciæ Episcopis, ut sancte regnant Ecclesiam Dei, ut flagella, perturbationes, contentiones omnes, & omnes adversitates digne avertent, detque illis in tranquillitate, paceque Sancta Ecclesias suas gubernare.

3. In fine tertia Sessionis.

Fratres charissimi, orate toto cordis affectu pro Imperatore, Rege Nostro, Principibus, & Rectoribus temporalibus hujus nostræ Diocesis, ut cum pace, & salute communi munus suum exequantur, recta semper sentiant, & operentur: Ecclesiæ defensores se præsentent, & vitam sempiternam mereantur.

Fratres charissimi, orate unanimes, ut Deus spiritum religiosæ observantiæ det omnibus viris regularibus hujus Diocesis ad suam salutem, & ædificationem populorum: omnibus item Monialibus ad salutem suam, & aliorum.

Fratres charissimi, unanimes orate pro cunctis populis hujus Diocesis, ut Deus conservet Sanctam Fidem Catholicam, peccata eliminat, augeat devotionem, concedat abundantiam fructuum terræ ad eorum felicitatem.

Si quid occurrat tempore Synodi, pro quo specialiter sit ornandum, addatur capitibus prædictis, quæ licet, in tres dies sint distributa, possunt tamen unoquoque die simul cantari, ut oratur eo viduo pro prædictis omnibus.

C A P U T XI.

Formula Acclamationum.

DEo Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis & gratiæ, omnis laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum.

Terminatio fit per fa, re.

R. Amen. Amen. Amen.

Eodem modo fit terminatio, quo supra.

Beatissimo D. Nostro N. Papa N. Sanctæ, & universalis Ecclesiæ Pontifici, Christiani nominis in omnes terrarum partes propagatio, cunctarum gentium obedientia, pax vera, diuturna prosperitas.

R. Domine Deus SS. Patrem nostrum Ecclesiæ tuæ conferva, mitte illi auxilium de sancto, ut eo gubernante, gentes omnes illuminentur, & quæ dispersæ sunt in unum Ecclesiæ tuæ ovile colligantur.

Reverendis D. Episcopo nostro, hujus Synodi Præsuli, ejusque ministris salutaris vigilantia, in laboribus constantia, & felix exitus.

R. Omnipotens Deus super Antistitem nostrum benedictionum tuarum dona perpetua multiplica.

N. Regi, & omnibus Principibus Christianis Catholicæ religionis zelus, justitiæ, & pacis fœcunditas, & contra Christianæ fidei hostes victoria.

R. Princeps cælestis, terrenos Principes Catholicæ fidei, æquitatis, & concordie conservatores, atque hostium nostrorum exterminatores custodi.

Civitati, & Diocesi N. Tranquillitas, salus, & divinarum Gratiarum abundantia.

R. Benedic Domine filios tuos, & esto in circuitu populi tui ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Decretorum hujus Diocesis observantiam salutarem, omnes, qui hic adsumus, unanimi voto a Deo bonorum omnium largitore humiliter imploremus, intercedente Deipara V. M. Domina nostra, cum Beatis Apostolis Petro, & Paulo, & B. Patronis nostris N. N. & omnibus Sanctis.

R. Fiat, Fiat. Amen. Amen.

2. Alia Formula Salernitana precationum, & acclamationum simul.

Sacerdos.

Oremus pro Beatissimo Papa Nostro N.

Chorus respondet.

Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manibus inimicorum ejus.

Sacerdos.

Oremus. Deus omnium fidelium Pastor, &c. Amen.

Sacerdos.

Oremus pro Rever. N. hujus Ecclesiæ Episcopo vigilantissimo.

Chorus.

Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te, mitte ei auxilium de sancto, & de Sion tuere eum.

Sacerdos.

Oremus, Deus, qui licet sis magnus in magnis, mirabilia tamen gloriosus operaris in minimis, concede N. famulo tuo Antistiti nostro, sacris convenienter servire mysteriis, atque in omnibus tua misericordia protegat, quem Pastoralis cura perterret. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Sacerdos.

Oremus pro omnibus Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiariis, & Clericis, atque pro omnibus, qui in hanc Synodo convenerunt.

Chorus.

Memento Congregationis tuæ Domine quam possedisti ab initio.

Sacerdos.

Oremus. Omnipotens sempiternus Deus cujus Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur, exaudi nos pro universis

verſis ordinibus ſupplicantes, ut gratiæ tuæ munere in omnibus tibi gratibus fideliter ſerviatur. Per Chriſtum.

Sacerdos.

Oremus pro Sereniſſimo N. Rege noſtro Catholico.

Chorus.

Domine ſalvum fac Regem, & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Sacerdos.

Oremus. Quæſumus omnipotens Deus ut famulus tuus Rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decen- ter ornatus, & vitiſſimum monſtra devitare, & ad te, quia via, veritas, & vita es, gratioſus valeat pervenire. Per Chriſtum &c. R. Amen.

Sacerdos.

Oremus etiam pro univerſis hujus Civitatis Chriſti fidelibus, & omnibus plebibus nobis commiſſis.

Chorus.

Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos in æternum.

Sacerdos.

Oremus. Pretende Domine fidelibus tuis dexteram cæleſtis auxilii, ut toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant conſequi mereantur. Per Chriſtum. R. Amen.

Sacerdos.

Dominus vobiscum.

R. *Chorus.* Et cum ſpiritu tuo.

Duo Hebdomadarii.

Benedicamus Domino.

Chorus.

Deo gratias. Deo gratias. Semper dicamus, Deo gratias. Canonicus Synodi addit.

N. Epifcopo ampliffimo, Paſtori vigilantiffimo, Diſciplinæ Eccleſiaſticae aſſertori perennes gratias.

Chorus.

Perennes gratias, incolumem, ſalvumque illum nobis Dominus diutiſſime cuſtodiat, atque conſervet.

Idem Canonicus.

Totius Synodi Clero, atque conventui pacem, concordiam, & gratiam a Domino.

Chorus.

Pacem, concordiam, & gratiam ſemper nobis Dominus concedat. Amen. Amen.

C A P U T XII.

Formula Indicis totius Actionis Synodalis pro Secretario, Promotore, & Magiſtris Cæremoniæ.

PRIMA SESSIO.

Clerus totus in Palatio.
Epifcopus cum cappa deſcendit.
Paratur cum Canonicis.
Miſſa de Spiritu Sancto. Incenſatur Clerus.
Communio Cleri.
Non datur benedictio.
Proceſſio. Orate.
Antiph. Exaudi, genibus flexis.
Pſal. Salvum me fac, ſedent.
Orationes: Adſumus, &c.
Flect. genua Temp. Paſch. omittitur.
Oratio. Evangelium cum oſculo, & thure.
Veni creator.
Venerab. Sermo.
Decreta de initio Synodi, modo vivendi,
Miniſtris præ judicio de non diſcedendo
Oratione publica.
Promotor pro fidei profeſſione.
Secret. Decretum de eadem.

Formula Profeſſionis Pii V.

Genuſſectunt profeſſuri. Brevis profeſſio ſuper Libro Evangeliorum.

Secret. pro continuatione profeſſionis.

Promotor contra abſentes, & pro rogitu.

Secret. Decretum de diſceſſu, recedit Epifcopus.

A Prandio.

Signum Campanarum. Veſperæ. Completorium. Epifcopus in cappa. Paratur in fine amiſſu, Stola, Pluviali: Parantur Canonici.

Promotor pro vocatione Cleri, &c.

Secret. Decretum de eadem, &c.

Fit vocatio, & Scrutinium. Campanula pro fine.

Indictio Officii mortuorum, & Sæſſionis, & Promotor contra abſentes, & pro rogitu.

Oratio mentalis. Orate, &c.

Epifcopus benedicit ſolemniſter, & diſcedit.

SECUNDA SESSIO.

Clerus in Eccleſia, Canonici in Palatio, Epifcopus in cappa uſque ad finem Miſſæ Defunctorum.

Absolutio ſolemniſſima ad ſedem, cum panno, Cruce, &c.

Oratio. Abſolve.

Paratur pro Synodo cum Canonicis.

Antiphona, propitius, genibus flexis.

Pſal. Deus venerunt, ſedent.

Orationes. Evangelium. Veni creator.

Venerab. Sermo.

Promotor pro Judic. & Examinator.

Secret. Decret. de iſdem.

Proponuntur, & approbantur.

Decretum de Teſtib. & Punctat. ib.

Sacræ Reliquiæ pro juramento.

Decretum de juramento, jurant Examinatores, Teſtes (ſi publici) & Punctat.

Decretum, ut abſentes jurent.

Promot. pro legendis Decretis de moribus.

Secret. Decreta Trid. de Reſidentia.

Conciliæ Prov. ultimi.

Et aliam.

Indictio continuand. Seſſ. recedunt.

A prandio.

Ut heri vocatur reliquus Clerus, vel legitur.

Promotor contra abſentes, & pro rogitu.

Oratio mentalis.

Benedictio ſolemniſſima.

TERTIA SESSIO.

Clerus in Eccleſia, Canonici in Palatio, Epifcopus in cappa paratur cum Mitra ad Miſſam.

Miſſa de Trinitate. Incenſatur Clerus totus.

Sine benedictione in fine Miſſæ, mutat colorem paramentorum, parantur Canonici, Antiph. Exaudi, & Pſ. ut in prima die

Orationes. Evangel. Veni Creator.

Venerab. Sermo.

Promotor pro reliqua lectione Decretorum.

Secret. legit Decreta.

Promotor pro publicatione Officialium Cleri.

Secret. publicat.

Procurator Cleri petit, &c.

Promotor pro concluf. Synodi.

Secret. Decret. de eadem.

Promotor contra abſentes, & pro rogitu.

Sermo Epifcopi.

Portæ aperiuntur.

Proceſſio cum Te Deum.

In reditu oratio nulla eſt: diſtribuuntur Acclamationes.

Oratio mentalis.

Acclamationes. Oſculum pacis.

Secret. legit Decretum de dimiſſione Synodi.

Benedictio Epifcopi cum Indulgentiis.

Recedamus in pace.

Clerus comitatur Epifcopum in cappa ad Palatium.

Bulla, & Decreta varia legenda in Synodis Dioecēſanis Provinciae Mediolanensis ex Decretis Provincialibus: quæ poſſunt utiliter legi, & in quacumque Synodo Dioecēſana alterius Provinciae.

Decretum Concil. Provincial. I. de profeſſione Fidei.

Sacri igitur Concil. Trid. auctoritate innixi mandamus, ut omnes ii, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, vel impoſterum obtinebunt, & qui in Synodum Dioecēſanam convenire

nire debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, omnia, & singula a Sacro Concilio Tridentino definita, & statuta sunt, palam recipiant, veram obedientiam Summo Romano Pontifici spondeant: simulque hæreses omnes publice detestentur, & anathematizent fidem profitentes juxta formulam in Constit. a S. D. N. Pio IV. Pont. Max. præscriptam, etiam si antea in Dioecesana Synodo in Officium, ad exequendum jussa Trid. Conc. alia quacumque ratione, & modo objerint.

Decretum Congreg. Card. Concil. Trident. de electione
Judicium Synodali.

Die XXVII. Septembris Anni M. DG. XIV.

Sacra Congregatio Card. Conc. Interpretum, cui id munus a Sanctiss. D. N. injunctum est, auditis Illustr. Archiepiscopis Med. ac Regularium Procuratoribus censuit Illustr. Archiepisc. Mediolan. ejusque Comprovinciales Episcopos oportere singulis annis in Dioecesana Synodo Canonicos omnes tuæ cujusque Cathedralis proponere, qui in Judices Synodales deputentur ad hoc, ut ex eis Regulares Provinciæ Mediol. possint, quos sibi maluerint, in Judices Conservatores eligere, ipsis vero Regularibus licere Conservatores sibi constituere tam ex prædictis Judicibus, quam ex aliis, quos Illustriss. Archiepisc. atque illius Suffraganei quotannis in Judices Synodales de suo cujusque Clero deputaverint. Ac præterea Episcopos, atque illis Superiores, eorumque Generales Vicarios, prædictosque omnes intra unam tantum, vel duas Dietas, prout illorum Privilegiis cautum reperitur. Rursus Conservatores, qui in præsentia Judices Synodales non sunt, immutari debere, atque alios eligi juxta formam superius præscriptam, horum tamen Acta omnia ab ipsis hucusque gesta, si modo ex hoc capite viribus careant, Sacra Congregatio ad cautelam confirmavit, justitque perinde valere, ac si a Conservatoribus legitime deputatis processissent. Cæterum quoad alia capita censuit septimam Synodum Provinciam Mediolan. fore per omnia exequendam juxta litteras in forma Brevis Sanctiss. D. N. D. signatas.

Horatius Cardinalis Lancellotus.

Loco ✦ Sigilli.

Pii II. Bulla de Clericis male promotis.

Cum ex sacrorum ordinum collatione, & infra. Cum itaque sicut fide dignorum relatione non nisi moleste accipimus, quod nonnulli Clerici extra tempora e jure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui vero sine dimissoriis litteris contra sanctiones Canonicas se faciant ad sacros ordines promoveri: Nos eorumdem temeritatem tali castigatione reprimentes, ut talis impostero committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apostolica, præsentis constitutione perpetuo valitura, statuimus & ordinamus, ut omnes & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, sive extra tempora a jure statuta, sive ante legitimam ætatem, vel absque litteris dimissoriis etiam citramontani a citramontanis: præterquam si in hoc ultimo casu per Cameram Apostolicam juxta ipsius stylum ordinati fuerint, ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoveri, a suorum executione ordinum ipso jure sint suspensi; Et si hujusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, propter quam, ultra alias poenas in tales generaliter a jure inflictas, beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinent, possint jure privari.

Pii V. Bulla de confidentiis Beneficialibus.

Intollerabilis multorum perversitas, & infra. Quare nos volentes periculosam talium audaciam novi juris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, ut si quis quacumque auctoritate Ecclesiam, vel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum quaecumque ex resignatione, vel cessione cujuscumque personæ, simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, ut illa vel illud, etiam in eventum regressus, vel accessus, eidem dimittenti, vel alteri postea conferantur, aut illius fructus, vel eorum pars alii, vel aliis concedantur, vel pensiones solvantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur.

Itidem Ordinarius, vel alius Collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quovis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, ut postea in alterum pro arbitrio Collatoris, seu alterius cujuscumque contra juris communis ordinationem disponatur, sive ut de eo provisorius, fructus illius, vel partem, ad utilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi, vel illis, quem, vel quos idem Collator, vel cedens, vel alius per se, vel per alios scripto, aut verbo dixerit seu significaverit, persolvat; & pariter si a patrono etiam Laico, vel alteri præcuratori seu electori contigerit, aut contingat id fieri.

Ad hæc si Clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alias a solutione jurium ipsius Cameræ vel etiam Cancelariæ Apostolicæ exemptus post resignationem, vel cessionem alicujus extranei de Ecclesia, Monasterio vel alio beneficio Ecclesiastico in se Apostolica, vel alia auctoritate factam, & admissam, illam, vel illud etiam consecutis litteris Apost. & possessione apprehensa in eundem resignantem, vel cedentem, modico spatio interjecto, veluti duorum, aut trium mensium, retrocesserit, aut retrocedat in futurum & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ, seu Monasterii, aut Beneficii, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reservatum, aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam, vel illud ipsi Clerico, vel Cardinali, aut alii exempto sit, fueritve concessus.

Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit quacumque auctoritate, Ecclesiam, Monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quovis horum casuum confidentiæ pravitatis sit contracta, casusque hujusmodi litteris prædictis comprehendantur, ac si illi speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius partis conscientia sit admissum.

Ad probandum vero plene confidentiarum abusum, inter alias, etiam hæc præsumptiones, & conjecturæ habeantur legitime, videlicet

Si quis post cessam a se Ecclesiam, vel Monasterium, aut Beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionem, captamque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus, per se, vel alium, seu alios, de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicumque successor illi, vel ejus propinquus ipsos, aut partem aliquam remiserit eorumdem.

Si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel ejus parentes, aut propinquos Procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficii dimissi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit.

Si, vel sola Procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensurariorum ex parte dimittendis expeditio, quæ personam recipientis concernit, profecta sit, simulque expensæ pro ea necessaria ab illo factæ fuerint.

Denique si quis pro concessione alicui facta quacumque auctoritate, de beneficio Ecclesiastico, per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel alias in negotio concessionis sese immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficii, de facto, etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quodcumque.

Testes autem &c. Decernit ut duo testes valeant singulas præsumptiones, & conjecturas probare, & quod plures hujusmodi præsumptiones, & conjecturæ faciant in prædictis plenam probationem.

Admittuntur criminosi, & cæteri omnes, qui in casibus simoniæ recipi possunt ad perhibendum testimonium.

Sed ne quis &c. Decernit tandem hujusmodi confidentiam consecuta, reservata existere dispositioni Apostolicæ, confidentiariorum autem obtentis beneficiis, pensionibus, administrationibus, officiis, & dignitatibus privatos esse, ac inhabiles ad quascumque in futurum reddi, prout privat, ac inhabiles ad futura decernit, ac in juris subsidium excommunicationis sententia innodat, a qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio, quam a Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere.

Pii V. Bulla de Horis Canonicis.

Ex proximo Lateranense Concilio pia, & salubris sanctio emanavit, ut quicumque habens beneficium Ecclesiasticum cum cura, & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, Divinum Officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officii, & temporis, suos non faciat, sed eos, tamquam injuste perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum elemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione tenentur, cujusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei evidentius, atque expressius provideri volentes, statuimus, ut qui Horas omnes Canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii, seu beneficiorum suorum fructus amittat qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur: qui vero matutinum tantum, dimidiam: qui cæteras omnes Horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittat; tanetsi aliquis Choro addictus, non recitans, omnibus Horis Canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia juxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrificasse prætendat. Is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat commississe. Declarantes præstimoniam, præstimoniales portiones, & quacumque alia beneficia, etiam nullum omnino servitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter contineri. Aut quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas ut Clericus, percipit,

pit, eo modo prædicto ad dicendum officium parvum B. M. Virg. decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum Statuti, Declarationis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnip. Dei, ac Beati Petri, & Pauli Apostoli ejus se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dom. 1571. 12. Kal. Octobr. Pontificatus Nostri Anno VI.

Cæf. Glorierus.

Decretum de vit. & honest. Cleric. Collectum ex Concil. Prov. 1. & 4. hoc tit. & de div. Offic. ac ext. 5. die Chori disciplina.

Quales eos esse oporteat, qui divino cultui sacrisque Mysteriis consecrati sunt, cælestis Magister Christ. Dom. docuit illis verbis: vos estis sal Terræ, & lux Mundi; itaque nihil illos agere, nihil gerere, nihilque præ se ferre oportet, quod non simplex castum, integrumque sit, ut modestiæ, morum sanctitatis, ac virtutum denique omnium cæteris exemplum quasi lumen ipsi præbeant: Quare Clericorum animis nil frequentius insigi oportet, quam Canones, Decreta, Constitutiones, vitæ honestas, sanctitas.

Et quoniam Conc. Prov. 1 §. pie & 4. tit. de vit. & honest. & 5. de Chori disciplina multa hoc de genere præscripta sunt. Ideo enixe in Domino hortamur, obsecramus omnes vos, ut assidue ipsum Concilium præ manibus habeatis, & quæ ibi præscripta sunt diligenter exequamini, præcipue vero illud Curatis cordi sit, ut tres in hebdomada, aut eo etiam sæpius, quo, vel loci consuetudo, vel necessitas crebriorem divini sacrificii usum postulabit; Missæ Sacrum faciant, porro cæteri Clerici singulis mensibus: Diaconi vero, & Subdiaconi, bis saltem Sacram Eucharistiam sumant in mense; Parochi autem, quos in hoc negligentes viderint, ad Episcopum deferant.

Divinum Officium, qui beneficiati sunt, vel sacris initiati, sine justo impedimenti causa ne intermittant, memores, quod ultra mortalis peccati commissionem, beneficiorum suorum fructus etiam suos non faciunt, sed tamquam injuste perceptos in ejus Ecclesiæ fabricam, vel pauperum Eleemosynas erogare debent: & quod si XV. dierum spacio bis illud omiserint, jure beneficio privari possunt: ac proinde Nos monemus tenore præsentis Decreti omnes Beneficiatos, ut ad præscriptum dicti Conc. Officium recitent, & nulla ratione prætermittant: Sacris vero initiati in hoc delinquentes nos severos ultores experientur.

Clerici Catechismum Romanum, Sac. Conc. Trid. Provinciales, necnon Dioecesanæ constitutiones omnino habeant. Calendarium item pro regulando divino Officio jussu nostro editum sibi comparent; ad ejusque præscriptum Officium divinum recitent.

Parochi non nisi librum Ritualem jussu fel. rec. Pauli V. Editum in Sacramentis ministrandis adhibeant; summas casuum conscientiæ, & Sermonum libros pervolvant.

Omnes deferant Tonsuram; in habitu autem non sit, nec exquisitæ elegantiæ cultus, nec nimis abjecta negligentia, & affectatæ sordes appareant: sit procul habitus, & ornamenta novitas, serici vestimenti ubique usus abscedat, & reliqua, quæ de Clericorum vestitu eodem Concilio præscripta sunt accurate exequantur.

Monitiones, ex Conc. 4.

1. **P**rimo, fratres, & filii in Christo charissimi memores perpetuo estote vocationis, qua vos dignatus est Dominus noster.

Qua assidua recordatione, memoriaque excitati eam vos virtutem induite, ut videant alii quasi lumen aliquod vestram sanctitatem elucere. Quæ si magna in aliis vitæ Christianæ institutis, requiritur ut certe in vobis, qui mysteriorum Dei ministri, divinæque gratiæ dispensatores estis, major inesse debet.

Et sicut sacro Ordine a reliquis hominibus sejuncti estis, ita, a communi fidelium vitæ usu sejuncti, præcipuum quoddam, atque hoc præstantius vivendi genus sequimini, quo ordine dignitate præcellitis.

Cœlestem in terris vitam, tamquam Angeli Dei, moribus vestris exprimere usque adeo studete, ut a vobis divinarum virtutum exempla ad cæteros emanent.

Una animi confessione, unoque spiritu in iis elaborate, ut divino cultui, & cœlestium rerum meditationibus, & orationi, & sacrarum, Ecclesiasticarumque litterarum studiis vacetis, tum depositis sæcularibus, vanisque sollicitudinibus ab omni vitio alieni, in via Domini recte ambuletis,

Charitatem in primis, quæ Seminarium est omnium virtutum, omni studio amplectimini.

Humilitatem, Mansuetudinem, Patientiam, Justitiam, Temperantiam, officiaque Christianæ pietatis reliqua colite. Quæcumque denique sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque sancta, ac religiosa, ea cogitate, eaque agite.

Virtutes Sanctorum Patrum, quas præcipuas, & quasi

hæreditarias nobis admiratione reliquerunt, non adumbrare solum, sed omnino exprimere certatim contendite.

Utque illi, sic vos abstinentiæ, & jejuniis dediti, clericalis disciplinæ, ac vitæ castissimæ studiosi, tum patriæ cœlestis fitientes, Deo servite assiduis divinarum laudum officiis, & in Ecclesia, quasi in perpetua vestra Sacerdotali, Clericali-que statione continenter versamini.

Quæcumque demum de muneris vestri partibus, de vitæ modo, vel Pontificum sanctionibus, vel Oecumenicis Conciliis, vel Provincialibus, Dioecesanisque Synodis, vel alia ratione præscripta sunt, ea vos servate, ac præstate diligenter.

Omnes qui Canonicarum Horarum Officiis devincti estis, statutas eas preces horarias recitate ad præscriptam Calendarii anniversarii rationem ac ritum.

Nec vero negligenter, sed attente, pie, decore, supplicique mente illas dicite.

Studiose præterea legite quæ præsertim a B. Antonio Archiepisc. conscripta sunt de negligentia in persolvendis Horis Can. ut quæ eo nomine errata sunt, omnino caveatis.

Expletis Canonicarum Horarum officiis, si quid in illis aut negligentia, aut alia culpa commiseritis, paululum colligentes vos veniam a Deo petite.

2. Qui Sacerdotes estis, Missæ sacrificium sæpius facite ac religiose. Ad illud faciendum parate vos omni pietate in tam alti mysterii meditatione toto animo defixi, & quo prius id faciatis, propriam conscientiam diligenti, accurato, frequentique examine discurrete; tum singulis saltem hebdomadis, atque adeo sæpius & omnino semper cum peccati mortalis conscii estis, uni e confessariis Sacerdotibus, ad Cleri confessiones audiendas constitutis, confiteamini.

In ea Sanctissimi Sacrificii actione ab erroribus, vel levissimis omnino cavete.

Quæ illo pie, recteque celebrando præscripta sunt, ea vos studiose, diligenterque servate.

3. Diaconi, Subdiaconi, Cleri inferiorum Ordinum quicumque estis, quæ de confitendis sæpe peccatis, de Communione frequenter sumenda vobis iussa sunt, integre, & sancte omnia, ut debetis præstate.

Confessarios Sacerdotes, per nos vobis constitutos, quos etiam tamquam vitæ vestræ Duces, ac Magistros elegimus, adite.

Ecclesiasticæ militiæ omnes vos adscripti estis, ad pietatis, religionisque exercitationes vos vocatos esse cognoscite.

In omni in primis sancta Oratione vos assidue exercete, tum in meditationis, tacitæque piæ orationis studio singulis diebus certo temporis spatio, toto castissimi animi sensu incumbite.

Hæc sanctis precibus cætera, supplices præsertim afflictis rei Christianæ temporibus, orate Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis, ut misereatur populi sui.

Ut fidelium animos, vita fugienda, ad virtutesque amplectendas S. S. sui ardore inflammet.

Ut e Principum, Regumque animis evellantur, si quæ sunt discordiæ semina.

Ut una animi confessione Christi Regnum propagare student, unamque Dei gloriam, atque Ecclesiæ Matris defensionem propositam habeant.

Quicquid vero temporis a Divinis Officiis, ab Orationis, contemplationisque exercitatione, ab Ecclesiasticis functionibus, & ab aliis necessariis actionibus vacuum habetis, non in otio, neque in desideria; nec vero in rerum novarum curiositatibus illud conterite; sed cum in fortem Domini vocati sitis, in ejus lege die, ac nocte meditemini.

Sacrarum igitur litterarum studia diligentius colite, quæ usque adeo complexi debetis, ut qui aspernetur, contra eum dicat Dominus.

Quia tuam scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.

Frequentes ad statutas lectiones, & ad litterarum tractationes vobis præscriptas convenite.

Attento animo in iis adeste, atque in dies ad uberiores sacrorum studiorum fructum progressionem aliquam habete, ut ad Episcopatum aliquando vocati, & diligentia, & doctrinæ testimonium detis.

Si qui estis, qui vel tarditate ingenii, vel ingravescente ætate magnum in litteris progressum habere non potestis, ne desistite tamen primum oratione frequentem intelligentiam vobis necessariam a Deo petere; tum eo diligentius, ad pietatis, modestiæque studium, ac Sanctorum morum disciplinam incumbite, tum sæpius Sacerdotes peritiores consulite & Clericales, Sacerdotalesque exercitationes convenite, & libentius, & frequentius.

Concionibus etiam, atque lectionibus sacris, quæ in Ecclesia constitutis diebus habentur, cum omnes quicumque estis, tum maxime quibus potissimum conciliaribus decretis iustum est, quo decet habitu, frequentissime adeste.

Lectione librorum spiritualium, & clericalium, qui probati sint, animos mentesque vestras pascite.

Quatuor præsertim locos, ex catechismi Romani doctrina, de duodecim fidei Articulis, de septem Sacramentis, de decem Præceptis, de oratione Dominica, in promptu, atque explicate habere omni studio contendite.

Cum his, & præceptorum Ecclesiæ cognitionem, & preces horarias recitandi peritiam, & Ecclesiasticorum rituum, caeremoniarumque notitiam conjungite.

Pauculos libros quorum necessarius delectus vobis Decretis vel Provincialibus, vel Diocesanis præscriptus est habere, ne omittite, aut negligite.

Qui pro facultatibus, proque studiorum ratione plures habere possunt, eorum optamus, & laudamus in iis comparandis diligentiam.

At libros de rebus jocosis, ridiculis, obscænis, inanibus ad poesisque profanæ studium pertinentibus, vulgari, aut latino sermone conscriptos, procul abjicite.

Ne vero musicas cantiones ridicule, voluptuose, parumque publice exaratas adhibete.

Quotidie aliquid ex sacris Bibliis legite; ac si per Ecclesiasticas occupationes licet, qui apti estis, aliquid item ex Sanctorum Patrum opusculis Gregorii Magni Pontificis, Cypriani, Ambrosii, Augustini, Chrysostomi, Bernardi, & aliorum, qui sanctitatis, & doctrinæ laude in Ecclesia celebrantur.

In iis ad legendum, sanctiss. patrem Ambrosium Episcop. vobis potissimum proponite.

Illius præcipue librum de Sacerdotali dignitate legite, quo libro Ecclesiasticos homines commonuit de perfectæ vitæ institutione.

Libros item officiorum, quos ubi primum Episcopus is factus est, Cleri mediolanensis potissimum causa edidit, in manibus assiduus habete.

Hos, atque alios præterea libros de Sacerdotalis, Clericalisque vitæ rationibus, & officiis de animarum cura, de Christianæ pietatis studiis, & exercitationibus, deque aliis cujusdem generis pie confectos, ita legite, ut quæcumque ad vitæ sanctæ normam accommodata ex illis animadvertistis, ac didicistis, moribus exprimat.

Conciliorum item Provincialium, & Diocesanorum, Constitutiones, & Decreta non percurrere solum, sed usque adeo studiose legite, ut, quæ legeritis post etiam taciti vobiscum aliquando mente reputeris, ac videatis simul non solum si quicquam est, quod contra illorum præscriptum egeritis, verum si quid etiam aliud est quod ex eisdem exequi, præstare omiseritis, aut neglexeritis. Quod ut præsteris, curate omnino, atque efficiet.

Estis, divina misericordia, in Ecclesiastico ordine constituti, ad Gloriam Dei conservandam propagandamque, ideo tum ordinis vestri ministerium, quod explere debetis, videte, tum illius dignitatem, ac decorum servate.

In incessu, statu, gestu ita vos præbete, ut ab ordine, quem suscepistis, nomine, & ratione nullo sane modo discrepetis, proposito vobis B. Patris Ambrosii judicio, qui Clero adscribi hominem recusavit, propterea quod ejus gestus, & incessus dedeceret.

Habitu non exquisito, non delicato nimis, non serico, ne ornamento quidem: rursus non fordido, non neglecto, sed gravi, & talari, atque ejusmodi tum domi, tum foris pro unuscujusque vestrum ordinis, gradusque ratione utimini, ut a Decretis eo de genere editis, nulla in re, vel minima, discedatis.

Coronam, quod insigne est ordinis clericalis, pro ratione ordinis, quo vos singuli initiati estis, latam, & conspicuam deserte.

Parcha, & frugali mensa contenti sitis, & suppellectili etiam modesta, ac tenui potius.

Ab omni splendido apparatu, pompaque sæculari abstinete.

Quæcumque acu picta, varie intexta, aulae item, peristromata rejicite.

Imagines domi non profanas, sed eas habete, quæ pietatis, ac religionis argumentum, & adjumentum præbeant.

In omni vita a fastu, luxu, ambitu, ambitione, & a vanitate longe refugite. Nec verbis quidem præscriptum vitæ modum pervertite.

Nihil scuriliter, nihil jocosè, nihil indecore, nihil turpiter loquamini.

Absint a vobis maledicta, obrectationes, curiositas, levitas, assentationes, ac nugæ, Temperantiæ clericalis disciplinam vobis præscriptam in reliquis etiam omnino tenete.

Commestiones, comotationes, convivia publica, laicaliæ tum maxime, in quibus mulieres interfunt, evitate.

Hospites excipite, ac illis excipiendis intra parsimoniam fines vos continete, ita ut clericalis frugalitatis non sumptuosi convivii testes illos habeatis.

A ludis, spectaculis, circulatorumque, atque id genus vitium hominum præstigiis procul estote.

Arma abjicite.

Sic denique cor vestrum corroborate, ut inania spectacula non appetat, a mundi ludis, atque ineptiis adhorreat.

Sensus autem vestros ita dirigite, cum a Deo utiliter dati sint tanquam rationis ministri, ne eos perperam adhibeatis, sicut satellites cupiditatum.

Sit igitur vester oculorum aspectus simplex, & pudicus.

Aurium sensus castus, & prudens, casta mens, casti omnes sensus.

Vitæ, & motum consuetudo casta, & spiritualis.

Ad eorum Sacerdotum, qui in ejusmodi vitæ studiis, ac disciplina exercitati sunt, familiaritatem vos adjungite, ex qua vobis vestræ ad sancte agendum progressionis consent.

Ad castitatem autem conservandam munite omnem viam. Legite propterea sæpe illum beati Cypriani Martyris de singularitate Clericorum librum, qui vos in hac, ut in aliis instruet virtutibus.

Suspectarum autem mulierum consortium omnino vitate.

Cum aliis vero quibusvis mulieribus, quamvis vel arctissimo consanguinitatis, vel affinitatis vinculo vobis ille conjunctus sint, ne in eisdem domiciliis ædibusve simul habitate, nisi cum ex causa alicui vestrum aliquando Episcopalis literis permillum sit.

In famulatu laicorum ne sitis, multo minus sceminarum, quamvis nobilium.

Ne vero illas Musicam, litterasve docete, nisi scripta nominatim facultate ab Episcopo permillum cuiquam sit.

Ædes Ecclesiasticas ne laicis locate, nisi concessu Episcopali.

Ac ne ipsas quidem patrimoniales locationi iis date, quorum vita, moresve suspecti sint; Sæcularibus vero negotiis, ut est Sancti Pauli Apostoli documentum, ne vos implicate.

A cujusvis generis mercatura quæstiosa, omni negotiatione prædiorum, conductione, tum aliis, ut provinciali Decreto vobis interdictum est, prorsus cavete.

Ne pecuniæ, lucri avari sitis, nemo potest servire Deo, & mammonæ: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet, inquit Christus Dominus.

Si qui pauperes estis, ne cupiatis divites fieri, ut ne incidatis in tentationes multas, & in laqueum diaboli.

Paupertatem vestram, ne moleste ferre, paupertatem dilexit, & docuit cœlestis magister Christus, qui nascens in præsepio ponitur, & nudus in cruce moritur.

Scitote paupertati socias adjungi sobrietatem, abstinentiam, & reliquas virtutes, quibus præluere oportet Ministros Dei.

Præponite vobis Sanctorum veterum patrum vitam, qui lucrum non spectabant, temporalia non quærebant; & nihil tamen iis deerat: imo in paupertate illis aliquando aliquid abundabat, quod aliis erogarent.

Ne igitur quia tenuem redditum habetis, lucrum quærite, nec quæstum, vos appetendo injuriam vestro ordini facite, avaritiæ fordibus volutati.

Non sæculi vos mercatores, non mammonæ ministri estis, sed Christi mercatores, nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed bonorum operum abundantia cum charitate juncta facite thesauros in coelis.

Studete vos lucrari animas Deo, & cœleste horreum augere.

Exemplo Sanctorum, vos paupertate, sobrietate, ac parsimonia ita agite, ut non modo a supervacaneorum rerum usibus abstinentes, sed vestro etiam defraudantes victu, Ecclesias vestras, & Altaria exoneretis, facta tecta habeatis sacra suppellectili instruatis. Alienis item necessitatibus subveniatis, & pauperibus opitulemini.

4. Qui uberiores Ecclesiasticos redditus habetis, Ecclesias e quarum prædii fructus percipitis, eo magnificentius, & augustius, quo amplioribus donis, bonisve, augustiorique liberalitate illæ dotatæ sunt, illustri structura, præclaro opere reficite, egregiis muneribus exornate, tum omni Ecclesiasticæ suppellectili apparatu instruite.

Christi visceribus substantiam Ecclesiasticam erogate, pauperibus scilicet, peregrinis, viduis, pupillis, ægrotis, in vincula coniectis, captivis: quibus egentibus, & esurientibus cum subvenire possitis, si alimenta necessaria denegatis, violatæ charitatis rei estis in conspectu Domini.

Memores estote ejus, quod a Sanctissimo Patre Ambrosio scriptum est, quod fideles eo animo obtulerint Ecclesiæ ministris, ut per eorum manus, quorum fidei, atque integritati summa omnia tribuebant, ad pauperes pervenirent.

Vos item alii, quicumque estis, quorum fidei Christi patrimonium proprie ad divini cultus, pauperumque usum commissum est, cavete, ne ambitione, aut cupiditate prolapsi, in alium quam cui addictum est, convertatis: idque propterea sacrilegii rei, damnationem æternam subeatis.

5. Universi autem vos, & singuli Ecclesiastici ordinis homines, ut summam complectamur, quæ muneris vestri sunt, vobiscum frequenter recolite, ministerium vestrum explere studete, sanctissima studia religionis, & officii vestri rebus aliis potiora ducite. In rerum divinarum, sacrarumque cognitionem omni cura incumbite quæ divina, quæ sempiterna sunt, divitiarum, & honorum, & terrenarum rerum cogitationibus abjectis, amplectamini: restincto cupiditatum ardore, integros, castosque vos servate: mundi voluptates, quæ a divinis præceptis detorquent, declinate: prædiorum Ecclesiasticorum, quæ non avaritiæ præda, sed instrumenta charitati relicta sunt, redditu, & fructibus non abutamini: humilitati studete, charitatis ope-

ra præstate, induimini Dominum Jesum Christum: Sancto-
rumque ejus facta imitami, & horum imitatione, & il-
lius in primis divinis præceptis, institutisque conformati, in
vocatione, qua vocati estis, digne Deo ambuletis, tum
vitæ vestræ splendore laicis hominibus lumen præferatis ad
vitam sancte instituendam, tum vos repositam vobis justitiæ
coronam demum percipiatis.

Omnes præterea, & singuli qui hujus Ecclesiæ ministerio
adscripti aliquo modo estis, & Dioecesim, & Ecclesias, quas
in ea obtineris, quibusque adscripti estis, stationes vestras,
in quibus manendum vobis sit, parate.

In illis ipsis residete.

Ecclesiasticas ipsas ædes habitate; ibique domicilium ve-
strum vere constituite, & habete.

Debitis muneribus, atque oneribus satisfacite.

Alia item agite, ac præstate ex præscripta Conciliaribus
Decretis fructuosæ, salutarisque residentiae ratione.

6. Quicumque item Cleri minorum ordinum estis in Eccle-
siis, quibus adscripti estis, singuli ordinis, quo initiati estis,
functiones tali pietate obite: ut digni habeamini, qui dein-
ceps altiorem gradum affecturi, Sanctæ Dei Ecclesiæ inser-
viatis.

Nemo autem vestrum, quicumque estis, si alicui functioni
estis deputati, ab Ecclesiastica statione, personalisque residen-
tiæ munere discedat, nisi causis per Episcopum probatis, &
etiam discessu litteris expresso.

Hæc quæ communiter, atque universè vos moniti estis,
singuli servate, studiose, ac diligenter.

7. At præterea sigillatim, nominatimque vos, qui in Ca-
thedrali Ecclesia dignitates obtinetis, Canonici item tum
ejusdem Ecclesiæ, tum reliquarum quarumvis Ecclesiarum
Collegiatarum, vel urbanarum, vel Dioecesanarum, quicum-
que sitis in omni Canonice disciplinæ officio ita agite, ut
Canonice, nempe Canonum legibus ad vitæ vestræ institu-
tum pertinentibus, & Constitutionum Provincialium, Dioe-
cesanarumque rationi congruenter vivatis. Ideoque primo ma-
xime studete, ut in conspectu Dei Omnipotentis puro corde,
& casto corpore ministretis.

Tum singuli vos ordinis, dignitatis, aut Canonici an-
nexi functiones explete: Canoniceque muneris partes præsta-
te omnes in Choro, statis horis assistite, & ad Deum pro
fidelibus, pias, religiosasque fundite preces.

Dum eo loco estis, memores estote adesse C. J. D. cui
servite cum timore, & tremore.

Non pigri, non somnolenti, non oscitanter adestote, non
mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis statu.

Attente studiose, rite, pie, religiose, divinas laudes conce-
lebrate: & psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes
in cordibus vestris Domino.

In Choro nemo privatim, nemo tacite officium recitet;
sed omnes pariter; quicumque adestis, senes cum junioribus,
laudate nomen Domini in psalmis, hymnis, & canticis.

A quibuscumque colloquiis, & a litterarum, librorum le-
ctionibus, atque omni vagatione abstinete.

Pro temporis autem, & officii ratione sedete, state, ge-
nua flectite, caput operite, & inclinate.

Accurate demum omnia observate, quæ eo de genere vo-
bis præscripta sunt, itaut vestro exemplo aliis Sacerdotibus,
Clericisque, & recte, riteque psallendi, & sancte orandi, &
pie agendi animum addatis.

In psalmodum autem, canticorum, & hymnorum intelligen-
tiam studiose incumbite: ut, dum psallitis, pro sensuum san-
ctissimorum, quos mente concepistis, ratione, vos ad om-
nem pietatis, devotionisque affectum excitetis.

Non ordinarie distributionis lucro adducti, sed Dei Char-
tate, religionisque cultu commoti, divinis officiis adeste, ut
vere, ex animoque psalmi verba illa concinatis: Voluntarie
sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine quoniam
bonum est.

Divinis officiis absolutis, paululum omnes in Choro pie
orate, inde abundi signo per Præfectum dato, confurgen-
tes, quo ordine ad Chorum accessistis, eodem in Sacrarium
redite, ubi cappas, qui illas induiti estis, & superpellicea
sine strepitu ullo, aut susurratione deponite.

Canonicas vestros conventus statutis hebdomadæ diebus
capitulariter habete.

Omnes qui debetis, ad illos convenite.

Inde ne discedite nisi missione a capituli Præfecto impetrata.
Singuli ordine, & loco sedete.

Sententiam modeste dicite, & suo quisque loco, non præ-
postere.

A verbis scurrilibus abstinete.

In rebus consultandis rixas, jurgia, & contumelias cavete.
In initio, & sine uniuscujusque Capituli stantes orationes
dicite.

Priori loco tractanda proponite, quæ ad divinum cultum,
ad spiritualis vitæ progressionem, ad Ecclesiasticam discipli-
nam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium gubernatio-
nem pertinent, ne negligite.

Cætera hoc de genere toto servate, quæ Provincialibus
constitutionibus vobis præscripta sunt.

Omnia in primis agite pace mutua, concordie voluntate, &
charitate fraterna vos invicem diligite; Canonici enim estis,

qui sicut pro Collegii ratione ex antiquo instituto una in Col-
legiata Ecclesia, unoque item in Canonicali domicilio collo-
cati fuistis, ita uno pacis, & charitatis fœdere, unaque ani-
marum confessione conjunctissimi sicut nascentis Ecclesiæ mi-
nistri, quorum erat cor unum, & anima una, experiundo
videte, sicut in Psalmo scriptum est. quam bonum, & quam
jucundum sit, habitare fratres in unum.

8. Quicumque vero estis, qui inter Canonicos, Præpositi,
aut Archipresbyteri, aut alterius dignitatis nomen, gradumve
obtinete, sicut honore, & dignitate præstati, ita virtutum
exemplis, vigilantique in muneris, curæ partibus obeundis
solicitudine præluete.

Parochi præterea, cæteri quicumque estis, etiam Præpositi
Archipresbyteri, alii, qui animarum curam geritis, præter
ea, quæ vos cum reliquo Clero communia universè monui-
mus, illa etiam, quæ præcipue de vobis decreta sunt, præ-
state omni sollicitudine.

In primis oves, vobis concredite, cognoscendæ sunt, &
appellandæ nominatim, pascendæ, & custodiendæ item.

Animarum igitur numerum in Catalogum redigite ad præ-
scriptam normam.

Eorum, qui baptizantur, qui item confirmantur, & com-
patrum etiam, qui adhibentur, nomina describite.

Matrimonia in Codicem referte.

Parochiæ vestræ incolarum vitam, & mores investigate.

Indagate omni studio, si qui hæresi-contaminati sint, aut
suspecti: aut si qui sint, qui hæreticorum libros habeant, ven-
dant, emant, importent, vel legant, eosque statim denun-
tiate.

Monete etiam populum, ut idipsum etiam præstet, ad no-
stri edicti præscriptum, quod statutis temporibus de more
promulgate.

Perquirite de dictis, & factis eorum, qui ex hæreticorum
finibus veniunt.

Dispiscite, si qui e Parochiæ vestræ finibus ad loca profi-
ciscantur, ubi impune prædicatur, quod a Catholica fide
alienum est, tum etiam an ii professionis facultate impetrata
agant ad præscriptum Decreti in Concilio Provinciali tertio
promulgati.

Investigate præterea de iis, qui in vestra Parochia docent,
eorundemque mores, vitam, & fidem observate, ac reliqua
de iis ipsis præstate, quæ Conciliis Provincialibus præscripta,
jussave sunt.

Videte, & cavete, ne superstitiones, magicæ cantiones,
& hujusmodi diabolicæ superstitiones in populo vestro sint.

Cognoscite publicos peccatores, corruptores aliorum,
concubinarios, adulteros, usurarios, blasphemos; & denunciate.

Cognoscite etiam alios populorum corruptores, qui festis
diebus non Deo, sed aleis, ludis, choreis, diabolo ser-
viunt, quique festorum diem cultum quovis modo violant,
quales sint, neque observant Pontificias, neque Provinciales
de diebus festis colendis Constitutiones, aut Edicta Episco-
palia.

Istos ab ea male agendi corruptela revocare, ac detertere,
omni pietatis officio studete, tum Episcopo etiam, sicut opus
erit, significate, ut præ curæ Episcopalis officio salutare
remedium afferatur.

Rursus agnoscite etiam pauperes, viduas, pupillos, cæ-
terosque aliena ope egentes, quibus, & salutari consilio, &
consolatione, & re subvenite, aut si minus re potestis, co-
hortatione alios accendite ad eos sublevandos.

Sique illorum gravior inopia deposcit, festis etiam diebus
a fidelium liberalitate aliquid in Ecclesia colligendum cura-
te, ut ab Episcopo præscribatur, quod ipsis in eleemosynam
conferatur.

Seorsum etiam locupletes Parochiæ incolas convenite; qui-
bus pauperum egestates proponite, & ostendite eis divitias a
Deo propterea etiam esse tributas, ut inopibus succurrant.

Si qui autem potentiorum opibus in causa aliqua oppressi
sunt, illos unice, atque intime eorum patrocinio commenda-
te, qui vel ex suscepto officio id præstare debent; vel qui-
bus Episcopus hanc curam dederit.

Pascite in primis populum vobis commissum prædicatione
verbi Dei, salutaribus monitis, administratione item Sacra-
mentorum; exemplo, & oratione.

In verba Dei exponendo plane observate, quæ Constitu-
tione Provinciali, & aliis Concionatoribus, & vobis præ-
scripta sunt.

Pueros festis, Dominicisque diebus, in Doctrinæ Christianæ
rudimentis instruite.

Provectioris ætatis homines ad eadem intelligenda invi-
tate.

Patres, matresque familias monete, ut filios, filias, cæ-
terosque quos in familia habent, ad statutas Doctrinæ Chri-
stianæ scholas ipsi conducant.

Confratrum, qui iis scholis adscripti sunt, operam ad hoc
institutum adhibete, curateque, ut mutua inter eos charitas,
morumque disciplina observetur.

Alios etiam ad tam pium opus amplectendum alacriores
reddite, atque excitate, tum assiduis vestris cohortationi-
bus, tum promulgatione thesauri spiritualis indulgentiarum,
iis concessi, qui iis scholis adscribuntur, in illisque operam
navant.

Ne omittite diebus Fests inter Missarum sollempnia aliquid ex his, quæ in Missa leguntur, fidelibus exponere, & Sanctissimi illius Sacrificii mysterium aliquid explanare, & aliquando sanctiores illius sacrarum Cæremoniarum, rituumque rationes, & significationes explicare, quo diligentius instructi in dies Sacrosancto illi Sacrificio religiosius intersint.

Docet item, quomodo fideles signo Missæ celebrandæ dato se corde contrito ad eam sancte audiendam parent.

Curate, atque efficitæ perpetuis vestris monitionum officiis, ut in illa viri aperto capite, mulieres velato, & in omni ejus parte, utroque genu flexo præterquam in Evangelio adsint.

Instruite etiam eos, quam religiose non solum in Missa sacro, verum etiam in divinis aliis Officiis versandum.

Quando standum, quando genua flectenda, quando assurgendum.

Quam valde, dum illa fiunt, celebranturve, fugendæ confabulationes, colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, immo vero inanes cogitationes, quibus a pia meditatione, & mysteriorum, quæ aguntur, contemplatione, religiosaque oratione animus distrahitur; quam denique studiose vitandæ reliqua omnia ab eorum Officiorum sanctitate, & cultu aliena.

Rursus quam sancte item, quam religiose, & quam demisso, humilique habitu in supplicationibus, litanis, & stationibus versandum sit.

Qua reverentia, quove pietatis studio in Ecclesiis, locisque sacris manendum sit, quæve ab illis procul abesse debeant, idque ex Sanctionibus Pontificiis, Constitutionibus conciliaribus, Episcopalis præterea Edictis.

Qua etiam non solum intima religiosi animi præparatione, sed externa etiam, cultus pietate, modestia, humili genuflexione, & armis depositis, ad Sanctissimam Communionem, tum etiam ad cætera Sacramenta accedendum sit.

Tum docete, ac monete, quomodo dies Festi colendi, & sanctificandi sint.

Ostendite indignissimum esse sacris illis diebus non modo a nefariis operibus, illicitisque negotiis non abstinere; verum etiam religionis, ac pietatis opera non præstare omni diligentia.

Ac præterea nefas esse sacros dies ad maxima Dei beneficia colenda, summasque ei laudes persolvendas, ac debitum Sancti honorem tribuendum institutos, ad illas traduci, quæ ab eo cultu abhorrent: qualia sunt tripudia, ludi, choreæ, spectacula, quibus, ad turpes illecebras incitantibus, salutis humanæ hostis diabolus oblectatur.

Denunciate item statuta Sacrorum Temporum jejunia, docete quomodo jejunandum, quæ peccati gravitas violandis sacris jejuniis.

Quæ præterea Christianæ pietatis officia in Sanctorum vigiliis.

Quam sancte observandum quadragesimale jejunium: statutis autem sollempnibus, vel Adventus, vel Septuagesimæ, vel aliorum temporum celebratibus præmonete fideles, atque diligenter ex pastoralium etiam litterarum præscripta recitatione, ac ratione instituite ad sacra illorum temporum mysteria, sanctis pietatis officiis religiose colenda.

Ut his omnibus pro temporum, sollempnitatumque ratione illi instrui possint, sæpe monete, ut Dominicis, aliisque Fests diebus, quemadmodum sacra Tridentina Synodus optat, ad Parochialem Ecclesiam conveniant.

Qua in re sæpius monitionem pastorem eo de genere, frequenti populo legite.

Sæpe autem, ac diligenter eosdem docete, quam assidue orandum sit.

Quomodo, & tacita supplicis mentis meditatione, & piis statim orationibus precandum.

Quam studiose, ac religiose suscipiendum vespertinæ communis orationis institutum, quam diligenter illud semel susceptum pie retinendum.

Ideoque cum alias sæpe in anno eam orandi rationem, cum indulgentiis concessis per summa capita explicate: tum præcipue diebus Concilio Provinciali Tertio constitutis in maxima populi frequentia de scripto pronunciate, atque evulgate.

Dominicis diebus instruite populum, & monete, pro quibus oret, ut est in eodem Provinciali Concilio decretum.

Tum præterea, quas singulis hebdomadæ feriis, præcipuas preces, Christianasque meditationes, atque in orando exercitationes sibi propositas in promptu habere possit.

Quam sæpissime vero sermonibus vestris populo proponite locos perpetuæ Christianæ meditationis de Morte, de Judicio, de Inferno, de Gloria, & de præmio Paradisi.

Monete præterea sedulo, ac frequentissime patres, matresque familias, ut liberos, familiaque suam ad pietatis, Christianarumque virtutum disciplinam religiose instituunt.

Ad hoc propterea patres familias inducite, ut de vitæ spiritualis ratione, & piis exercitationibus libros probatos domi suæ habeant; in quorum lectione versentur, seseque ac familiam instruant ad sancte agendum.

De patrumfamilias officio, familiarumque institutione, editam in Concilio Tertio Provinciali Constitutionem in Parochiali conventu legite, singulasque ejus partes explicate.

Tum alia præterea docete, quæ opportuna existimaveritis, quibus illi se, suamque familiam in Christianæ vitæ institutis, atque exercitationibus conforment.

In officinis etiam, & tabernis disciplinæ, vitæque Christianæ rationes observate: si quid autem, vel ab artificibus, vel ab institutoribus operari, sive committi, animadverteritis, quod dissolutæ disciplinæ sit, id officinarum, tabernarumve dominos graviter monete, ostenditeque ea in re officii sui partes.

Estis participes, & socii laborum, curæque Episcopalis, & in messe Episcopo commissa, operarii estis, elaborate una cum eo, & contendite, ut populus, cujus cura geritur, tanquam purum triticum, auxiliante divina misericordia, congregetur in horrea cælestia.

Depositum custodi, inquit Apostolus Paulus: id vobis singulis dictum esse putate, ut in grege, tanquam deposito fidei, curæque vestræ commisso diligenter custodiendo, ab omni peccati labe conservando, cogitationem, sollicitudinem, curam, studiumque omne collocetis.

Parochia igitur unicuique vestrum concredita viciniam, cum a cæteris vitiis omnibus vos singuli sollicitè custodite tum curate etiam, ne odia, simulationes, inimicitia, factiones, temere jurandi, maledicendi, imprecandi, prævæ consuetudines, ac ne detractiones quidem in ea sint.

At vitia in primis, & peccata, ad quæ populum proliorem esse animadverteritis, reprehendite, atque exagitate.

Nec vero dissimulate peccata: sed annunciate populo scelera ejus: publice peccantes coram omnibus arguite, ut & alii timorem habeant.

Idque agite spiritu fortitudinis Domini, ut strenui ejus milites, bonam militiam militate, nihil plane trepidantes.

Si ab increpatione, vos monet Sanctus Gregorius, reticueritis, quia contra vos odia insurgere reformidatis, non jam Dei lucra, sed vestra queritis.

Non maledictis, non vexationibus, non calumniis, non alicujus generis contumeliis illud vel increpandi, vel palam arguendi officium deserite, modo Christi, & animarum salutis servatis.

Rursus non aucupandæ hominum gratiæ studio id agere desistitis: servus Dei non essem, si hominibus placerem, inquit Apostolus.

Væ vobis tacentibus, aut dissimulantibus, si grex curæ vestræ commissus perierit, sanguinem ejus de manibus vestris requiret justus, & omnipotens Deus.

Si igitur peccatur, ne in increpationibus verba vestra blandientia sint; sed, ut a Spiritu Sancto scriptum est, stimuli sint, & quasi clavi in altum defixi.

Instate opportune, importune, privatis etiam admonitionibus, consiliis, correptionibus, objurgationibus, ut peccantes, adjutrice divina gratia, in viam salutis revocentur.

In usum etiam sancte ita revocate fraternam correctionem, ut non modo mutua Christiana charitate vos ipsos corripatis; sed reliquos item præsertim Parochiæ incolas in charitate, & correctionis officium recte doceatis.

Ad sermonum vero, admonitionum, correctionum partes explendas, locos vobis comparate, præcipue ex doctrina Cathedrici Romani, in quo magna cum populorum vestrorum salutari utilitate versari diligenter potestis.

Neque ad hoc multiplicis vestræ Ecclesiasticæ tractationis genus negligite adjumenta, quæ aliunde utiliter capere poteritis.

Cætera autem officia, quæ in Sacramentorum administratione, in assidua ad frequentem eorum usum cohortatione, in ægotum cura, in aliis Parochialis muneris functionibus, vobis Provincialibus, Diocesanicisque Conciliis præscripta sunt, præstate, atque exequimini accurate, ad earumque Conciliarium Constitutionum, Decretorumve normam omni observantiæ, atque obedientiæ studio vos plane conformate.

Quæ vero Decretorum Provincialium, vel Diocesanorum partes ad laicos, eorumque Christianam disciplinam attinent, quo sæpius evulgatæ, atque inculcatæ, servantur diligentius; illas summam vulgari sermone expressas, crebro, prout usu venerit, populis vestris proponite, denunciate, explicate, atque in consuetudinem inducite.

Quæcumque denique vel ad vos, vel ad laicos curæ vestræ commissos pertinent ea Decreta quo maximo potestis studio, in omnem executionem, disciplinæque usum introducite. Videteque in primis, ac perpendite, quæ sint, & quam religiosæ functionis vestri partes: caveteque ut in officiis, & curæ vestræ functionibus non modo quicquam vos non committatis, sed ne omittatis quidem; cum in Sacerdotali vita, pro muneris, quod sustinetis, ratione, tum graviore, tum longe plures, quam in cæteris hominibus esse possint, omissionis culpæ.

10. Vos præterea reliqui Sacerdotes, quicumque estis, quibus animarum cura non incumbit, cum alia omnia, quæ Ecclesiastici ordinis hominibus de divinarum officiorum cultu, de vitæ honestate, de studiis, & vitæ spiritualis exercitationibus, præscripta, aut monita generatim sunt, tum, quæ nominatim, sigillatimque ad præcipuam vestram executionem attinent, præstate omnino.

11. Vos item reliqui Clerici inferiorum Ordinum, quæcumque ad vos, vel nominatim, vel generatim spectant, agite omnia, sicut Clericalis vitæ ratio, Canonum, & Conciliorum Decreta præscripta postulant.

Christi estis, nempe de forte Domini, & ipse Dominus fors, pars scilicet vestra; tales præbete vos, ut & ipsi possideatis Dominum, & possideamini a Domino, vereque dicatis, Dominus pars hæreditatis meæ.

Filii mei nolite negligere, vos elegit Dominus, ut stetis coram eo, & ministretis illi.

Videte igitur, quam valde intentos vos esse oporteat ministeriis vestris, & quam magna vitæ, morumque castitate.

Proborum hominum tantum, præcipue Sacerdotum, vitæ spiritualis laude præstantium, familiaritate utamini; ex quorum consuetudine, tum fructus vos capiat, tum Episcopus meliorem in die de vobis opinionem concipiat.

Majores veremini, & observate, eisdemque recte monentibus obtemperate.

Præter latinæ linguæ, & litterarum studia, Ecclesiasticæ in primis disciplinæ institutionibus diligenter incumbite.

Sic demum vos moribus, & vitæ modestia probate, ut & a Parochis, & a Præceptoribus vestris, tum etiam a populo bonum testimonium Episcopus habeat, vosque dignos iudicet, quos majoribus Ordinibus adscribat.

12. Vos vero qui vel Visitationis munus geritis, vel Clericalis disciplinæ curæ quovis nomine præfecti estis, vel in Diœcesi, Vicarii foranei constituti, in explendis muneris, atque officii vobis commissi partibus sedulo invigilate, atque elaborate.

Onus, quod sustinetis, quam grave sit, quam plenus curis perpendite, tum quam in eo vobis committendo spem, fiduciamque Episcopus habuit, videte: tum efficite ut ejus expectationi respondeatis, vigiliarum vestrarum, studiis, assiduaque sollicitudine.

Ecclesias, quæ in uniuscujusque vestrum ratione sunt, sedulo visitate, earumque partes singulas inspicite.

Pervestigate in uniuscujusque Parochiæ finibus, an aliqua publicorum peccatorum labes, an flagitia, quibus Episcopali cura Episcopus medeatur, necesse sit.

Universo Clero, pro rogatione commissa, invigilate diligenter: illudque in primis videte; ut in disciplinæ Ecclesiasticæ moribus, atque officiis se contineat, Clericalisque moderationis legibus congruenter vivat.

Indecentem ejus habitum omnino rejicite: morum sanctæ

vitæ, sacrarumque litterarum, & institutionis Ecclesiasticæ studia, si quæ in eo langueseunt, excitate.

Clerici autem minorum Ordinum, in hoc maxime vobis commendati sint, ut illorum omnes, tum in vitæ moribus, tum in litterarum, Ecclesiasticæque doctrinæ studiis progressionibus, accurate exploretis, atque ut maxime potestis, paternis cohortationibus, atque objurgationibus, iisque assiduis adjuvetis.

Ecclesiarum item cultum, nitorem, cæteraque ejus generis omnia curate vestra diligentia, quæ totis in Christi visceribus ab unoquoque vestrum expetitur.

Quæcumque vero, vel Provincialium, Diœcesanarumque, Synodorumque Decretis, vel præcipuis instructionibus, vel Visitationum jussis præscripta sunt, ea omnia, ut reipsa præstetur, studiose perpetuo agite.

Hæc omnia, & singula his monitionibus nominatim, singillatimque expressa, cuncta item reliqua, vel Concilii Provincialibus, Diœcesanicæ sancita, vel alio modo vobis præscripta: vos omnes, ac singuli, quorum interest, quanto potestis amore, & pietate non amplectimini solum, & legite, sed mente, animoque comprehendite, servate, omnique sollicita executione præstare; totosque vos ad cohortationum, admonitionum, Decretorum, Constitutionum rationem accommodare. Quod omnes, ut faciatis, sicut nos pro Episcopalis nostri officii munere, vos in hoc Diœcesano conventu ex Concilii Provincialis præscripto commune fecimus, ita etiam unumquemque vestrum, per Unigeniti Filii Dei adventum, per ejus Crucem, perque animarum salutem obsecramus, obtestamur, divinaque constitutione monemus, Rursusque vobis ipsis universis, & singulis edicimus, si quis vestrum Constitutionibus, Decretisque, vel Provincialibus, vel Diœcesanis, vestra causa, non paruerit, contra eum nos actores esse Ecclesiasticis, Canonicisque Sanctionibus.

Cavete igitur ne quem vobiscum paterne modo agentem, sollicitèque monentem, & in conspectu Dei vos hoc sacro deprecantem, auditis, eundem rursus in hæc vita non solum culpas vestras animadvertentem, sed in divino præterea iudicio eandem accusantem audiatis.

At ipse Deus, & Pater noster, & Dominus Jesus Christus dirigat vias vestras in omni sancta obedientia; recreet corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono: ita ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, per omnia ei placentes: sique sanctis vestrarum virtutum progressionibus probati, appareatis ante Deum, & Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus Sanctis ejus. Amen.



DISTRIBUTIO, ET INDEX HUIUS PRAXIS.

P A R S P R I M A.

De iis, quæ ante Synodum agenda sunt.

Cap. 1.	DE nomine, origine, & definitione Synodi Diœcesanæ,	Pag. 5.
Cap. 2.	De Indictione Synodi Diœcesanæ.	ibid.
	Annotationes.	ibid.
Cap. 3.	De Epistolis Episcopi pro Synodo.	6.
Cap. 4.	De Congregationibus ante Synodum.	ibid.
Cap. 5.	De ordine habendi prædictas Congregationes.	ibid.
Cap. 6.	De consiciendis Decretis.	ibid.
	Annotationes.	ibid.
Cap. 7.	De præparandis pro actione Synodali.	7.
Cap. 8.	De Hospitiis, & eorum Præfectis.	ibid.
Cap. 9.	De Apparatu Cathedralis Ecclesiæ.	ibid.
Cap. 10.	De distributione Sessionum.	ibid.
Cap. 11.	De Tabellis Synodalibus.	ibid.
Cap. 12.	De Catalogo Cleri vocandi.	ibid.
Cap. 13.	De Habitu Cleri.	8.
Cap. 14.	De Processionibus Synodalibus.	ibid.
Cap. 15.	De Horis Canonicis, & Missis Synodalibus.	ibid.
Cap. 16.	De iis, quæ cantanda sunt a Musicis.	ibid.
Cap. 17.	De Peragendis paulo ante diem Synodi.	9.
Cap. 18.	De Officialibus Synodi.	ibid.
Cap. 19.	De Promotore.	ibid.
Cap. 20.	De Secretario Synodi.	ibid.
Cap. 21.	De Notario Synodi.	ibid.
Cap. 22.	De Lectore Decretorum.	ibid.
Cap. 23.	De Præfectis Disciplinæ Synodalis, & Serutiniis.	ibid.
Cap. 24.	De Iudicibus querelarum, & executionum.	10.
Cap. 25.	De Procuratore Cleri.	ibid.
Cap. 26.	De Oeconomo, & Cathedratico.	ibid.
	Annotationes.	ibid.
Cap. 27.	De Confessariis Cleri Synodalibus.	ibid.
Cap. 28.	De Magistris Cæremoniarum.	ibid.
Cap. 29.	De Ostiariis Synodi.	11.
Cap. 30.	De Concionatoribus Synodi.	ibid.
Cap. 31.	De Examinatoribus.	ibid.
	Annotationes.	ibid.
Cap. 32.	De Iudicibus Synodalibus.	12.
	Annotationes.	ibid.
Cap. 33.	De Testibus Synodalibus.	ibid.
	Annotationes.	ibid.
Cap. 34.	De Punctatoribus.	ibid.
Cap. 35.	De Juramento Examinatorum, Testium, & Punctatorum.	ibid.
Cap. 36.	De Officialibus Cleri.	ibid.
Cap. 37.	De Reductione Missarum.	ibid.
Cap. 38.	De Præside Synodi, absente Episcopo.	ibid.
Cap. 39.	De Cæremoniis Synodalibus, absente Episcopo.	13.
Cap. 40.	De ultimo agendis pridie Synodalis actionis.	ibid.

P A R S S E C U N D A.

De Ordine Synodi Diœcesanæ.

Ordo Synodi Diœcesanæ pro trina Sessione.	
Prima Sessio.	14.
Annotationes.	ibid.
Annotationes.	15.
Continuatio primæ Sessionis.	ibid.
Sessio secunda.	16.
Annotationes.	ibid.
Continuatio Sessionis secundæ.	17.
Sessio Tertia.	ibid.
Ordo Synodi Diœcesanæ per duos dies.	
Sessio Prima.	ibid.
Sessio Secunda.	ibid.
Ordo Synodi Diœcesanæ per unum diem.	
Unica Sessio.	18.

P A R S T E R T I A.

De iis, quæ Synodum sequuntur.

Cap. 1.	De Poena absentium.	ibid.
Cap. 2.	De Validitate Decretorum.	ibid.
Cap. 3.	De Editione Decretorum.	ibid.
Cap. 4.	De Approbatione Decretorum Synodali.	19.
Cap. 5.	De Statu Ecclesiæ describendo.	ibid.
Cap. 6.	Formulæ Summarii prædicti status Ecclesiæ.	20.

P A R S Q U A R T A.

De Formulæ variis ad prædicta.

Cap. 1.	Pro Indictione Synodi.	21.
	Annotationes.	ibid.
Cap. 2.	Formulæ Præmonitionum Cleri.	ibid.
Cap. 3.	Formulæ Epistolarum Synodali.	ibid.
Cap. 4.	Formulæ Tabellarum imprimendarum.	22.
Cap. 5.	Formulæ aliæ exarandæ majori charactere.	23.
Cap. 6.	Formulæ Edicti de Processione.	ibid.
Cap. 7.	Formulæ pro Promotore.	ibid.
Cap. 8.	Formulæ pro Procuratore Cleri.	24.
Cap. 9.	Formulæ pro Secretario Synodi.	ibid.
Cap. 10.	Capita Orationis mentalis.	28.
Cap. 11.	Formulæ Acclamationum.	ibid.
Cap. 12.	Formulæ Indicis totius actionis Synodalis pro Ministris.	29.
Bullæ, & Decreta varia legenda in Synodis Diœcesanis Provincia Mediolanensis.		ibid.
Decretum Congregationis Concilii Tridentini de electione Iudicum Synodali.		30.
Bulla Pii II. De Clericis male promotis.		ibid.
Bulla Pii V. De confidentiis Beneficialibus.		ibid.
Bulla ejusdem: De Horis Canonicis.		ibid.
De vita, & honestate Clericorum, ex Conc. Prov. I. & 4. 31.		ibid.
Monitiones Cleri, ex Concil. Prov. IV.		ibid.

F I N I S.

PRAXIS COMPENDIARIA

VISITATIONIS EPISCOPALIS:

A U C T O R E

D. BARTHOLOMÆO GAVANTO

Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli, & Sac. Rit. Congreg. Consult.



AD LECTOREM.



THEORIAM alii, alii Praxim, utramque non pauci; fuse illi, confuse hi; omnes autem (eorum pace dixerim) ultra metas purae Visitationis, de Visitatione scripserunt; nam definiendo res ipsas Visitandas, disputando, Doctorum axiomata referendo, Canones multos congerendo, superflue interrogando, multa tamen omittendo utiliora, & quicquid fere ad Episcopi potestatem attinet, ad unum Visitationis titulum revocando, implevere libros: puram ergo Praxim, & quae praemanibus haberi possit in ipsamet Visitatione; necnon eam tantum Theoriam, quae satis esse potest ad communiores casus, desiderantibus plurimis, & a me utramque deposcentibus, eam attigisse mihi videor, experientia teste, in Imolensi, & Perusina Visitatione, sub Ferdinando Millino, & Neapolione Comitulo, quos honoris causa nomino, & hoc opusculo brevi comprehendisse: in quo per Indices Praxim, per Annotationes Theoriam, sufficientem utramque ad juvandam peritorum Episcoporum memoriam velut indice digito iudicamus: si quid novisti rectius istis, Candidus imperti; si non, utere mecum, & Vale.





PRAXIS COMPENDIARIA

VISITANDÆ CIVITATIS, ET DIOECESIS AB EPISCOPO.

§. I.

De Visitatione in genere.



TOTA ratio Visitationis Episcopalis reduci potest ad ea capita, de quibus communis est Versus: Quis, Quid, Ubi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando.

1. Et quæsitio: Quis? Respondeo: Episcopus ipse, vel per idoneos ministros, si legitime impeditus fuerit, & Concil. Trident. sess. 24.

cap. 3. hoc est, per suum Generalem Vicarium, aut Visitatorem, ut ibidem dicitur.

2. Quæsitio: Quid? Respondeo: loca, & personas jurisdictionis Episcopalis, de quibus infra in proprio Indice.

3. Quæsitio Ubi? Respondeo: in propriis locis facienda est visitatio locorum, & personarum, nisi hæ commodius alibi haberi possint, ex Concil. Tolet. 4. cap. 35.

4. Quæsitio: Quibus auxiliis? Respondeo, tria mirifice juvare visitationem Episcopalem primum est, oratio visitatoris, & visitandorum ad Deum, alternum est Visitatoris exemplum ad Clerum, & populum. Tertium est noticia necessaria Sacrorum Canonum, & præsertim in hoc genere Sacri Concil. Trid. quam in hac Praxi supponimus, dum Episcopo visitandi rationem tantummodo indicamus.

5. Quæsitio: Cur? Respondeo, finem Visitationis eum esse, qui a Trident. Concil. præscribitur, sess. cit. nempe sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsi hæresibus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, & cætera ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Hæc ibi.

6. Quæsitio: Quomodo? Respondeo: fusius in tota hac Praxi.

7. Quæsitio: Quando? Respondeo: ex Conc. Trid. loc. cit. singulis annis; vel saltem ut tota Visitatio biennio compleatur, & ibidem infra, quam celerrime: quod S. Congr. Conc. Trid. reliquit arbitrio Episcopi, quem admonet debere tempus hoc esse moderatum, & discretum, ne graventur Visitandi. Prima tamen vice diligentius erit agendum, in reliquis non erit diutius immorandum. His ergo positis Indices propono varios, ut brevius agam.

§. II.

Index eorum, quæ spectant ad Episcopum Visitantem.

1. **N**on modo debet visitare loca, & personas, sed etiam præstare, quæ sequuntur.

2. Absolvere animas fidelium Defunctorum, ut in Pontificali.

3. Benedicere sollemniter populo Visitando, ut in eodem Pontificali, & cum Indulgentiis.

4. Sermonem habere ad eundem populum de Visitationis causa, sine, effectibus.

5. Missam celebrare, & distribuere Sacram Synaxim.

6. Ministrare Sacramentum Confirmationis.

7. Consecrare Ecclesias, Altaria, Calices, benedicere paramenta, & alia Pontificalia facere, prout est opus.

8. Invitare quoscumque ad suggerendum opportuna cum charitate, & veritate.

9. Non autem sub pœna excommunicationis ad revelanda, quæ noverint quod vetuit Sacra Congreg. Concil. ult. Martii 1588.

10. Ad extraneos actus non divertere, ut monet eadem Sacra Congreg.

11. Mentia frugali uti, adhibita lectione; illud ex Concil. Trid. loc. cit. Hoc ex decentia.

12. Cum paucissimis circumfisse, quorum opera celerius compleri possit Visitatio.

Gavant. Tom. III.

13. Itinerarium recitare genibus flexis initio itineris a loco ad locum.

14. Orare Vesperi publice in Ecclesia ante refectionem.

15. Visitare infirmos, & in pauperes erogare pecuniam ad ædificationem.

16. A muneribus quibuscumque abstinere.

17. Notario suo, aut Secretario uti ad libitum, ex declar. Congreg. Conc.

18. Procuracionem debitam accipere, hoc est, victum illius diei, quo visitat, ex Conc. loc. cit.

ANNOTATIONES.

Circa decimum. Extraneos actus a Visitatione intellige, qui neque attinent ad locorum, seu personarum Visitationem Ecclesiasticam, neque ad functiones suprædictas Pontificales.

Circa 11. Fugiat Episc. hospitia laicorum, & eorum convivium, ex Prov. 4. Mediol.

Circa 12. expedit, ut Episcopus assumat ministros, quos etiam mittere queat ad visitanda minora loca, seu ad supplicandas rationes dati, & accepti, ubi opus est; quare inter eos esse poterit Oeconomus domus Episcopalis, Theologus Episcopi, & Magister Cæremoniarum, cum famulo a cubiculo, præter Archidiaconum, seu Canonicum J. U. D.

Si plures assumat, quam solita procuratio iis sufficere possit, expendat Episcopus de suo, quod fuisse docet ea Panor. Felic. in man. Visitator lib. 1. tit. 15. Decem persona computato Episcopo, & septem jumenta conceduntur in Conc. Prov. 4. Mediol. inferioribus autem Visitatoribus non ultra octo personas, & sex jumenta, sed his inferioribus longe minor sufficere potest numerus.

Circa 16. Vilagut part. 1. in fine n. 21. citat Doctores, qui concedunt Visitatoribus ea munera, quæ comedenda, ac consumenda sunt ibidem, nec alio asportanda; ut jugum Domini sit suave.

Circa 17. Idem Vilagut concedit a Notariis moderatum aliquid recipi posse pro eorum labore in scribendo, si non recipiant salarium de publico pro tali labore; & citat ibi S. Antoninum, & illud infert argum. a simili, quod a Conc. Trid. conceditur Notariis decima pars aurei pro dimissoriis litteris, &c. Verum non valet argumentum ab uno casu ad alium, in quo expresse Concilium prohibet, ne ipsi Visitatores, aut quisquam suorum quicquam procuracionis causa pro Visitatione, aut alio quovis nomine nec pecuniam, nec munus quodcumque sit, etiam si qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, quid apertius? Zerola part. 1. V. Visitatio idem docet.

Circa 18. Vide varios modos procuracionis exigenda, & pœnas dupli, & alias inflictas iis, qui amplius acceperint, in Conc. Trid. sess. 6. cit. & Navar. in Cons. 2. incip. iterum pœna statuta in c. exigit de censibus in 6. sex notabilia assert. item Zerola part. 1. V. Visitatio, §. 6. ubi excludit medicinas, sumptus equorum, plures procuraciones, si una die dua visitentur Ecclesia, & loca pauperum, seu Ecclesia pauper, quæ gratis sunt visitanda.

Præstari tamen debent vestura quoque equorum a Visitatis, nedum eorum pabula, quæ semper dari solent; quando vere Episcopus eget, & alioquin impediretur Visitatio, ex Thef. Fori Eccl. p. 2. c. 16. n. 43. per text. ibi cit. immo etiam divite Episcopo præstanda erunt, si adest consuetudo. Ibid. n. 44. & 55.

Quod attinet ad restitutionem, duplici in cap. exigit, renovatam in Conc. Trid. cit. ea erit intra mensem facienda, sub pœna interditi ab ingressu Ecclesia, ab Episcopo, suspensionis ab officio, & beneficio ab inferioribus: a laicis autem, suspensionis ab ingressu Ecclesia, & a communione Eucharistia per extravag. Bened. XII. tit. de cons. donec duplum Ecclesia gravata restituerint, ubi etiam habetur, quod Episcopus teneatur de facto famulorum suorum: si sciat, aut ratum habeat: neque valeat in his casibus remissio donancium ulla.

Excusat materia levis, ex gloss. in eod. cap. exigit. verb. munera, & exemplificat in exportatione caponorum, caseorum, & flascorum vini, & similium, qua neque movent aliquem, nequa faciunt (ait) donantem pauperiorem; totius tamen virtualia tantum in proprio loco consumendi recipiuntur.

§. III.

Index librorum, quorum lectione iuvare potest Episcopus in Visitatione.

Pontificale Romanum, tit. Ordo ad visitandas Parochias, part. 3.

2. Conc. Trid. sess. 6. cap. 3. & 4.

Sess. 7. cap. 7. & 8.

Sess. 13. cap. 1.

Sess. 14. cap. 4.

Sess. 21. cap. 8.

Sess. 22. cap. 8. & 9.

Sess. 24. cap. 3. 9. & 10.

Sess. 25. cap. 6.

3. Acta Mediolanensis Ecclesiae, par. 4.

4. Concilium Tridentinum, & Praxim hanc Compendiariam.

5. Mariani Socini, & Franc. Pavini Tractatus de Visitatione.

6. Pauli Fufci Episcopi Sarnensis libri duo de Visitatione.

7. F. Filician Comensis Episcopi Manuale Visitatorum.

8. Annibalis Rochi Tractat. de Visitatione.

9. Alphonfi Vilagut Cassinensis Speculum Visitatorum.

10. Zerola part. prima, Verbo Visitatio, in praxi Episcoporum.

11. Azor. Institut. Moral. par. 2. l. 3. c. 40.

12. Lucae Ant. Restae Directorium Visitatorum.

13. Michaelis Timothei Instructio Compendiosa Visitandi Ecclesias.

14. Dominici Zucchini Constitut. & Decreta Concil. sex Prov. Mediol.

15. Pauli Salodii Praxis de Visitatione.

Prædicti namque auctores tradunt varias doctrinas, & instructiones pro formandis rite opportunis Decretis de unaquaque re Ecclesiastica; quarum epilogum, & compendiosam Methodum, a nemine adhuc tentatam, propediem Deo dante, dabimus in lucem.

§. IV.

Index preparandorum a Visitatore pro Visitatione.

1. **E**dictum generale proponitur pro generali Visitatione cum electione, & publicatione Coadjutorum.

2. Præmonitiones fiunt per litteras ad Parochos, ut in Indice sequenti.

3. Ferat secum Decreta postremæ Visitationis, ut semper quærat, An exequutioni mandata.

4. Concilium Tridentinum, & Praxim hanc Compendiariam.

5. Pontificale Romanum cum Paramentis Pontificalibus, albi, & nigri coloris.

6. Decreta Provinciæ suæ, & Synodi Dioecesanæ, cum Edictis generalibus, &c.

7. Instructiones Fabricæ Ecclesiasticæ, si adsint.

8. Indicem librorum prohibitorum.

9. Casus reservati summo Pontifici, & Episcopo.

10. Indices locorum, & personarum, quæ Visitationi subjacent, ut infra §. 6. & 7.

11. Libellos distribuendos de Doctrina Christiana, & alios spirituales.

12. Numismata sacra a Summo Pontifice benedicta, cereos, Agnus Dei, sacras Imagines, & ejusmodi ad pietatem excitandam.

13. Præmittat Episcopus, si opus est, Concionatores, & Confessarios, & Cæremoniarum Magistros.

14. Faciat sibi indicem præcipuarum quarundam rerum, de quibus interroget, ex Indice 9. 11.

§. V.

Index preparandorum a Visitandis?

1. **O**ratio publica, & si fieri potest, quadraginta horarum, indicatur a Parochis, saltem in locis insignioribus.

2. Monitio populo fiat de proxima Visitatione, causis, effectibus, & ritu, intra Missas lectis Pastoralibus Litteris, si datae sunt, & moneatur populus ad revelandum ea, quæ correctione egent.

3. Invitetur populus ad Pœnitentiæ Sacramentum, ut de manu Episcopi sumat Eucharistiam.

4. Præparentur ii, qui confirmandi sunt, paratis opportunis schedulis, in quibus scripta sint nomina, cognomina Confirmandorum, Comparum, & Parochiæ.

5. Frequenti campanarum sono excitetur populus, maxime vero pridie Visitationis.

6. Ex vicinioribus locis convenient Confessarii approbati ad Confessiones audiendas.

7. Præparentur Hostiæ, & particula, vinum, mappæ, vasa ad sacrae Communionis usum.

8. Ornetur Ecclesia, & paretur locus pro ministrando Sacramento Confirmationis.

9. Si quæ sunt benedicenda, vel consecranda, opportune parentur.

10. Pro cæremoniis Episcopalibus.

Umbella, seu Baldachinum in porta oppidorum insignorum, a nobilioribus loci gestandum.

Crux sine hasta ab Episcopo deosculanda.

Tapes cum pulvino.

Thuribulum cum navicula.

Vas aquæ benedictæ cum asperforio.

Pluviale, & stola coloris albi pro Rectore Ecclesiæ.

Scabellum genuale cum tapete, & pulvinaribus ante Altare majus.

Sedes præalta supra tres gradus, & sub umbella, si fieri potest, a latere Evangelii, cum tapete supra gradus.

Gossipium pro abstergendo Chrismate Sacro post Confirmationis Sacramentum, Panniculi duo, & vas aquæ ad hunc usum ad lavandum, & tergendum frontem Confirmatorum.

Vas aliud pro colligendo gossipio jam adhibito.

Occursus Cleri totius, Confraternitatum Doctrinæ Christianæ, & populi, intrante Episcopo, Litanias cantantium, aut Hymnos, & præsertim Canticum Benedictus.

Sex candelabra in Altari majori cum candelis circiter sex unciarum.

Duo intortitia ad varios usus.

11. In Sacristia exponatur ordine sacra supellex, ut brevi cerni possit.

12. Ibidem libri ad usum Ecclesiæ destinati, Missalia, Breviaria, Antiphonaria, Ritualia.

13. Index sacrarum Reliquiarum cum suis testificationibus

14. Indulgentiarum, Altarisve privilegiati documenta.

15. Inventarium jurium, privilegiorum, & onerum Ecclesiæ, tum finium Parochiæ descriptio.

16. Statuta, si quæ sunt, Ecclesiæ propria, & mores in Divinis Officiis, si differant ab aliis.

17. Inventarium sacrae supellectilis.

18. Inventarium bonorum stabilium, & reddituum Ecclesiæ Decimarum, & Oblationum.

19. Index Beneficiorum, quæ sunt infra finem Parochiæ.

20. Index Ecclesiarum, Oratoriorum, Capellarum cum oneribus intra eosdem fines.

21. Item Sodalitarum, Confratrum, Locorumque.

22. Item Monasteriorum tam virorum, quam mulierum cum titulis propriis, & numero personarum.

23. Item Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Clericorum sæcularium ejusdem Parochiæ.

24. Item eorum, qui disciplinam Ecclesiasticam, ut Clerici fiant, ingrediuntur.

25. Item eorum laicorum, qui Ecclesiæ deserviunt, in divinis Officiis, funeribus, &c.

26. Index bonorum fortasse usurpatorum a laicis.

27. Index Missarum receptarum, & celebrandarum, & quibus factum sit satis.

28. Index legatorum solutorum, & solvendorum ad pias causas relictorum.

29. Prompti habeantur codices Parochiales Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimonio conjunctorum, status animarum & Defunctorum.

30. Decreta Synodalia, Edicta, Bulla in Coena Domini, & casus reservati.

31. Index eorum, qui in Parochia sua, de hæresi suspecti sunt, blasphemii, malefici, simoniaci, usurarii, concubinari, adulteri, notorie criminosi, & qui non communicantur in Paschate. Item conjugum diversorum, excommunicatorum, interdictorum, festa violentium, aleatorum, & prohibitos libros habentium.

32. Index Medicorum, Ludimagistrorum, Obstetricum, Pictorum, & Sculptorum, Bibliopolarum, Notariorum, Caponum, & similium personarum, de quibus nosse debet Episcopus.

33. Et hæc omnia paranda erunt respectively ab omnibus Visitandis.

34. Alia sunt paranda a quolibet de Clero, ut Ordinum instrumenta, Beneficiorum item; tum facultates datæ pro audiendis Confessionibus, Concionibus habendis, Missa certo loco celebranda, habitandi cum laicis, ancillave, seu extra ædes Ecclesiasticas, locandi aliis easdem, exponendi capsulam pro elemosynis.

35. Tum libri personales, qui solent præscribi Ecclesiasticis, Missale, Breviarium, Calendarium, Volumen Bibliorum, Homiliarum, Catechismus Romanus, & ejusmodi.

§. VI.

Index locorum ab Epifcopo Vifitandorum.

1. **C**onfici curet Epifcopus a Cancellario Epifcopali locorum indicem Vifitandorum, quem in Vifitatione perficiet, de quo fupra §. præc. n. 19. & 20.
2. Hæc autem funt de ejuſdem immediata iurifdiétione: & primo Eccleſia Cathedralis.
3. Eccleſiæ Collegiatæ cum ædibus Canonicorum.
4. Parochiales cum ædibus Parochorum.
5. Beneficiatæ.
6. Quæcumque aliæ; etiam Sacella, Oratoria, ubi celebratur Miſſa, & Confratriæ. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8.
7. Item ea Oratoria, quæ funt in viis, & ubi non celebratur Miſſa.
8. Hospitalia, & loca pia. ſeſſ. 22. cap. 8. & Collegia quæcumque ibid.
9. Monafteria Monialium ſub Ordinario.
10. Alia funt loca cum limitatione vifitanda, nimirum
11. Monachorum, & Regularium Eccleſiæ, ubi eſt animarum cura. Trid. ſeſſ. 7. capitulo 7.
12. Monialium Monafteria ſub Regularibus, quæ clauſuram habent. Trid. ſeſſ. 15. cap. 5.
13. Eccleſiæ, quæ funt nullius Diœceſis, a viciniore Epifc. vifitantur ſeſſ. 24. cap. 9.
14. Monafteria virorum, ubi non viget regularis obſervantia, ſeſſ. 21. cap. 8.
15. Beneficia quæcumque, & qualitercumque commendata. ſeſſ. eadem.

ANNOTATIONES.

Circa primum. Nota ordinem Indicis locorum fieri juxta diſviſionem civitatis per Quarteria, ſeu Portas, ſeu Regiones, Diœceſis vero per Vicariatus, ſeu Plebanias.

Circa 8. non ſunt vifitanda Hospitalia & pia loca, qua ſunt immediate ſub proteétione Regum, ex Trident. ſeſſ. 22. cap. 8. neque ea, in quibus aliter eſt cautum in fundatione, & expreſſe contra Epifcopum. Collegia vero inſtituta pro ſuſtentione ſtudentium pauperum ſunt loca pia. Vide Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. num. 612. ſi aliquod oriatur dubium, vifitet Epifcopus tamquam Sedis Apoſtol. Delegatus, ex eodem ibidem.

Circa 11. vifitari debent etiam Eccleſiæ curata Equitum Hieroſolymitanorum, ex Decl. Sac. Congr. 77. apud Vilagut. loco cit. num. 6. non autem ubi habitat Generalis Ordinis. ex Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de regul.

Circa 13. ſi auidatur, quis Epifcopus viciniore, in Concil. Provinciali debet fieri electio a Præſate illius loci de aliqua perſona idonea, a qua ipſa Eccleſia nullius diœceſis vifitentur, ut docet Fufcus lib. 2. cap. 8. num. 2. & electione facta, non poteſt mutari a ſucceſſoribus ex Decl. Congr. 7. apud Vilagut. loco citat. num. 8. ex Trident. ſeſſ. 24. cap. 9. intelligo de Eccleſiis ſecularibus. Diſtantia vero eſt menſuranda ab ipſa Cathedrali Eccleſia, ex Declarat. Congregat. ibidem.

Circa 14. Vifitari non debent Prioratus militum Hieroſolymitanorum, ex ſeſſ. 7. cap. 8. §. ubi Equites: quod ſi viget obſervantia regularis, paterne monere debet Epifcopus eorum Regularium ſuperiores, ut corrigant ea, qua neceſſaria ſunt, & ſi intra ſex meſes ea non correxerint, tunc iidem Epifcopi poſſunt vifitare, & corrigere, ex Trident. ſeſſ. 21. cap. 8. Nunc temporis vifitare poſſunt eas domos Regulares, in quibus duodecim non degunt, erectas, poſt Decretum Sac. Congr. de Celebrat. Miſſarum 21. Junii 1625.

Circa 15. Comprehenduntur in Decreto Trident. etiam illa Monafteria commendata: qua ſunt perpetuo unita aliis Eccleſiis, vel piis locis, etiam ſi loca ipſa eſſent ſub regulari proteétione, ex Sacra Congr. ſeſſ. 21. cap. 8.

§. VII.

Index Perſonarum Vifitandarum.

1. **H**abeat Epifcopus Indicem totius Cleri ſui cum nominibus, & cognominibus, juxta locorum diſtinctionem, quem complere poterit indice prænotato ſupra. §. 5. num. 23.
2. Sunt autem vifitandi Abbates.
3. Canonici.
4. Plebani.
5. Parochi.
6. Beneficiati.
7. Sacerdotes.
8. Initiati facris.
9. Clerici.
10. Moniales ſub Ordinario.
11. Adminiſtratores locorum piorum.
12. Confratres.
13. Quæſtores elemoſynarum.
14. Officiales curiæ Epifcopalis.

Circa 2. intellige de Abbatibus ſecularibus exemptis.

Circa 3. Non vifitantur Canonici exempti a S. Sede Apoſtol. quod ſi procedat Epifc. extra altum Vifitationis generalis, eligi debent duo de capitulo, de quorum conſenſu procedatur, ex Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. ſi nimirum Canonici ſint exempti; alios non exemptos vifitat Epifcopus prout voluerit: ſed tamen in loco capitulari, ſeu alio commodiore, ut Sacra Congregat. reſpondit Epifcopo Abluen. ad octavam.

Circa 6. Fufcus notat lib. 2. c. 7. quod nomine beneficii intelligitur Canonicatus, Præbenda, Dignitas, Perſonatus, Vicaria, Præſtimonium, Penſio ad vitam assignata pro titulo; immo, & beneficium de menſa, & Terra beneficialis ſeu ruralis, cujuſmodi Neapoli habentur quia ſcilicet orare oportet pro anima relinquentis, & capellania.

In Declarationibus S. Congr. Conc. Trident. excipiuntur a Vifitatione ſub collectores Camera Apoſtolica, licet beneficiati in reſponſ. ad Epifc. Segobien.

Circa 11. Pia Univerſitatum loca non ſunt obnoxia redditioni rationum Ordinario ex Decl. Sac. Congr. neque Adminiſtratores Regularium tenentur reddere rationem Monafteriorum, licet pia loca dicantur.

Ratio quoque ſumptuum Fabricæ Eccleſiaſtica, ſi aliter in inſtitutione ſtatum ſit, non eſt reddenda Epifcopo. Cæterum, eſi aliis adminiſtratores reddere debeant, non tamen excluditur Epifcopus, qui cum iis unicum habet votum in eorum abſolutione: alias non valet. Hæc Sacra Congregatio, in Declarat. ſeſſ. 22. c. 9. Vide, qua diximus §. 6. circa octavum.

Circa 12. & 13. Favet Trid. expreſſe in d. cap. 9. ſeſſ. 22. Adde; poſſe Epifcopum vifitare, & corrigere regularem extra Monafterium degentem, etiam ſui Ordinis privilegii prætextu munim ex Trident. ſeſſ. 6. cap. 3. ſi tamen aegerit ſine licentia ſuperioris, ut ibidem Sacra Congregatio, ex eodem Concil. ſeſſ. 25. cap. 14. de regul.

Item poſſe punire eum regularem tamquam deſertorem ſui inſtituti, qui ſine mandato Superioris in ſcriptis obtento reſpertus fuerit extra Conventus ſuos, etiam prætextu abundi, ſuperiores ex Trident. ſeſſ. 25. cap. 4. niſi conſtet de notorio gravamine ait F. Eman. tom. 2. quaſt. 30. artic. 3. qui præced. quaſt. art. 1. aſſert Decretum Sacra Congregat. mitiorem in partem emanatum.

Cæterum in Vifitatione perſonarum ſatius erit, ſi Epifcopus ſolus cum Notario quemque examinet, vel etiam in aliquibus ſine Notario, ut majori cum fiducia de abſentibus loquuntur emendandis.

§. VIII.

Index, & Ordo agendorum in Vifitatione.

1. **N**unc deveniendum eſt ad ipſam Vifitationem, cujuſ Ordo ex Pontificali Romano eſt.
2. Recipiatur Epifcopus in locis inſignioribus ſaltem, proceſſionaliter, ut in Pontificali; non extra portam, ex Cærem. Epifcopor. lib. 1. cap. 2.
3. In minoribus locis cum rochetto, & mozetta, oſculo Crucis in porta Eccleſiæ, incenſatione a digniore ex Clero vifitando, induto pluviali albo.
4. Epifcopus autem genuflexus quidem oſculatur Crucem, ſed ſtans cooperto capite incenſatur.
5. Orat ante Altare; & apud Altare, quod oſculatur, benedicit populo ſolemniſter.
6. Si hora eſt, celebrat Miſſam, vel audit, excipit Clerum ad obedientiam cum oſculo manus, in Miſſa ſermonem habet, & communicat.
7. Sex facit in ſermone, quæ habentur in Pontificali, ſed arbitrio ſuo.
8. Fit confeſſio, & abſolutio generalis cum Indulgentia poſt ſermonem quam publicabit Canonicus, ſeu Parochus Eccleſiæ.
9. Induitur Epifcopus amiétu ſupra Rochettum, Stola, Pluviali coloris nigri, & Mitra ſimplici, facit abſolutionem Defunctorum Epifcoporum, & aliorum, ut in Pontificali, ſive per Eccleſiam, ſive per Cœmeterium procedendo, cum Cruce, Candelabris, Aqua benediéta, & incenſo; Clero cantante Pſalmos, & Reſponſoria.
10. Aſſumpta Stola, & Pluviali albo, accenſiſque intorticiis, vifitat Sacroſanctam Euchariſtiam, quam prius, & poſtea incenſat.
11. Depositis paramentis, vifitabit Baptiſterium, Olea facra, Sedes Confeſſionales, Reliquias Sacras, tum Altaria, Capellas, Sacras Imagines, Sacriſtiam, Cœmeterium, Baptiſterium autem, & Sacras Reliquias cum luminibus accenſis; & hæc incenſantur.
12. Poſtea ædes Eccleſiaſticas, Hospitalia, Confraternitates, & loca pia.
13. Pro Confirmatione miniſtranda paratur Pluviale, & ſtola albi coloris: ſicut etiam pro confeſſatione, ſeu benediétionibus Pontificalibus rerum ſacrarum.
14. Audit confeſſiones, & querelas inquirat, ut opus eſt de converſatione Cleri, & populi; de rebus ſpiritualibus, & temporalibus, de libris, & ornamentis.

Hæc omnia ex Pontificali Romano, hoc eodem ordine; & paucis additis.

4. In Visitatione Monialium nudiæ eas ad orationem, non intra sepsa Monasterii.

§. IX.

ANNOTATIONES.

Index observandorum in Visitatione locorum.

1. **V**isitare debet prius familiam suam Episcopus, deinde alios ordine, quem diximus, Cathedrali, Collegiatis, Parochiales, &c.

2. Prædictus tamen ordo est arbitrarius Episcopo præsertim si Vespere veniat ad locum visitandum, quo casu fieri poterunt ea tantum, quæ usque ad num. 6. sunt prænotata: reliqua mane sequenti.

3. Poterit etiam ad viciniora minime loca mittere coadiutores suos & convocare ad insigniorem locum vicinos populos pro Confirmatione.

1. **D**Uæ sunt partes Visitationis locorum; Descriptio eorumdem, prout sunt, & præsertim cum defectibus; Ordinatio pro tollendis defectibus.

2. In ipso actu Visitationis sola sufficit Descriptio. Circa finem Visitationis uniuscujusque Ecclesiæ mature fiant Ordinationes, & Decreta, ex Descriptione hausta, nisi accidat in aliquibus executio ipsa, ut dicemus in proprio Indice §. 10.

Descriptio consistit in duobus; An sit, & Quale sit, juxta Indices, qui sequuntur.

De Sanctissima Eucharistia.

Observet Episcopus; & Notarius describat, an sint, qualia sint, quæ sequuntur.

Tabernaculum ligneum.
Conopæum, & an plura.
Vestem interiorem.
Corporale stratum.
Pixidem.
Auro litamintus.
Velum.
Particulas.

Fragmenta.
Renovationem.
Clavem auratam.
Basim tabernaculi vacuum.
Lampadem ardentem.
Tabernaculum gestatorium pro Processione.
Pyxidem pro infirmis.

Bursam cum chordulis: albam pro rurali communionem, ut a collo pendeat.
Pixis.
Umbellam.
Laternam.
Intortia.
Velum pro humeris longum.

5.

De Baptisterio.

Qualis Fons.
Conopæum.
Umbella.
Cancelli.

Imago Sancti Joannis Baptistæ Christum baptizantis.
Aqua.
Sacrarium vicinum.

Cochlear pro infundenda aqua.
Vas Oleorum Sacrorum.
Sal.
Lintei ad tergendam capita.

6.

De Oleis Sacris.

Armarium in Ecclesia
A latere Evangelii
Cum inscriptione majusculis litteris.
Ornatus exterior, & interior.
Vas stanneum intra capsulam exorio

ambusto, vel ligneam.
Bombacium madidum oleo; & sicum superius.
Bursa violacea.
Ampullæ pro deferendis a Cathedr. Oleis.

Arcula, & clavis, si mittatur qui ea deferat.
Renovatio.
Combustio veterum.

7.

De Sedibus Confessionalibus.

Sedes in publico.
Lamina forata.
Velum spissum.

Imago pia.
Bulla Cænæ.
Casus Episcopo reservati ibidem affixi.

An claudi queat ipsa sedes, ne laici se deant.

8.

De Sacris Reliquiis.

Armarium.
Vestis interior.
Thecæ propriæ.

Nomina Reliquiarum.
Approbatio.
Expositio.

Claves.
Officia divinã.
Festa.

9.

De Altaribus.

Altare majus.
Gradus ad illud.
Gradus in eo.
Ara lapidea.
Confecratio totius.
Tela cerata, immobilis.
Fenestellæ nullæ.
Mappæ tres, vel una duplicata.
Earum Benedictio.

Crux.
Candelabra.
Icom.
Statuæ.
Tabella secretarum.
Tela stragula.
Mutatio mapparum.
Pallaria.
Umbella.

Suppedaneum.
Fenestra urceorum.
Cancelli.
Cereostata.
Campanula.
Clavus pro bireto Sacerdotis.
Pulvinaria.
Tabella ultimi Evangelii.

10.

Dos Altaris.
Patronus.
Onera Missarum.

Titulus beneficii.
Festum.
An Officium.

Privilegium Defunctorum.

11.

De Ecclesia ipsa.

Chorus.
Crux magna in medio, alto loco, cum Salvatore.
Sedes Episcopalis cum gradibus, & Umbella.
Naves Ecclesiæ.
Parietes.
Imagines Sanctorum.
Pulpitum.
Fenestræ.
Sepulchra.
Sedes mulierum, & populi.
Divisio sexus.
Tectum.
Pavimentum.
Armaria.
Arculæ eleemosynarum.

Vasa Aquæ benedictæ.
Porta.
Super eam imago.
Crux in culmine.
Cæmeterium.
Clausura.
Crux lignea.
Arbores nullæ.
Campanile.
Campanæ.
Earum benedictio.
Funes, scalæ.
Tectum.
Culmen.
Crux.
Pavimentum.
Ostium.

Clavis.
Ufus earum.
An ad laicorum negotia.
Confessio sub Altare majori.
Patronus.
An profana ferventur ibi.
Epitaphia indecora.
Sepultura pro Clero.
Pro pueris.
Ecclesiæ titulus.
Dedicatio.
Festum utriusque.
Officium quo ritu.
Alia Festa propria.
Indulgentiæ.
Stationes.
Oratio Quadraginta Horarum.

12.

De Choro.

Sedes.
Legilia.
Antiphonaria.
Breviaria.

Martyrologium.
Calendarium.
Pontificale.
Cereemoniale.

Directorium Chori.
Libri Processionum.

14.

De Sacristia.

Armaria.
Arca.
Labrum ad lavandas manus.
Manutergia.
Oratorium.
Tabellæ precum ante, & post Missam.
Preces ad paramenta.
Missalia.
Calices.
Patenæ.
Purificatoria.
Corporalia & pallæ.
Vela.
Bursæ.
Cotyla Hostiarum.
Amictus.
Albæ.
Cingula.
Stolæ, Manipuli, & Casulæ quinque colorum.
Festivæ.
Feriales.
Dalmaticæ.

Pluvialia.
Pallia.
Mappæ variæ.
Mappulæ ad manus tergendas.
Aliæ ad Communionis usum.
Superpellicea.
Integumenta Missalium.
Signacula.
Pulvinaria pro Missali.
Alia pro genibus.
Imagines devotæ.
Tabellæ onerum, Fectorum,
Vigiliarum.
Urceoli.
Pelviculæ.
Campanulæ.
Vasa pro laicorum purificatione.
Supellex argentea.
Thuribulum cum navicula.
Crux Processionalis.
Vexilla.
Vas pro aqua cum aspergillo.
Tabella Pacis.

Instrumentum conficiendarum Hostiarum, & Particularum.
Cribrum pro particulis.
Vasa florum fictorum.
Vasa ad lavanda corporalia.
Piscina sacra.
Candelabrum triangulare.
Candelabrum Cerei Paschalis.
Feretrum.
Panus mortuorum.
Legilia.
Libri.
Rituale novum.
Missæ rejectæ, non approbatæ.
Calendarium.
Portæ.
Claves.
Pavimentum.
Fenestræ tutæ.
Parietes.
Tectum.
Inventarium prædictorum.
Subterraneus locus pro vino Missæ.

15.

De Aedibus Ecclesiasticis.

Incolæ.
Cohabitatio ancillarum.

Facinosum latibulum.
Reparatio.

Distantia ab Ecclesia.

16.

De Oratoriis.

Ut supra de Ecclesia.
Adde.
Vexilla.
Crucem Processionalem.
Cappas.

Baculos Priorum.
Libros precum.
Arculas eleemosynarum.
Tabellam Indulgentiarum.
Aggregationis diploma.

Inventaria bonorum.
Orationes 40. horarum.
An Missæ sollempnes.
Officium Divinum majus.

17.

De Hospitalibus, & Locis Piis.

Porta.
Inscriptio.
Cellæ.
Distinctio sexus.
Tabellæ onerum.

Supellex.
Inventarium.
Statuta.
Fundatio.
Privilegia.

Indulgentiæ.
Oratio 40. horarum.
Lecti.
Genus infirmorum.
Ministerium.

18.

De Oratoriis Viarum, seu Capellulis.

Altaria nulla.
Imagines.

Clausura bestiis.

Reparatio.

19.

De Monasteriis Monialium.

Clausura.
Portæ.
Parietes.
Rotæ.

Fenestellæ Communionis, & Confessionis.
Crates ferreæ duplices.

Collocutoria.
Fenestræ.
De Ecclesia, ut supra.

ANNOTATIONES.

1. AN possint ostia frangi ab Episcopo Visitante recusantes Visitari quo ad clausuram. Vide Fuscum de Visitat. lib. 2. cap. 19. ubi ex professo tractat. cum distinctionibus, & tandem concedit.

2. Impedientes quo minus Episcopus sua utatur jurisdictione excommunicantur in Bulla Coenæ Domini num. 15.

3. Invocari potest brachium seculare, quod si neget, excommunicari potest, cap. 2. de maledicis, & c. 1. de Offic. Ordin.

§. X.

Index decernendorum in Visitatione locali, & materiali.

PERITUS Sacrorum Canonum Episcopus, Decretorum Synodaliū, & communionis usus Ecclesiæ Catholicæ, quædam statim decernet, & in ipso Visitationis actu exequetur, quædam maturius, circa finem Visitationis locorum, & personarum.

1. Nam decernet statim, & singillatim ea, quæ sequuntur.
2. Altarium demolitionem, ubi facienda est.
3. Ararum contrafractioem Veteris Chrismatis & Oleorum am-bustionem.
4. Sepulcrorum amotionem, seu obstructionem, si loco vetito.

5. Amotionem bradellarum, sedilium, & aliorum impedimentorum.

6. Item profanarum imaginum, aut rerum.

7. Lacerationem corporalium, purificatoriorum, & rerum indecentium sine remedio.

8. Profanationem calicum, & patenarum; item Ecclesiarum, quæ fit, ut infra.

9. Clausionem portarum lateralium.

10. Lacerationem Missalium, Breviariorum nimis indecentium.

11. Amotionem arborum a Cæmeterio, & locis Sacris.

12. Ramorum incisionem, qui nocent parietibus Ecclesiæ.

Et vero, quæ maturius, & data opportunitate temporis, sunt executione mandanda.

1. Altarium reconcinatio, & bardellarum.
2. Umbellæ constructio super Altare.
3. Telaria Altarium lignea.
4. Septa Altarium.
5. Fenestella pro urceolis.
6. Crux, Candelabra, & alia hujusmodi, assignato congruo spatio temporis judicio Episcopi, & poena pecuniaria, aut alia ad arbitrium, non autem censuris, vel certe, non latæ sententiæ nisi ex maxima causa.

Alia denique sunt, quæ reservari debent, examinanda melius adhibitis etiam in consultationem doctissimis viris, peracta

acta tota Visitatione, ne diutius immorans Visitator loca plus iusto gravet.

ANNOTATIONES.

1. **E**x prædictis aliqua fieri debent sumptibus Rectoris Ecclesie, aliqua populi ære, vel utriusque.
2. Regula est in Actis Ecclesie Med. ut cum Ecclesia redditus suppetunt commode ad omnes expensas, non compellatur populus, nisi ad cæmeterii impensam; præterquam ubi est consuetudo populi etiam alia præstandi, qua retineantur.
3. Si vero non suppetunt fructus Ecclesie præter victum Sacerdotis, totum, quod deest Parochiali Ecclesie, ac adibus Parochialibus in fabrica, suppellectili sacra, vel Cleri sustentatione, curandum est impensa Populi.
4. Altarium minorum instauratio, ex Decreto S. Caroli in Synodo Diocesana IV. præstanda est per eos, quibus ex fundatione, aliove jure, onus ejusmodi impostum est, si nulli in sint, fiat eorumdem altarium censu, legatoque pro Missa facienda relicto, si minus satis est, moneantur ii, qui ibidem habere jus sibi persuadent, si neque hi sint, detur iis, qui sponte velint, vel ii prestent, quibus incumbit onus reliqua

Ecclesia, datoque certo termino amoveantur, & ad altare majus, seu aliud transferantur. Hac ibi.

5. Si paritendum est onus, assignentur Rectori potius, qua pertinent ad paramenta, mappas, & reparationem Altaris majoris; populo, qua ad fabricam.
6. Quæ attinent ad Sacram Eucharistiam, dentur scholæ Corporis Christi cum facultate, ut quaestuet ad hunc effectum.
7. In taxandis Capellani fructibus pro reparatione, & ornatu, habeatur ratio ne gravetur ultra id quod assignaretur mercenario implenti onera Capella.
8. Ultimum remedium est supersedere a toto servitio, vel ejus parte per aliquod tempus, quod impenderetur, si a mercenario præstandum esset, assignetur pro impensa, data facultate Titulari, si inops esset, suscipiendi oneris in alio altari, vel Ecclesia cum sua elemosyna.
9. In iis, quæ minorioria sunt, ut claves, corporalia, &c. non excusetur Rector ullo quovis inopia prætextu, quo minus etiam negligente populo ab ipso præstetur.
10. De Ecclesiis profanandis, & diruendis. Vide Concil. Trid. sess. 21. cap. 7.
11. Quæ Rector non potuit exequi morte præventus, suppleat hæres.

§. XI.

Index observandorum in Visitatione Personarum.

1. Quæ ad Collegium communiter spectant.
- Origo.
- Numerus Canonicorum.
- Dignitates quot, & quæ.
- Habitus choralis.
- Statuta.
- Distinctio Præbendarum.
- Redditus.
- Distributiones.
- Servitium.
- Cantus.
- Punctatores.
- Theologalis.
- Poenitentiarum.
- Doctoralis.

In Visitatione Canonicorum.

- Officiales Capituli.
 Conventus Capitulares.
 Sigillum.
 Acta.
 Onera.
 Missæ sollemnes.
 Horæ Canonicae.
 Chori disciplina.
 Conciones.
 Anniversaria.
 Missarum numerus.
 Officia propria.
 Festa.
 Archivium.
 Inventaria bonorum mobilium, immobilium.

- Mansionarii, seu Capellani.
 Habitus.
 Merces.
 Servitium.
 Consuetudines Ecclesie.
 Processiones.
 Ritus.
 Magister cæremoniarum.
 Sacrista.
 Clerici.
 Musici.
 Organista.
 Alii.
 Ratio reddituum reddenda.

2. A singulis exquirenda, ut infra de aliis Beneficiatis, & præterea, an minor sit 22. annis, vocalis ante Subdiaconatum an acceperit aliquid pro admissione novi Canonici.

3. Ut de Beneficiatis infra.
- Et præterea de indice, de quibus supra §. 5. num. a 18. usque ad 34.
- Item interrogentur de residentia, Missa, frequenti, Concione, Festorum, Vigiliarum, Edictorum publicatione.
- Doctrina Christiana.
- Vesperis.
5. De Sacramentorum administratione.
- Circa compadres in Baptismo.
6. De Poenitentia Sacramento.
- Ante diem, vel noctu, an mulieres.
7. De Communione.
- Puerorum instructione.
8. De Extrema unctione.
- An renes mulierum ungantur.
9. In matrimonio.
- Sponsalibus.
- An consensus separatim exquiratur.
10. In aliis functionibus.
- Concione Quadragesimali.
11. De funeribus.
- Qui mos.
12. Examen fieri potest de Theoria Sacramentorum, judicio Episcopi.

In Visitatione Parochorum.

- Processionibus.
 Festis propriis.
 Consuetudinibus.
 Conventibus mensuris pro casibus concionariæ.
 Quot Parochias uniusquisque habet.
 Ministros sufficientes.
 An benedicat cineres, candelas, palmas.

- In Triduo majoris hebdomadæ quid.
 Hostia reservata in Calice tecto.
 Fontis benedictio, & Cerei Paschalis.
 Litanie majores, & minores.
 Qua ratione.
 Ritus in celebranda Missa sollemni, & privata.
 Benedictio domorum.
 Repræsentationes piæ.

- Obstetrices peritas.
 Cautionem in lecto pro infantibus.

- An ultra tres dies differatur Baptismus.
 An domi fiat.

- An alienos.

- Cum stola.

- Apparatus.
 Concurus pro communione ægrotorum.

- Frequentia.

- Manus Sacerdotum qualiter requiratur.
 Visitatio infirmorum.

- Commendatio animæ.

- Cohabitatio sponforum ante matrimonium.

- Abusus.
 Ritualis usus.

- Viætu, ædibus Concionatoris.

- Mercede.

- Abusus.
 An altarium pallia adhibeantur.

- An Viduæ Missas audiant.

- Qui libri pro Doctrina.

- A laicis de Parochi moribus.

13. Nomen.
- Cognomen.
- Patria.
- Ætas.
- Beneficii titulus.

In Visitatione Beneficiatorum.

- Pluralitas beneficiorum.
 Pensiones activæ,
 Passivæ.
 A quo collatio.
 Quando.

- Professio fidei.
 Redditus.
 Onera.
 Satisfactio.
 Officium divinum.

Prædia.
Fines descripti.
Arbores cæxæ.
Alienatio.
Locatio.

An consanguineis
Inventarium,
Bullæ ostendantur.
Pacta simoniaca.
Facultas celebrandi.

Ministrandi Sacramenta.
Renunciatio beneficij.
Publicatio.
Permutatio.
Unio.

14.

In Visitatione cujuscumque de Clero.

Nomen.
Cognomen.
Patria.
Ætas.
Patrimonium.
Servitium Ecclesiæ.
Ordo.
Habitus.
Tonsura.
Barba.

Annulus.
Capilli.
Caligæ.
Collaria.
Negociatio.
Venatio.
Arma.
Spectacula.
Larvæ.
Docere puellas.

Servitium laicorum.
Si exterus, Dimissoriæ litteræ.
Confessio frequens.
Missa, seu communio.
Cantus Gregorianus,
Musicus.
Studia litterarum.
Habitatio.
Officium divinum, five parvum B. Virg.

15.

In Seminario.

Statuta.
Mores.
Magistri.

Rectores.
Administratores.

Redditus.
Numerus.

16.

In Visitatione Monialium.

Statuta.
Obedientia.
Paupertas.
Castitas.
Clausura.
Circuitus virorum intra septa.
Sacramentorum frequentia,
Chori disciplina.
Silentium in Choro,
Dormitorio, & Refectorio.

Oratio mentalis.
Jejunia.
Flagella.
Officia, & labores communes.
Lectio ad mensam.
Comites in loquutorio.
Laici sine licentia.
Crates apertæ in Quadragesima, & Adventu.
Electio Officialium.

Largitio munerum.
Victus communis.
Epistola.
Redditus.
Onera.
Satisfactio.
Capitulum culparum.
Negotiorum.
Rationes dati, & accepti.
Hæc in communi.

17.

Examinatur unaquæque de nomine,
Cognomine,
Patria,
Professione,
Ætate in Monasterio,
Dote allata,
Renuntiatione,

Choralis, an conversa sit.
Officium divinum, vel quod ejus loco.
Munus, & Officium.
Cella separata.
Exercitia monasterii communia.
Annuli.

Comæ.
Chirotecæ:
Canes.
Aves.
Speculum.
Instrumenta musica.
Crepidæ Sæculares.

18.

De Prælata.
Officium moribus.
Magistra Novitiarum.
Vicaria.
A secretis.

Sacristiæ Præfecta.
Janitricæ.
Oeconoma.
Auditricibus.
Rotariis.

Officialibus minoribus,
Et præsertim super prædictis num. 16.
Item de Confessario Ordinario, & Extraordinariis.

19.

In Visitatione Administratorum piorum locorum, & Confratruum.

Inspiciantur libri rationum.
Expensarum.
Locationum.
Contractuum.
An commestationes fiant.

An Officiales sint debitores.
Qui alii debeant.
Legata nondum soluta.
Superflui sumptus.
Juramentum Officialium.

Salaria ministrorum.
Quæstiones.
An cum campanula, seu tabella.
An artificio precum indecoro.
Conventio cum quæstuariis.

20.

Eadem observantur in Montibus pietatis, præsertim ut usuræ suspicio arceatur.

21.

In Visitatione Officialium Cleri.

Taxæ.
Scripturæ.
Poenæ.
Depositarii fides, & cautela.
Munera judicum.

Nimia mora caufarum.
Visitatio carcerum.
Victus.
Expensæ.

Custodia.
Notariorum fides.
Vicarii professio fidei.
Acceptio personarum.

22.

In Visitatione aliorum Laicorum.

Ludimagistrorum mores.
Fidei professio.
Medicorum accessus ultra tres dies ad inconfessos.
Bibliopolarum, indices librorum.
Examen aliorum fit juxta Indicem §. 5.

num. 31. 32. arbitrio Episcopi.
Tripudii diebus festis.
Nundinæ.
Comoediæ turpes.
Legata non soluta.
Quæstuariorum abusus.

Vagorum, & peregrinorum mores.
Notariorum fori laicalis imperitia.
Meretricum nimia licentia.
Cauponum publica vitia.
Viduorum, & pauperum necessitates.

23.

In Gymnasiis publicis.

Statuta.
Mores.
Professio fidei a Doctoribus, quæ curanda est ab Episcopis ex Sacra Con-

gregat. Conc. fess. 25. cap. 2.
Item in docentibus Grammaticam, Arithmeticam, ex eadem ibidem.
Philosophia falsa impugnanda, ex Con-

cil. Lateranense.
Lectio Sacræ Scripturæ, ex Conc. Trident. fess. 5. cap. 1.

24.

In Visitatione piarum Fœminarum.

Fundatio.
Leges.
Habitus.
Convictus.

Sacramenta.
Pia exercitia.
Redditus.

Clausura.
Numerus.
Regimen.

In domibus etiam Regularium, Renunciatio bonorum, reclamatio de nullitate Professionis, delicta extra claustra, Prædicatio Verbi Dei, publicatio censurarum, præcedentiæ lites, lectio Sacræ Scripturæ, ad Episcopum spectant, sess. 25. capit. 16. cap. 4. 14. 19. capit. 12. 13. sess. 5. cap. 1. & ultim.

§. XII.

Index Decernendorum in Visitatione personali.

1. Descriptione personarum facta cum defectuum cuiusque mentione, ad Decreta venit.
2. Quædam sunt verbo, vel secreto, publice, ut cæteri timorem habeant, iudicio Episcopi; cavendum tamen est, ne diminuatur auctoritas Parochi, vel Prælatæ Monialium, nisi gravius delictum aliter suadeat, in dubio ii defendantur ab Episcopo.
3. Quædam, quæ sunt communia pluribus, si graviora sint, scripto decernantur, cum oblatione, ut legantur sæpius, audientibus iis, de quibus agitur.
4. Quædam gravissima, quæ probatione egent, accusatore non probante, ne publicentur: testibus autem nolentibus deponere in scriptis, secreto fiat correctio.
5. Quædam rite probata puniantur, prout juris est præsertim contra non Residentes.
6. Nam initio severitatem, in progressu diligentiam, in fine iustitiam adhibere debet Visitator. Parcius tamen Decretis agat, ne nimis multa vilescant.
7. In titulis Beneficiorum illegitimis, si quos repererit, utatur dilatione ad brevè tempus, ut Ecclesiæ quam primum consulatur, nedum Beneficiato fortasse excusando.

§. XIII.

Index, & Ordo describenda totius Visitationis a Notario.

1. IN actu Visitationis scribat celeriter in foliis eo distinctiori modo, quo potest, & nihil omittat, præsertim Decretorum, quæ cursim quandoque fiunt a Visitatore.
2. Relaturus deinde in librum, eum dividat in duas partes, cum his titulis: Visitatio Civitatis Diocesis.
3. Subdividat quamlibet partem in quinque partes. In Prima describatur Visitatio localis. In secunda Visitatio Personalis. In tertia Decreta omnia. In quarta Rationes dati, & accepti, cum redditibus locorum piorum, & Confratriarum. In ultima Acta iudicaria scribantur contra delinquentes, seu debitores locorum piorum, & eisdem.
4. In Visitatione locali scribatur accessus Visitatoris, quo die, mense, & anno, quibus comitibus, quo modo receptus, quæ singillatim egerit usque ad Visitationem ipsam locorum: quæ describetur ordine, quo facta est, juxta Indicem §. 8.
5. Si quæ decreverit, & executus fuerit Visitator, statim ex iis, quæ in Indice §. 10. statim ibid. notet, si non executioni mandatum fuerit, referatur in 3. partem.
6. Visitatio personalis eodem ordine, quo Indice §. 11. describatur.
7. In tertia parte scribantur Decreta localia, & personalia ordine locorum servato in Visitatione locali, addito spatio temporis, & pœna.
8. In quarta parte reservetur omnis ratio reddita administrationum locorum piorum, ordine, quo supra.
9. Ultima pars continebit Acta judicialia, citationes, monitoria, sequestra, examinationes testium, & actus judiciales, sive civiles, sive criminales Visitationis.
10. Exemplum Decretorum cuique loco Visitato relicto mandabitur Rectori, ut præterea eadem Decreta scribat in libro ad hoc deputato, ne folia pereant, quod accidere facile potest.
11. Deberent etiam in libello separato, seu in fine cuiusque loci Visitationis localis, Procuraciones notari, ad posterorum informationem.
12. Demum ea etiam notari, quæ ad Sacramentum Confirmationis, benedictiones, & rerum consecrationes spectant, eo loci, quo peracta sunt in eadem Visitatione locali.
13. Notarius diligentior in fine Visitationis civitatis, seu Diocesis repræsentabit statum Civitatis, seu Diocesis distincte ad eam formam, quam nos præscripsimus in Praxi celebrandæ Synodi part. 3. c. ult.
14. Fidelem, & sinceram totius Visitationis seriem, & acta, ne patiat Notarius desiderari: libris enim Visitationum plena fides præstatur, ut probat Vilagut loco sup. cit. num. 34.

Index eorum, quæ adduntur & omittuntur Visitatores inferiore visitante.

1. Dantur litteræ patentes ab Episcopo cum ea facultate, quæ eidem videbitur opportuna: exemplum dabitur infra.
2. Leguntur hæ patentes litteræ in unoquoque loco ante actum Visitationis.
3. Omittuntur ea, quæ ad Pontificalem spectant dignitatem.
4. Stola supra cottam indutus facit absolutionem defunctorum, visitat Sanctissimam Eucharistiam, Olea Sacra, Reliquias, & Baptisterium.
5. Cætera ut supra.
6. Visitationi finem imponet, ut infra.

§. XV.

Index agendorum pro fine Visitationis.

1. Dantur Rectoribus locorum singulorum propria Decreta a Notario subscripta: publicanda ab iisdem Rectoribus, etiam aliis, ad quos pertinent.
2. Approbantur rationes administrationum redditæ, si bene fuerint redditæ, cum subscriptione Visitatoris, vel Deputatorum ab eo, vel Notarii sunt præcepta ut solvant ii, qui debent, intra certum terminum, sub pœnis dupli, & aliis.
3. Causæ criminales si longiores sunt, reserventur foro Vicarii Generalis.
4. Eodem modo civiles, si finiri non queant intra dies Visitationis.
5. Vicariis Foraneis mandari potest, ut sibi describant in libello proprio Decreta omnia, quæ singillatim Clero sui Vicariatus relicta sunt, ut procurent executionem.
6. Distribuantur pia munera, libri spirituales, de quibus in Indice §. 4. num. 11. & 12.
7. Et recognoscatur ratio sumptuum pro victu factorum in Visitatione loci.
8. In Ecclesia stans Episcopus ante Altare in cornu Epistolæ dicit Psalm. De profundis, Preces, & Orationem pro Defunctis, ut in Pontificali, in fine Visitationis, & vadit.

ANNOTATIONES.

1. Quid erit agendum, si fiat appellatio a Decretis Visitationis? aut si allegerit suspectus Episcopus;
2. Respondeo primo: non posse uti suspectum recusari, nec ulla allegatione suspicionis impediri, quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem respiciat, Visitatos afficere possit, sunt eadem verba S. Congreg. Concil. Trident. sess. 7. c. 8.
3. Neque per appellationem impediri, vel suspendi, eadem Sacra Congregat. sess. 24. cap. 10.
4. Respondeo secundo: si compilato processu, formato iudicio, servatis servandis, prout juris est, procedat Episcopus Visitans, admittitur appellatio post diffinitivam, ita tamen, ut non suspendat executionem, eodem c. 10. S. Congreg.
5. Et licet agat tamquam Sedis Apostolica delegatus, declinare tamen non potest jurisdictionem Metropolitanani in casibus illis, in quibus ante Concilium, hic tamquam Ordinarius poterat uti eodem jure, eademque potestate, eadem ibid.
6. Danda ergo erit copia actorum juxta Troid. sess. 13. c. 3. & sess. 24. c. 20.

FORMULA EDICTI

Pro Visitatione generali ex Altis Ecclesia Novariensis sub Carolo a Basilica Petri Episcopo, & Ordinis nostri alius Præposito Generali.

SIAMO per visitare piacendo a Dio le Chiese, e Terre di coteste parti con gli Oratorii, luoghi pii, Confraternità ad ogni altra cosa, che a noi tocchi, a fine di provvedere tutto ciò, che bisogna intorno al culto di Dio, alla cura delle anime, alla vita de' Chierici, ed al buono stato delle cose.

Efortiamo adunque con ogni affetto tutte le persone a fare orazione calda al Signore, che si degni darci ogni ajuto opportuno, perchè questa nostra azione riesca conforme al maggior servizio di S. D. M. la quale azione si contenteranno accompagnare sino al fine con la detta orazione; e con la presenza loro ancora, quanto si possa.

A tale effetto ordiniamo, che si faccia orazione pubblica avanti il Santissimo Sacramento, e qualche processione prima del nostro arrivo.

Ed acciocchè la visita sia piu giovevole a tutti, gl'invitiamo a confessarsi, e comunicarsi allora, il che facendo, e pregando non solo per il bene di questa visita, ma anche per tutta la Chiesa di e universale, conseguiranno l'INDULGENZA EPISCOPALE; ed a tal fine mandaremo Confessori innanzi con autorità di tutti i casi a noi riservati. Invitiamo tutti quelli, che non hanno ricevuto il Santo Sacramento della Confermazione a prepararsi per esso, conforme a gli avvertimenti, che per ciò sono stati ordinati.

Comandiamo a tutti gli Ecclesiastici, beneficiati, e non beneficiati, che si trovino pronti alle loro Chiese con le carte degli loro Ordini, e beneficii, ed altri instrumenti ad essi appartenenti; con le fondazioni de' titoli; e nota degl' obblighi di qualunque; inventarii de' beni, e suppellettile Ecclesiastica, e delle sacre Reliquie; Indice de' libri, che tengono tanto per uso proprio, quanto della Chiesa: Nota delle Indulgenze delle Chiese; Facoltà di celebrare; Fedi della Confessione, e Comunione a' tempi debiti; del servizio fatto alla Chiesa assegnata, e dell' abito decente usato per l' adietro.

Comandiamo alli Rettori delle Chiese che ci apparecchiano nota da presentarci subito, di tutte le Chiese, ed Oratorii, ancora de' Secolari, ed ancora campestri delle sue Parrocchie, e così di tutti i Chierici, de' luoghi pii, e confraternità; delle feste, solennità, processioni, e riti pubblici, e particolari; nota delle superstizioni, e d'ogni abuso, e corruttela pubblica; de' peccatori pubblici, come usurarii, concubinari, bestemmiatori, malefici, e di quelli che non si sono confessati alla Pasqua prossima, e ci avviano, se ci fosse alcuno interdetto o scomunicato, o se alcun marito stesse separato dalla moglie, o la moglie, all' incontro: e se nelle Parrocchie sue è alcun Romito.

Che ciascuno avvisi in tempo, ed apparecchi, se ci sono Calici, corporali, campane, tabernacoli, vasi, immagini, vestimenti, ed altri paramenti Ecclesiastici da consacrare, e benedire, ancorchè già fossero usati.

Ed agl' Officiali, e Capellani de' luoghi pii, fabbriche, e confraternità, che siano pronti con le loro fondazioni, istituzioni, aggregazioni, regole, licenze, Indulgenze, Reliquie, obblighi di Messe, officii divini, anniversarii, ospitalità, limosine, o altre opere pie, e con li conti dell' entrate, limosine, e maneggio loro,

A tutti universalmente comandiamo sotto pene ad arbitrio nostro, che sapendo in detta Parrocchia, alcuno sia per sue parole, o fatti sospetto di eresia, o di essere fautore ad eretici, o che abbia libri, o scritti proibiti; non manchi di venirlo a denunciare a Noi, ovvero a nostri Visitatori.

Comandiamo ancora a tutti, Ecclesiastici, e laici, che sapendo peccatori, abusi, e corrottele pubbliche come di sopra, vengano a notificarlo a Noi, o nostri Visitatori.

E specialmente a chi sapesse alcuna persona esercitare malefici, fattucchiere, o incantesimi.

Ed ancora a chi sapesse, alcuni obblighi di Messe, Officii divini, limosine, ed altre opere pie tenersi occulti, o non essere eseguiti da chi si voglia, o siano tali obblighi fondati in ultima volontà, ovvero in istituzione de' beneficij, ovvero in antica consuetudine, o pure in altro modo.

Tutti poi esortiamo, e preghiamo quanto caldamente possiamo nel Signore, che sapendo la rovina, ovvero il pericolo di qualche anima, o altri mali in disservigio di Dio, ancora segreti, alli quali noi possiamo provvedere, vogliano per officio di carità farlo sapere. Dat.

LITTERÆ PASTORALES

pro Visitatione.

Chi annuncia la visita diletteffimi in Christo figliuoli arca nuova di cosa amorevole, di cosa di giovamento, e di salute; il che come si conosca in tutte l' altre visite, ch' hanno luogo, fra gl' uomini: in quelle, che fanno i Vescovi molto più chiaramente si comprende. Si visitano i congiunti di sangue, e gl' amici fra loro, per apportarsi consolazione, e giovamento, l' uno all' altro: visitano i Signori mondani le loro Città, e Fortezze, per provvedere alla sicurezza del paese, ed alla quiete de' suoi vassalli: visitano i Medici gl' infermi, per arrecare loro la sanità: gl' agricoltori le sue vigne, ed i suoi campi, e perchè levate le spine, e le male erbe con la buona coltura possano produrre frutti abbondanti, quelli finalmente, che tengono in varie parti i suoi greggi, vanno a vederli se sono ben curati, e governati, perchè si conservino, e rendano buon frutto. La visita Episcopale possiamo dire, che comprenda in sè tutti questi officii di visita: perciocchè va il Vescovo a visitare le sue Chiese, e Parrocchie, e le anime alla sua cura commesse, per consolare i suoi figliuoli, come Padre, ed apportar loro ogni giovamento, che possa: per apportar la sanità dell' anima a quelli, che giacciono infermi per vizii, peccati, discordie, ed altre gravezze di coscienza: va a vedere come le fortezze spirituali di Dio che sono le Chiese, e i sacri Ministri, ed i Popoli fedeli, sono ben munite contro gl' insidiatori, e nemici del vivere christiano, e della santa Fede Cattolica: va a vedere come sia ben coltivata la terra dell' anime da' Sacerdoti, se si lasciano venire le spine de' mal viventi, e scandalosi: se con buoni esempj di vita, con sante monitioni, ed officii paterni, con seminar la parola di Dio, con assidua cura, e fatiche se ne procura, e si rende il frutto conveniente: va come pastore, che propriamente è detto dallo Spirito San-

to, procurando il bene, e la salute de' suoi greggi, vedendo, se sono pasciuti del cibo Sacratissimo del Corpo del Signore, e del cibo della parola di Dio a tempi debiti: porta seco molti ajuti per cavarli da' legami de' peccati, e metterli nella via della salute. Li pasce egli stesso di quei santissimi, e divini cibi, li consola, e conferma con li doni dello Spirito Santo: va per mettere le proprie mani, faticate in tutto quello, che sia di bisogno, per bene delle sue anime. Ma che vi portiamo noi esempj delle visite humane? Le grazie, i favori, i governi, gl' ajuti, e riforme salutari, che Iddio suol fare al genere umano in varii tempi, sono chiamate visite dello Spirito Santo. La stessa felicissima, e santissima venuta del Figliuolo di Dio al Mondo per liberarlo dal Demonio, e dal peccato, si chiama visita, *Visitavit nos Oriens ex alto*. Egli è vero, diletteffime animemie, che, se la visita dee essere a tutti giovevole, bisogna, che ad alcuni, i quali non vanno per buona via, tal volta paja un poco più grave, o dura; mentre che perseguitando i vizii, correggendo i peccati, spingendo i negligenti, raffrenando i sensuali, anche alle volte con un poco di forza, pare, che levi altrui i suoi comodi, ed i suoi difetti, tutto però viene dalla medesima carità. Così è Padre il Padre, quando castiga per suo bene il figliuolo, come quando gli fa carezze. I castighi, ed i flagelli di Dio, il quale però è sempre fonte di misericordia, si chiamano dalla Scrittura in molti luoghi per nome di visite, *Visitabo in virga iniquitates eorum*, & *in verberibus peccata eorum*, ed aggiunge; *Misericordiam autem meam non dispergam ab eo*: Così conviene ancora a' Pastori dell' anime di visitare alcuno con la verga; che perciò Iddio l' ha data loro portare, ed è tuttavia affetto d' amore, e di carità. Che maggior carità, ch' adoperar la verga con quel concubinario, che per mala, ed invicchiata consuetudine se ne sta nelle mani del Demonio? così contro il bestemmiatore; contro gl' usurpatori delle cose sacre, contro i violatori delle feste, e de' luoghi sacri; ed altri peccatori, i quali non s' inducono a lasciare i peccati con le monizioni sole, per l' abito lungo, ch' hanno fatto in essi, e se non si molestassero in varii modi, se bene anche molte volte con suo sdegno, ed ira; se ne porterebbono fino alla morte, anzi all' Inferno, il suo peccato: guai a quelli, che peccando non sono in questo modo visitati; perciò dice Iddio minacciando per un Profeta, e mostrando l' ira sua gravissima contro un popolo, *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatae, & super uxores vestras cum fuerint adulteratae*.

Noi adunque per divina volontà chiamati alla cura di questi rationali, e Christiani greggi, mentre vi annunciamo la visita nostra Pastorale, altra nuova non vi portiamo che d' amore, e di carità, di giovamento, e di salute. Veniamo noi desiderosi, e stibondi del vostro bene: veniamo disposti ad ogni fatica per vostra salute: portiamo con noi tutte le benedizioni, che possiamo, perchè le godiate: benedizione all' anime: benedizione a' corpi: benedizione alle campagne, ed a tutte le cose vostre. V' invitiamo da lungi, e da presso a lasciare i peccati, a prendere, e godere la gratia de' Santi Sacramenti: a fare opere meritorie nel culto di Dio: a valervi della nostra autorità, per liberare, e sollevare l' anime vostre da' legami, da' pesi, che sostengono, e per consolarle in Christo: meniamo idonei Sacerdoti con noi: vi apportiamo Indulgenze: veniamo ad offerire il Santissimo Sacrificio per voi: a procurare la liberazione dell' anime de' vostri defonti, che sono in Purgatorio: veniamo come ministri di Dio a dispensare in voi i misterii, la grazia dello Spirito Santo, ed i suoi santissimi Doni. A voi conviene sapervi prevalere dell' occasione, e conoscere il tempo della vostra visita, perchè non vi dica il Salvatore, come una volta disse minacciando a Gierusalemme, che non aveva conosciuto il tempo della sua visita, *Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae*. Non pensate, anime care, che questa sia voce, nè invito mio: ma pensate, che sia del Salvatore stesso per mezzo di me suo indegno servo: non pensate, che venga il Vescovo a voi, ma il Salvatore stesso, il quale ha detto, che chi riceve i suoi servi, riceve Lui stesso, e chi dà loro orecchia, la dà a lui stesso, ed ha disposto, ch' i Vescovi in particolare siano a' popoli fedeli in luogo di esso Dio.

Perciò figliuoli diletteffimi, se alcuno di voi per l' adietro è stato in peccato di carne, in adulterio, in concubinario, in fornicazione; ora faccia ogni cosa per levarse: se ha commesso usura, e fatto contratti illeciti, emendi il tutto, e restituisca: se han ricevuto quello, ch' è del prossimo, ovvero della Chiesa, lo renda, e faccialo anco per questo, che non gli consummi il restante del suo avere: se ha lasciato d' eseguire i legati pii, obblighi di Messe, Officii, limosine lasciate da' suoi maggiori, non sopporti più oltre nell' anima sua carico tale: non sottoggia a tanto pericolo: e se ha vero bisogno di termine ricorra da noi; ricordandosi delle pene, e censure poste contro i trasgressori: se ha tenuto nell' animo odii, e rancori,

li deponga, e si retonclij col suo prossimo. Se alcuno s'è privato da sè stesso al tempo debito del cibo Santissimo del Corpo del Signore, ora almeno con la dovuta penitenza si disponga a riceverlo. Siccome noi, figliuoli dilettissimi, con tutto l'affetto vi apportiamo tutte le benedizioni, che possiamo: così disponete voi gl'animi vostri a ricevere con tutto l'animo, ed affetto filiale: ricorrete a' Santi Sacramenti, ricorrete a' Confessori, ricorrete all'autorità Episcopale, chi n'ha bisogno, per liberare, per acquistare, e per consolare l'anime vostre. Venga ciascuno a ricevere da noi la Santissima Eucharistia, cibo dell'anima, anzi l'anima dell'anima nostra, e fonte di grazia, e vera consolazione spirituale. Venga a ricevere l'amorevolissima grazia dell'Indulgenza: riceva i paterni ricordi, che gli porgiamo, del Santo Evangelio, e della Dottrina di Cristo: riceva con vera disposizione il Sacramento della Confermazione chi non l'ha ricevuto, per confermare, ed ingagliardire l'anima sua contro le cose contrarie alla sua salute. Vaglia ciascuno del tempo della sua visita, acciocchè tutti ne riportino conforto spirituale, e salute, e noi quella consolazione in Gesù Cristo, la quale ci renderà facili, e gustosi tutti quei pochi incomodi, che portiamo per visitare le vostre anime: e la quale sopra ogni nostro comodo, e gusto desideriamo in questa vita. E per fine di tutto cuore vi benediciamo.

Formula litterarum parentium Episcopi pro Visitatore inferiore.

Dilecto nobis in Christo N. salutem in Domino. Ut executioni earum rerum, quae a Conciliis hujus Provincia, ac Dioecesis, & a nobis decreta sunt, consulamus: Te Visitatorem in tota Dioecesi constituimus, cum facultate mandandi, quod opus fuerit pro ejusmodi executione; etiam poenitentibus, & censuris adhibitis, informationes assumendi de negligentibus, & delictis, quae compereris: ac inobedientes puniendi poenitentibus, multis pecuniariis, adhibitis ad usum pium, arbitrio nostro applicandis; ita tamen ut si quae graviora inciderint, Nobis, aut Vicario nostro Generali reserves, omnia autem in acta redigas, prout opus fuerit, & ad nos quam primum referas, Concedimus quoque, ut ad Sanctiss. Sacramenta admittere possis, qui pro Paschate non fuerint admissi, si justa causa admittendi visa tibi fuerit, & a Nobis, aut Vicario nostro contra mandatum non fuerit; Facultatem item absolvendi ab omnibus casibus reservatis, & delegandi aliis singillatim tamen: quae in re considera quemadmodum te geres: praesertim in casibus gravioribus, & scandalosis, & ubi restitutio requiratur; quam auctoritatem etiam in Vicarios foraneos exercere possis: Mandantes omnibus Vicariis, Parochis, aliisque, ad quos pertinet, ut te tamquam Visitatorem nostrum recipiant, & procuraciones, sumptusque debitos praebent, prout opus fuerit. Haec vero valeant ad Dat.

ANTIPHONÆ, ET PRECES IN VISITATIONE

Recitanda ex Pontificali Romano

Ad recipiendum Episcopum sollempniter a Clero in Visitazione.

Osculara Cruce ab Episcopo genuflexo super tapete, & pulvino, & quam ei offeret Rector Ecclesiae indurus pluviali albo supra superpelliceum, cantatur Antiphona.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, sic placuisti Domino.

Si Via longior est, adduntur cantica, & Hymni, ex Pontificali: nimirum, Benedictus Dominus Deus Israel, &c. Te Deum. Veni Creator. Ave Maris stella. Hymn. de Patrono loci.

Tum offertur Episcopo ab eodem Rectore aspersorium aqua benedicta, qua primo seipsum, deinde alios aspergit.

Reddito aspersorio, offertur eidem navicula, de qua imponit incensum in thuribulum cum benedictione, ministrante naviculam eodem Rectore: a quo & incensatur tripliter ei ductu.

Accedit Episcopus ad Altare majus, ubi orat, & Rector Ecclesiae stans in cornu Epistola Altaris versus Episcopum dicit.

Ps. Protektor noster aspice Deus.

R. Respice in faciem Christi tui.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolatoris, praetende societati nostrae gratiam tuam: ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus adventum. per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Ascendit Episcopus ad Altare, quo osculato in medio sollempniter populum benedicit. Preces pro Absolutione Defunctorum facienda in Visitazione Episcopi.

Visitator incipit Antiphonam: Si iniquitates.

Deinde cum Clero dicit Psalmum: De profundis in sine: Requiem aeternam.

Tum dicit totam Antiphonam: Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, quod secrete completur.

Interim aspergit ter ante se aqua benedicta, & imposto incenso in thuribulum cum benedictione ter incensat eodem modo.

Quo facto, dicit. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

V. In memoria aeterna erunt justi.

R. Ab auditione mala non timebunt.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animas eorum.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Praedicta dicuntur tantum, Visitante Episcopo, quae sequuntur, communia sunt Episcopo, & Visitatoribus inferioribus.

Cantatur Responsorium: Qui Lazarum resuscitasti a monumento foetidum: * Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiae. V. Qui venturus es judicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem. Tu eis, &c.

Et praecedente Cruce cum Acolythis, & candelabris accensis, aqua benedicta, & incenso proceditur ad caemeterium, seu circa sepulcra Ecclesiae dicendo Antiphonam, & Psalmum, ut supra: & in medio caemeterii, seu Ecclesiae cantatur Responsorium.

* Libera me Domine de morte aeterna in die illa tremenda. * Quando Coeli movendi sunt, & terra. * Dum veneris judicare saeculum per ignem. V. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. * Quando. V. Dies illa, dies irae, calamitatis, & miseriae, dies magna, & amara valde. * Dum veneris. V. Requiem aeternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Libera me Domine de morte aeterna, in die illa tremenda. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Interim inponitur incensum in Thuribulum.

Pater noster: aspergit, & incensat Visitator de more, & postea dicit: Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. In memoria aeterna erit justus.

R. Ab auditione mala non timebit.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animas eorum.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DEus, qui inter Apoftolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali, feu Sacerdotali fecifti dignitate vigere: præfta quæfumus; ut eorum quoque perpetuo aggregentur confortio.

DEus veniæ largitor, & humanæ falutis amator, quæfumus clementiam tuam, ut noftræ Congregationis fratres propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo tranfierunt, Beata Maria femper Virgine intercedente cum omnibus fanctis tui, ad perpetuæ beatitudinis confortium pervenire concedas.

DEus cujus miferatione animæ fidelium requiefcunt, famulis, & famulabus tuis, & omnibus hic, & ubique in Christo quiefcentibus da propitiis veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus abfoluti tecum fine lætentur. Per Christum Dominum noftrum. R. Amen.
 V. Requiem æternam dona eis Domine.
 R. Et lux perpetua luceat eis.

Duo Cantores dicunt:

V. Requiefcant in pace. R. Amen.
Et producto figno Crucis ab omni parte fuper cameterium, reditur ad Ecclefiam, dicente Clero fine nota totum Pfalm. Miferere, cum Requiem æternam in fine.
Ante Altare majus dicit Vifitator in medio ftans: Kyrie eleifon. Chriſte eleifon. Kyrie eleifon. Pater noſter.
 V. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 V. A porta inferi.
 R. Erue Domine animas eorum.
 V. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobifcum.
 R. Et cum fpiritu tuo.

Oremus.

Abſolve, quæfumus, Domine, animas famulorum, famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum, ut inter Sanctos, & electos tuos reſuscitari reſpirent.
 Per Christum Dominum noftrum.
 R. Amen.

Et proſequitur Vifitationem Sanctiſſimi Sacramenti, &c.

Forma Decretorum in fine Vifitationis locorum.

NOS N. N. Eccleſiarum S. M. Vifitantes mandamus, ut infra,
 Quod Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariftiæ veſtiatur intus ferico panno Quod, &c.
 Supradicta fiant intra ſpatium menſium duorum, vel ſex, &c. ſub poena, &c.
 Ita pronunciamus, & declaramus Nos N. N. Dat. die &c. Gratis etiam quoad ſcripturam N. Notarius.

Formula Decretorum in fine Vifitationis Perſonarum.

NOS N. N. vifitato Clero loci N. decrevimus ut infra,
 Quod N. N. ob ejus notabilem ignorantiam abſtineat ab Altaris ſacrificio, donec inſtruat.
 Quod N. N. qui duo habet beneficia ſub eodem teſto in Eccleſia S. N. infra duos menſes preſumptorie a die publicationis hujus Decreti debeat obtinuiſſe diſpenſationem a Sancta Sede Apoſtolica, & præſtaſſe in Curia Epifcopali, alias, elapſo dicto termino, poſſint dicta beneficia aliis conferri: & ſic de aliis: ſubſcribat Vifitator, & Notarius, qui adhibitis duobus teſtibus unicuique prædictorum ad ſe vocato evulget, vel, ſi ſit abſens, ad valvas Eccleſiæ Decretum affigat.
 Idem fiat cum Debitoribus locorum piorum, & Adminiſtratoribus non abſolutis.

Preces in fine Vifitationis pro Defunctis, ut in Pontificali Romano.

In fine Vifitationis ftans ante Altare in cornu Epiftole verſus ad illud, Vifitator dicit Pfalmum: De profundis.

Pater noſter. V. Et ne nos.
 R. Sed libera. V. A porta inferi.
 R. Erue Domine animas eorum.
 V. Requiefcant in pace. R. Amen.
 V. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor &c.
 V. Dominus vobifcum.
 R. Et cum ſpiritu tuo.

DEus, cujus miferatione animæ fidelium requiefcunt, famulis, & famulabus tuis omnibus, hic, & ubique in Christo quiefcentibus da propitiis veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus abſoluti tecum fine lætentur. Per Christum Dominum noftrum. R. Amen.

Formula profanandi Altaria, & Eccleſiam ex Actis Eccleſ. Mediol. Concilii IV. Prov.

Primo, ſi qui Sacræ Reliquiæ ibi ſunt diligenter reconditæ transferuntur quo voluerit Epifcopus, vocato Clero vicino, & populo, ſi corpora ſunt, aut inſignes Reliquiæ;

Sacræ item imagines eo transferantur.

Tum aliquantisper genibus flexis ante Altare profanandum, tacite orans Vifitator, feu Reſtor Eccleſiæ Orationem de Sancto dicit alta voce, cujus nomine Altare dicatum eſt; tum ab omni parte illud detegat, lapidem confecratum evellat ſine fractione, tum manibus ſuis lavet, atque abſtergat, aqua in ſacrarium fuſa: demum ab operariis reliqua pars Altaris amovetur.

Si plura Altaria ſint profananda, idem fiat ad ſingula.

Altaribus amotis, fidelium oſſa exhumentur, unoque loco collecta reponantur, præſente Rectore, qui tacite orans ante Altare majus, deinde cum Clero, & populo viciniæ procedente, jubet ea ad locum efferri deſtinatum, cum Pfalmis, & precibus pro Defunctis: ubi, ſi licet, celebretur Miſſa pro iisdem.

Denique diruatur ab operariis, & Crucis inſigne ibi figuratur, ex Trid. ſeſſ. 21. cap. 7.

Idem fiat in cameteriis profanandis.

Formulæ nonnullæ criminales, quæ in Vifitatione frequentius accidunt.

Contra non residentem, aut non deferentem habitum Clericalem.

Mandato multum R. R. D. N. N. Vifitatoris, &c. citentur ad valvas Eccleſiæ N. per quemlibet nuntium N. N. Filius N. ejuſdem Eccleſiæ curatus, ab ea abſens ultra annum, &c. vel in habitu non incedens Clericali, quatenus die . . . compareat coram Reverend. D. Vicario Generali loco ſolitæ audientiæ ad videndum ſe privatum declarari beneficio, & fructibus, &c. & circa hæc opportuna fieri, &c. aliter &c. Datum N. die &c.

N. Vifitator.

Die &c. Detulit mihi Notario Vifitationis N. Nuncius publicus medio ejus juramento præſentaliter, &c. ſe affixiſſe, & affixam reliquiſſe citationem ſupraſcriptam in valvis, &c.

N. Not. Vifitat.

Contra concubinariorum, ſeu inconfefſos, &c.

Devenit ad notitiam R. D. Vifitatoris, qualiter N. N. ab anno citra (ultra) ſtetit, & ſtat de præſenti in concubinato publico cum N. &c. in ſcandalum, &c. propterea, &c. ordine præfati D. Vifitatoris, vocati prædicti, & ſummarie examinati, dixerunt, &c.

Vel citantur omnes inſcripti coram R. D. Vifitatore in ædibus Parochialibus &c. ubi elegit, &c. pro die craſtina, hora . . . ad docendum ſe confefſos eſſe peccata ſua, & in Paſchate proxime præterito ſumpſiſſe, &c. alioquin citantur coram Vicario Generali pro die . . . juridica, &c. ad videndum ſe interdicti, &c. & alia fieri, &c. Dat. . . die &c.

Citandorum nomina ſunt hæc N. N.

Si fateantur coram Vifitatore, prohibeat concubinariorum ſub poena centum aureorum, & excommunicationis in ſubſidium, &c.

Si acceptent mandatum, jubeat præſtare fidejuſſiorem, &c.

Contra Abſentes fiat ut ſupra, assignatis terminis tribus, &c. & affixo mandato ad valvas Eccleſiæ.

Contra eos, qui negligunt executiones ordinationum.

Mandato R. D. Vifitatoris moneatur Vene. Presby. N. Reſtor N. quatenus termino trium dierum, quorum primus pro prima monitione &c. poſt harum præſentationem poena ſuſpenſionis ipſo jure incurrenda, ſolviſſe debeat in manibus N. ſcuta . . . pro executione ordinationum in Vifitatione dictæ Eccleſiæ factarum, quas adimplere neglexit. Datum, &c.

Contra debitores Locorum Piorum.

Forma relaxationis sequestri.

Mandato, &c. ut supra mutatis mutandis forma sequestri pro executione ordinationum.

Mandato, &c. precipitur infra scriptis debitoribus, &c. bonorum spectantium ad Eccles. &c. quatenus penes se in sequestrum teneant, &c. omne, & totum id quod &c. neque partem aliquam eorum alicui relaxent absque expressa licentia R. D. V. & hæc pro executione ordinationum factarum, faciendarumque, & omnia hæc sub poena iterum de proprio solvendi, & scutorum 50. Locis piis, &c. & excomm. in subsidium &c. Dat. &c.

Mandato, &c. precipitur infra scriptis nominatis colonis &c. R. N. debitoribus penes quos omnes, singuli fructus, fi-cta, & pecunia spectantia ad D. R. N. ratione beneficii, &c. sequestrata fuerunt de mandato ejusdem R. D. V. die mense anno quatenus statim habito præsentis præcepto, & sine aliqua exceptione relaxent omnia penes eos sequestrata &c. attenda cautione, & promissione per D. R. N. præstata de stando jure, &c. & de exequendis ordin. &c. & hæc sub poena cuilibet contrafacienti scutorum 100. Locis piis, &c. nec non excommunic. in subsidium. Dat. &c. quorum præcipiendorum nomina sunt hæc N. N.



E N C H I R I D I O N ,
S E U

MANUALE EPISCOPORUM,
Pro Decretis in Visitatione, & Synodo de quacumque recondendis:

In quo Decreta Concilii Tridentini, Bullarii Pontificii, Sacrarum Congregat. Roman. Conciliorum septem Provincialium Mediolanen. tum ea universa, quæ de officio, & potestate Episcopi a quibuscumque probatis Auctoribus tradita fuerunt, per quasi Aphorismos, exquisita methodo, copiosa, & brevi continentur.

A U C T O R E

D. BARTHOLOMÆO GAVANTO

Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli, & Sac. Rit. Congreg. Consult.

Opusculum quibuscumque Ecclesiasticis perutile, & prope necessarium; in quo Additiones, quæ antea separate impressæ fuerunt, suis locis diligenter sunt insertæ.

A N T O N I O CARD. BARBERINO, URBANI VIII.

PONTIFICIS OPTIMI MAXIMI
EX FRATRE NEPOTI,
Pro Italiae pace ad omnes Principes,
Pro aucta ad Metaurum ditione,
URBINI LEGATO:

IN URBE,

Quæ templum est Astreae,
clarissimis maximarum virtutum insignibus
Præfecturam Signaturæ Justitiæ
Decoranti,

Pro paribus ponderum lancibus
geminæ servantur Justitiæ partes;
Nihil cuiquam aufertur, suum cuique redditur;
Honorem inter, ac Amorem Orbis
Sedenti:

Animi celsitudine, liberalitate, Beneficentia,
Pietate, regio virtutum agmine,
Coronato;

Purpuratorum lumini,
Pastorum Principis imitatori sedulo,

EPISCOPORUM MANUALE,

Infinitæ pignus observantiæ, quam beneficentissimo Principi
Cler. Regul. S. Pauli obsequentissima Congregatio
profiteretur,

BARTHOLOMÆUS GAVANTUS
ejusdem Congregat. humillime consecrat,
Hoc edito elogio.

PRÆFATIO AD LECTOREM.



DIT A utraque Praxi, tum compendiaria Vistationis Episcopalis, tum exactissima Diocesana Synodi, illud unum reliquum erat, & pernecessarium, ut quam brevissima quoque methodo materiam universam Decretorum, & Vistationi, & Synodo suppeditarem. Hanc ego puto presenti volumine traditam, scilicet, copiosam, perbreve, ordinatam. Copiosam; quia non ea tantum, quæ hodierno usui deserviant, sed multo plura quæ Episcopum scire decet respectu Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Abbatum, & aliorum minime sibi subjeutorum, ut suum cuique tribuat Episcopus sine propria potestatis præjudicio. Perbreve: quia veluti per Aphorismos, seu axiomata, paucissimis verbis contentus, omissa Doctorum multiplici citatione, res ipsas commisso, non vel altero Doctore citato, & libentius recentiore, qui ab aliis, & qui fusius easdem explicat, vel ex professo probat. Ordinatam denique: quia Summistarum more, ordine Alphabetico, titulos invenies supra ducentos: & in unoquoque titulo, vel doctrinæ, vel actionum ordinem observare poteris.

Perro ipsimet Aphorismi in triplici sunt differentia: alii definitivam (ut ita loquar) habent sententiam: cujusmodi sunt ii qui auctores habent Patres Concilii Tridentini, Interpretes ejusdem Concilii Eminentissimos, Judices controversiarum inter Episcopos, & Regulares, Libros prohibitorum, & Sanctissima Inquisitionis, Sacrorum Rituum, & quos magis veneramus, Summos Pontifices à quibus ne latum quidem unguem declinare debemus. Alii partim definitivam, partim consultivam, respectu diversorum: & ii sunt, qui ex Conciliis septem Provincialibus Ecclesia Mediolanensis hausti sunt, recognitis, & approbatis a Sede Apostolica, quos Episcopi illius Provincia tenentur sequi, si vero sequantur, & alii extra Provinciam, sine dubio modicam merebuntur laudem. Reliqui, quos placita Doctorum dixerim (dum eorum nonnulli negant, affirmant alii) consultivam tantum habere videntur sententiam: tu benigne Lector, a quo volueris poteris stare. Brevioribus ad brevitatem opusculi utror Notis in citandis auctoribus, quas tamen explicabis facile, his adnotatis.

(Conc. Trid.) hoc est Concilium Tridentinum.

(Pius V. Anno 1569. & simil.) hoc est in Bullario Pontificio, Constitutione illius anni de materia, de qua Aphorismus: vel Decretum editum, & impressum eo anno Roma.

(Decisum refert) idest, a S. Congregatione Interpretum Concilii Tridentini.

(Cong. S. Rit.) idest, Congregatio S. Rituum.

(Cong. Ep.) scilicet, Congregatio Card. super negotia Episcoporum, & Regul.

Prædicta vero Decreta indicasse sit satis ut originalia, si opus sit, curare facilis possit.

Asterisco notata sunt ea, quæ Romano prælo data, jussu majorum fuerunt pro tempore promulgata.

(Cong. Ind. librorum, & S. Inquisit.) non nisi impressa, & vulgata commemoravit Decreta.

(Prov. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. hoc est, Concilia Provincialia Mediolanensia jam edita, & prælo data.

Reliqui auctores patent, & præ manibus habentur omnium: unde, uti recepto usu communi eos citavi idcirco libentissime. Si quid in his laude dignum est, Deo, & auctoribus, unde sumpsi: si quid errati, mihi ignosce, benigne Lector, & Vale.

INDEX TITULORUM ENCHIRIDII EPISCOPORUM.

A				
A BBAS.				
Abbatissa.				
Abortus.				
Abolutio.				
Agnei Cerei.				
Alienatio rerum Ecclesiasticarum.				
Altare.				
Alternativa beneficalis.				
Anulus.				
Appellatio.				
Aqua benedicta.				
Archidiaconus.				
Archiepiscopus.				
Archivium.				
Astrologia.				
Auditores Rotæ Romanæ.				
B				
B aldachinum.				
Baptismus.				
Beatorum, & Patronorum cultus.				
Benedictio.				
Beneficiorum collatio.				
Beneficiorum possessio.				
Beneficiorum Parochialium provisio.				
Beneficiorum reservatio.				
Beneficiorum pluralitas.				
Beneficiorum resignatio.				
Beneficiorum permutatio.				
Beneficiorum privatio.				
Beneficiorum vacatio.				
Beneficiorum unio.				
Beneficiorum mutatio.				
Bibliotheca Canonorum.				
Blaſphemia.				
Bona Ecclesiastica.				
C				
C æmeteria.				
Calix.				
Campanæ.				
Canonicatum collatio.				
Canonicatum possessio.				
Canonicatum optio.				
Canonicorum residentia.				
Canonicorum distributiones.				
Canonicorum munera in Choro.				
Canonicorum munera erga Episcopum.				
Canonicorum Aedes.				
Canonici Regulares.				
Capellanus.				
Capitulum.				
Capitulum sede vacante.				
Cardinalis.				
Casus reservati.				
Cathedraticum.				
Censuræ.				
Census.				
Cessatio a Divinis.				
Cingari.				
Clericus.				
Clericus concubinarius.				
Cleri Conventus.				
Coadjutor Episcopi, & aliorum.				
Comites Palatini.				
Commutatio ultim. voluntatum.				
Conceptio B. Virginis.				
Concilium Provinciale.				
Concilium Tridentinum.				
Concio sacra.				
Concubinarius.				
Confessarius.				
Confirmatio.				
Confraternitates.				
Conservatores.				
Contractus.				
Convertitæ.				
Corporale.				
Curiales.				
D				
D ecimæ.				
Degradatio.				
Diaconi Selvatici.				
Dispensatio.				
Doctor.				
Doctoralis Præbenda.				
E				
E ccllesia.				
Ecclesia Collegiata.				
Ecclesiæ consecratio.				
Ecclesiæ reconciliatio.				
Ecclesiarum reverencia.				
Edicta.				
Episcopus.				
Eucharistia.				
Examinatores.				
Excommunicatæ.				
Excommunicatio.				
Exempti.				
Exequiæ.				
Exequiæ Ecclesiasticorum.				
Exorcista.				
Extrema Unctio.				
F				
F amiliaris Episcopi, vel Cardinalis.				
Festi dies.				
Fidei professio.				
Filii Clericorum illegitimi.				
Fori Privilegium.				
Forum Episcopale.				
Functiones Episcopales.				
G				
G ratia.				
Græcorum jura.				
H				
H æretici.				
Hebdomada major.				
Hebræi.				
Hermaphroditus.				
Horæ Canonicae.				
Hospitale.				
I				
I ejunium.				
Jesuiticæ.				
Illegitimi.				
Imagines sacre.				
Immunitas Ecclesiastica.				
Indulgentiæ.				
Inquisitionis sanctæ Officium.				
Interdictum.				
Irregularitas.				
Judex Synodalis.				
Juramentum.				
Jurpatronatus.				
L				
L egatum.				
Legatus.				
Libelli famosi V. libri prohibiti.				
Libri prohibiti.				
Librorum editio.				
Licentiæ.				
Limina Apostolorum.				
Litanæ.				
Litteræ dimissoriæ.				
Litteræ testimoniales Ordinum.				
Locorum Piorum cura.				
Ludimagistri.				
M				
M atrimonii denunciations.				
Matrimonii impedimenta.				
Matrimonii celebratio.				
Medicus.				
Miraculum.				
Missæ.				
Missæ ritus.				
Missæ Parochialis.				
Missæ Conventualis.				
Monetarii.				
Monialium Monasteria.				
Monialium Ecclesiæ.				
Monialium Clausura.				
Monialium collocutio cum exteris.				
Monialium numerus.				
Monialium receptio.				
Monialium novitiarum alimenta.				
Monialium Professio.				
Monialium communes leg. s.				
Monialium Officiales.				
Monialium Conversæ.				
Monialium educatio activa.				

Monialium consecratio.
 Monialium cura spiritualis.
 Monialium cura in temporalibus.
 Monitoria.
 Montes Pietatis.
 Munerum largitio vetita Regularibus.

N

Notarius.
 Nuntius Apostolicus.

Oblationes.
 Olea Sacra.
 Oracula viva vocis.
 Oratio Publica.
 Oratorium.
 Ordo in genere.
 Ordines Minores.
 Ordines Majores.

P

Parochia.
 Parochorum residentia.
 Parochorum munera.
 Patriarcha.
 Pensio.
 Peregrinationes sacræ.
 Personæ infames.
 Pestes.
 Pia dispositiones.
 Pœnitentiarius.
 Præcedentia.
 Processio.
 Protonotarii.
 Punctatores.

Q

Quadragesima.
 Quæstiones.
 Quarta Episcopalis, & funeralium.

R

Refereudarii.
 Regularium virorum Monasteria.
 Regularium jura sub Episcopis.

ibid. Regularium jura in Ordine ad Moniales eorum. 133
ibid. Regularium jura circa Tertiarias. *ibid.*
 119 Reliquiæ Sanctorum. *ibid.*
ibid. Repræsentationes secretæ. 134
ibid. Residentia. *ibid.*
ibid. Restitutio incertorum. [*ibid.*]

S

Sacramenta. *ibid.*
 Sal. *ibid.*
 Scriptura sacra. *ibid.*
 Seminarium Clericorum. *ibid.*
 Septuagesima. 135
 Sepultura. *ibid.*
 Sequestrum. 136
 Simonia. *ibid.*
 Sodomia. *ibid.*
 Spolia Clericorum. *ibid.*
 Studia litterarum. *ibid.*
 Subcollectores. *ibid.*
 Subsidium charitativum. *ibid.*
 Suffraganeus Episcopus. 137
 Supellex sacra. *ibid.*
 Suspendio. *ibid.*
 Synodus Diocesana. *ibid.*

T

Tertiarii. 138
 Testamentum. *ibid.*
 Theologalis præbenda. 139
 Torneamentum. *ibid.*
 Tutela. *ibid.*

V

Vicarius capitularis. *ibid.*
 Vicarius foraneus. *ibid.*
 Vicarius generalis. 140
 Vicarius perpetuus. *ibid.*
 Violenta manus in Clericum. *ibid.*
 Visitatio Episcopi. *ibid.*
 Visitatio inferiorum Episcopo. 142
 Visitatio circa Canonicos exemptos. *ibid.*
 Votum. *ibid.*
 Usura. 143

D. JO. AMBROSIUS MAZENTA

Congreg. Clericorum Regularium Sancti Pauli Vicarius Generalis.

Cum opus, cui titulus est: Enchiridion, seu Manuale Episcoporum, a R. P. D. Bartholomæo Gavanto Sacerdote nostræ Congregationis compositum, duo ejusdem Congregationis eruditi, ac sapientes viri recognoverint, atque in lucem dari posse probaverint, potestatem facimus, ut typis mandetur, si & iis, quibus id competit, ita placuerit.

Dat. Mediolani in Collegio nostro SS. Apost. Pauli, & Barnabæ, die 23. Junii 1631.

D. Jo. Ambrosius Mazenta Vic. Gen.

Imprimatur, si videbitur Rever. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Episc. Bellicast. Vicefg.

DE Mandato Reverendissimi Patris Fr. Nicolai Riccardii, Sacri Palatii Apost. Magistri, Enchiridion, seu Manuale Episcoporum, ab admodum Reverend. P. D. Bartholomæo Gavanto compositum, legi, nihilque inveni, quod sanctæ fidei, aut bonis moribus adversetur, immo dignissimum judico, ut ad communem omnium utilitatem in lucem prodeat; continet enim quamplures materias Ecclesiasticis necessarias, mira claritate, & brevitate digestas.

Ego D. Constantinus Palamolla Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Sacre Theologia professor, & in Urbe Examiner.

Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apost. Mag.



MANUALE EPISCOPORUM.

Abbas.

1. **E**PISCOPO tertio requisito, & renuente benedicere Abbatem, potest Abbas, sine benedictione Officium administrare, & Ordines conferre docet Barbof. *de potest. Episc. alleg. 27. n. 54.*

2. Abbatis benedictio facienda est die Dominica, vel festiva. *Pontificale Rom.*

3. Abbas Monachorum non benedictus habet insignia, & privilegia, quæ benedictus Tamo. *de jure Abbat. t. 1. disp. 11. q. 13.*

4. Sedes Abbatis ne sit fixa, & permanens prope Altare, ut sedes Episcopi. Congr. Rit. 29. Januar. 1628. cum duobus gradibus, sine suppedaneo. *ibid.*

5. Præsente Episcopo Diocesano, sedebit Abbas in loco suæ jurisdictionis, vel apud Episcopum in sede Camerali absque ornatu, & sine gradu, vel in conspectu Episcopi ex alia parte, in loco inferiori cum uno parvo gradu non excedente dimidium palmi. Eadem 18. Mart. 1617.

6. Baldachinum Abbatis sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest. Eadem 28. Jan. 1606. 18. Martii 1617. 29. Jan. 1628. *

Quibus Abbatibus concessum sit. *Vide Baldachinum.*

7. Mitra una tantum Abbati celebranti conceditur. Cong. Rit. 29. Jan. 1628.

8. Baculus Abbatis ornandus sudario ad differentiam Episcopalis baculi. Acta Eccl. Med. *de supell. Eccl. l. 2. & Tambur. disp. 20. quest. 1. n. 4.*

9. Non potest extra suam Ecclesiam uti mitra, & baculo, neque ante se ea deferre. Congr. Rit. 17. Julii 1604.

10. Potest iis uti in Ecclesiis unitis suæ jurisdictioni. Tambur. *disp. 21. q. 2.*

11. Missam cantare potest Abbatialem ter in anno ad summum, hoc est, cum Baldachino, & sede, ut supra, in cornu Evangelii posita, ministris quinque adhibitis, & aliis sex paratis: tum sex candelabris, non septem, in Altari, & cum abaco parvo. Congr. Rit. 29. Januar. 1628. *

12. Sedes autem prædictorum sex paratorum sint extrachorum, ita ut in scabellis sedeant, eadem. *ibid.*

13. Præsente Episcopo Diocesano in Ecclesia Abbatiali Abbatis sæcularis exempti, debet Abbas cum suis Canonicis sedere in cornu Epistolæ, uno post alium, in sede simplici sine ornamentis, in loco inferiori respectu Episcopi, quatuor, vel quinque cubitis juxta Canonicos Cathedralis; & post Canonicos Cathedralis debet thurificari duplici ductu, & uno Canonici ejusdem. Episcopo, & ejus Canonicis debentur omnia ut in Cathedrali, nimirum assistentia, circuli, thurificatio, benedictio incensi, & populi. Cong. Rit. 7. Febr. 1604. *relato a Tamb. disp. 25. q. 9.*

14. Pontificalia extra suam Ecclesiam, seu Ecclesias, non potest Abbas exercere. Tambur. *disp. 21. q. 3. n. 10.*

15. Potest benedicere per suam Ecclesiam populo, *ibid.* q. 8. n. 5.

16. Non coram Episcopo loci. Congreg. Rit. Anno 1604. *relato a Tambur. disp. 23. quest. 1. n. 1.*

17. Neque coram Legatis Sedis Apostol. Tambur. *disp. 21. q. 2. n. 5. & q. 9. n. 1.*

18. Non potest benedicere per vias. Idem *ibid.* num. 1. ex Cong. Rit. 24. August. 1609.

19. Potest benedicere paramenta suarum Ecclesiarum. est communis.

20. Non potest benedicere, in quibus sacra Unctio adhibetur. Decisum refertur Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 30. n. 2.*

21. Cum privilegio potest, & hoc habent Cassinenses. Decisum refert Tambur. *disp. 23. q. 1. n. 5.*

22. Docet idem de Privilegio, quoad alios, *ibid.* q. 2.

23. Non potest Altaria benedicere. Idem *ibid.* n. 4.

24. Habent Privilegium Cassinense. Idem *ibid.*

25. Non potest Ecclesias consecrare. Idem *ibid.* q. 7. & ignorat adesse privilegium.

Gavant. Tom. III.

26. Potest sollempniter easdem benedicere, ex Privilegio, quod docet haberi. Idem *ibid.* q. 9.

27. Potest pollutam Ecclesiam, aqua sacrata per Episcopum, reconciliare: qui, si distet ultra dietas aqua per ipsum Abbatem benedicta, & docet de privilegio. Idem *ib. quest. 10.*

28. Potest campanas benedicere, ex privilegio jam concessio. Idem *ibid. quest. 12.* & primum lapidem ponere. Idem *disp. 21. q. 9.*

29. Prædicta non potest ad usum aliarum Ecclesiarum. Riccius in *praxi fori Eccl. decis. 539.*

30. Neque paramenta non suarum Ecclesiarum. Cong. Rit.

24. August. 1609. 30. Septemb. 1628. abrogataque fuit quælibet consuetudo contraria allegata a Tamburino *disputat. 22. qu. 2. n. 2.* Decreto proprio, Congr. Rit. 18. Aug. 1629.

31. Non potest conferre Ordines minores, neque primam Tonfuram, non sibi subditis. Trident. *sess. 23. cap. 10.*

32. Neque dare litteras Dimissoriales Clericis sæcularibus, ut ordinentur. Idem *ibid.*

33. Non potest Novitios tonsurare, sed ad Episcopum loci spectat. Tambur. *rom. 2. disput. 2. quest. 10.*

34. Potest conferre Tonfuram, & Ordines Minores, etiam non sibi subditis, si ille sit benedictus, & hi a suo Episcopo, vel superiori Regulari habeant Dimissorias litteras speciatim concessas, & item si accedat Episcopi loci consensus. Conc. Prov. 5. *part. 3. de sacrament.* & Decisum refertur Azor. *p. 1. lib. 1. c. 20. q. 7.* Quar. V. Ord. Bonac. *de Sacram. disc. 8. q. un. nu. 4. n. 3.*

35. Non potest conferre dictos Ordines, nisi in suis Monasteriis. c. *quoniam. 69. dist.*

36. Male ordinati ab Abbatibus, non sunt iterum ordinandi, sed dispensandi ob suspensionem ab ordinum executione. Dec. refert Tambur. *rom. 2. disp. 2. q. 8.*

37. Abbas sæcularis, licet habeat jurisdictionem in Canonicos, potest cogi ab Episcopo ad residentiam. Decisum refert Garzia *de benef. par. 3. cap. 2. num. 181.*

38. Abbas sæcularis omnino tenetur ire ad Synodum Diocesanam, etiam si sit exemptus. Trid. *sess. 24. c. 2.*

39. Abbas Regularis Parochiæ Rector, tenetur ire ad Diocesanam Synodum Tamb. *disp. 24. q. 2. num. 5.* Decisum refert. Hanc Leo in *Thef. fori par. 1. c. 9. n. 13.*

40. Præcedit Canonicos, & Dignitates Cathedralis singulariter incedentes. Tamb. *disput. 24. quest. 5. n. 3.*

41. Item præcedit non habentes usum Mitræ, & Commendatarios. Decisum refert Leo *d. c. 9. num. 4.*

42. In Synodo Diocesana sedet a latere sinistro juxta Canonicos a latere dextro, Cærem. Episc. *lib. 1. cap. ult.*

43. Potest uti in Synodo Diocesana, & Provinciali, si exemptus est Mitra auri phrygiata, sive laminis aureis, vel argenteis. Tambur. *disp. 24. quest. 6. num. 1. & 3.*

44. Si non est exemptus, utatur simplici, & plana. Idem *ibid.* n. 2. Cærem. Episc. *lib. 1. c. ult.*

45. Cum Mitra Pluviale induit coloris rubri. Cærem. Episc. *lib. 1. cap. ult.*

46. Non tenetur Abbas exemptus ire ad Synodum Provinciam, nisi de jure vel consuetudine interesse debet; & votum habet decisivum, ex Trid. *loc. cit.* & Cærem. Pap. *lib. 1. sess. 14. cap. 3.*

47. In Concilio Provinciali sedet post Episcopos. Ceremon. Episc. *loc. cit.*

48. Procuratores Abbatum habent vocem consultivam tantum. Decisum refert Leo in *Thef. par. 1. c. 9. n. 7.* & sedebunt post Procuratores Episcoporum. Idem *ibid.*

49. Habens jura Episcopalia potest dare licentiam alieno Episcopo in suo districtu exercendi Pontificalia. Riccius in *praxi resolut. 390.*

50. Potest unire beneficia, concursum facere in Parochialibus, modo elegerit Examinatores in Synodo. Idem *resol. 361.*

51. Et ea omnia facere, quæ sunt jurisdictionis cum suis subditis, ut Episc. in Diocesi. Nav. *conf. 2. de cland. despons. ad fin. par. 2. lib. 4. edit. 2.*

52. Nominē Episcopalem venit Abbas jurisdictionem quasi Episcopi habens, & Vicarius ejus. *Suar. de cens. disp. 7. sect. 3. n. 5. vers. præterea. Vide Archiepsc. n. 32. Conc. Prov. n. 7. 8. 53. Jus patronatus n. 6. 18. Præcedentia n. 16. 17. 18. 19. 35.*

A D D I T I O.

1. Debet incedere in Ecclesia in habitu decenti, & non camerali. *Congr. Rit. 9. Maji 1609.*
2. Non debet associari ex sua domo, nec excipi, cum ad Pontificaliter celebrandum vadit: quia Cærem. non comprehendit in hoc casu *Abb. ead. 11. Dec. 1413.*
3. Abbates Montis Cassini, S. Trin. Cavenfis, S. Michaelis de Valvenere Vallis Umbrosæ, Generalis Cælestinorum, possunt gestare mozzettam, mantelletum, & birettum clericale, & pileum more Prælatorum, ex constit. Pauli V. *Dec. 1606.*
- Item Generalis Montis Virginis, *Congregat. Rit. 9. Maji 1606.*
- Item Abbas S. Andreæ Vercellon ubique, etiam præsentē Episcopo, potest deferre mozzettam *eadem 30. Martii. 1621.*
4. Abbas Canonicorum Regularium Lateranensium potest deferre Baculum in processionibus suarum Ecclesiarum, extra easdem in lib. priv. eorumdem. *pag. 214. ab Urbano III.*
5. Possunt Abbates insignia Pontificalia deferre in Ecclesia exempta, licet privilegium dicat in suo Monasterio. Paciande probat *lib. 2. cap. 28. num. 40.* quando usus eorum fuit simpliciter concessus. *ibid. num. 41.* non autem extra Monasterium sine licentia Ordinarii *ibid. num. 42.*
6. Omnino sine licentia Ordinarii non possunt extra proprias Ecclesias uti Mitra, & Baculo. *Congr. Rit. 17. Julii 1604. 2. Aug. 1631.* ubi, neque cum licentia Ordinarii. *Ar. 6. Decemb. 1631.* usum eorum concessit de licentia Ordinarii, *Vide Barbos. de jure Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 59.*
7. Negatur Abbatibus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem absolutio, & dispensatio concessa Episcopis a Concilio. *Trid. sess. 24. cap. 6. decisum refert Garz. de benef. p. 7. cap. 11. num. 13. & 17. cum DD. apud Barb. de jure Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 68.*
8. Abbati exempto Collegiæ sæcularis habenti jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, non licet ad pauciores numerum, etiam ex justa causa, reducere Canonicos, sed hoc spectat ad Episcopum, cum consensu tamen Capituli, si illa Collegiata est insignis. *Decis. refert Garz. de benef. p. 12. cap. 1. num. 75.*
9. Abbas Commendatarius habens jurisdictionem quasi Episcopalem in suo territorio separato potest dispensare super illegitimitate ad quatuor minores Ordines *Congr. Conc. 18. Novembr. 1628. apud Barb. de jure Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 111.*
10. Abbas alicujus Abbatissæ exemptæ non potest in ea Ordines conferre, licet sit Episcopus; secus, si Abbatia est nullius, quia habet populum *ead. 8. Aug. 1621. apud eundem, ibid.*
11. Abbates quando plures sunt in eodem loco habentes Clerum distinctum, debent in processionibus incedere, quisque cum suo Clero, & in suo loco *Congr. Rit. 19. Jan. 1613.*
12. Abbas Ecclesiæ sæcularis exemptæ potest assumere suos Canonicos ad sibi assistendum. *ead. 7. Febr. 1604.* dum scilicet Divinis interest, & absente Episcopo.
13. Non potest Synodum celebrare, nisi habeat Dioeces. *Congr. Conc. 17. Aug. 1626.*

Abbatissa.

1. DE electione Abbatissæ, *Vide V. Monialium Officiales.*
2. Benedici debet ab Episcopo, si intra annum a die electionis petierit benedici, & solitum sit eam benedici, *Barb. de pot. Episc. alleg. 27. num. 51.*
3. Explicat Tambur. de non exemptis, *de jure Abb. tom. 1. disp. 22. q. 8. num. 2.*
4. Potest fieri benedictio qualibet die, *Id. ibid. num. 8.*
5. Neque potest iterari. *Id. ibid. num. 6.*
6. Nec minor annis quadraginta: quam ætatem Episcopus non potest dispensare, *Decisum refert Armendar in addit. ad recomp. legum. Navarra lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episc. num. 102.*
7. Quæ ad tempus eliguntur, non sunt ad tempus benedicendæ, nisi Papa concedente. *Quar. in summ. Bullar. Abbatissa, circa finem.*
8. Non potest benedicere in signum superioritatis in loco publico, nec aquam, neque vestes, in forma Ecclesiæ, *Majol. de irregul. lib. 2. cap. 29. num. 26.*
9. Neque potest prædicare, & in hoc neque potest Episcopus dispensare, *Id. ibid. num. 27.*
10. Potest irritare vota Monialium, non potest dispensare in eis. *Naldi votum num. 64.*

Abortus.

1. QUicumque, & quocumque modo abortum foetus animati procuravit, secuto effectu, homicidii poenis puniatur. *Sixtus V. in Bulla 1588.*
2. Clerici beneficiis priventur, inhabilesque sint ad beneficia, & ad Ordines, Ordinumque ministeria. *ibid.*
3. Omnes præterea sunt ipso facto excommunicati. *ibid.*
4. Absolutio non est reservata Papæ Greg. XIV. *Bulla 1591. Vide Absolutio num. 36. Degradatio num. 13.*

Absolutio.

1. POTESt Episcopus absolvere ab omnibus casibus, & censuris non reservatis Papæ. *DD. communiter apud Barb. de pot. Episcopi alleg. 50. num. 181.*
2. Et quoscumque sibi subditos, saltem ratione habitationis pro majore anni parte, *ibid. num. 182.*
3. Potest Episcopus in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Dioecesi sua per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ absolvere. *Trid. sess. 24. cap. 6.*
4. Excipe casus Bullæ Coenæ Domini, ut patet, & alios reservatos post Concilium, *ut infra num. 15.* & decisum refert *Suar. tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 12.* qui tamen de reservatis post Concilium occultis non intelligi decisionem docet *ibid. num. 14.* & necessariam esse derogationem Concilii, uti fit in Bulla Coenæ *ibid.*
5. Quæ conceduntur Episcopo *in d. cap. licent a Trid. sess. 24. cap. 6.* negant inferioribus, licet habeant quasi Episcopalem jurisdictionem. *Decis. refert Garz. de benef. part. 7. cap. 11. num. 13. 17.*
6. Negantur etiam iis Episcopis, in quorum regione non est receptum Concilii. *Trid. Decisum refert Barb. alleg. 39. n. 3.*
7. Conceduntur Confessario Episcopi, si Episcopus egeat. *Barbos. ibid. n. 15. Decisum refert Suar. loco cit. n. 15.*
8. Absolutio vero hæc sacramentalis est, *Dec. refert Garz. p. 11. cap. 10. num. 139. in 3. decl.*
9. Non tamen Episcopus tenetur audire confessionem, ut a prædictis absolvat. *Navarr. cons. 11. de priv. p. 2. lib. 5. edit. 2.*
10. Controversum est: an Episcopus possit eam committere aliis, affirmant de Vicario specialiter deputato *Nav. & Sanchez,* limitat *Henriq.* quando casus occurrit, & singillatim; alii facultatem hanc absolvendi communicabilem dicunt, dispensandi, *ut in d. cap. incommunicabilem. Vide Barbos. loco cit. num. 11.*
11. Occultum *in d. cap. dicitur,* quod non est notorium, licet sciatur ab aliquibus. *Barbos. num. 1. 25.*
12. Deductum ad forum contentiosum est illud, quod est denunciatum, seu post litem contestationem. *Barb. n. 29.*
13. Non probatum in sine causæ, erit occultum. *Idem ibid. num. 32.*
14. Forensis potest absolvi in casibus *cap. licent,* ab Episcopo, in cujus Dioecesi commoratur, non autem a suo Episcopo absente, *Decisum refert Garz. part. 11. cap. 10. n. 139. in 3. declar.*
15. Non potest Episcopus absolvere a censuris reservatis, incurfis propter ingressum in Monasterium Monialium, etiam si sit occultus. *Decisum refert Riccius in praxi resol. 544. n. 5. in 2. edit.*
16. Potest absolvere Episcopus percussorem Clerici ob levem injuriam. *Syl. Absol. 4. num. 1.*
17. Non ob levem notoriam. *Idem ibid. num. 2.*
18. Potest absolvere privilegiatus ob mediocrem injuriam, hoc est, si regularis verberet regularem, in mortis articulo constitutum; mulierem habentem capitales inimicitias; puerum impuberem; officialem arcentem turbam casu percutientem Clericum; valde delicatum; pauperem; ægrotantem; senem, & valetudinarium; sodales Clericos in communi viventes: janitorem: servum conditione: dubium: impeditum legitime ad iter: debilem membris. *Sylv. ibid. num. 3.*
19. Potest item ob enormem injuriam absolvere ex prædictis eos, qui habent perpetuum impedimentum. *Idem ibid.*
20. Item & eos, qui temporale impedimentum habent; cum conditione tamen, ut cessante impedimento se præsentent sedi Apostolicæ. *Idem ibid.*
21. Inferior Episcopo habens quasi Episcopalem auctoritatem non potest absolvere, neque ob levem injuriam. *Id. ib. n. 5.*
22. Prædictos etiam potest Episcopus absolvere ab excommunicatione lata ob alias causas. *Idem ibid. num. 6. Navar. cap. 27. num. 89. in Manual.*
23. Etiam in casibus Bullæ Coenæ. *Nav. ibid. & Suar. loco cit. sect. 3. num. 9. contra Syl. loco cit.*
24. Potest Episcopus absolvere regularem percussorem Collegæ, ob mediocrem injuriam excommunicatum, si Prælatum non est Sacerdos, vel aliter Impeditus. *Id. Syl. ib. quæst. n. 1.*
25. Item & eum regularem, qui percusserit Clericum sæcularem, ex quadam equitate. *Id. ib. n. 3. deficiente Prælato.*
26. Potest etiam absolvere Moniales exemptas, etiam pro enormi. *Idem n. 4.*

27. Et potest etiam Abbatem, nisi injuria sit enormis. Idem *ibid.*

28. Item potest Episcopus absolvere eos regulares, qui sese percutiunt extra claustra, secundum Hostien. *ibid.* num. 5.

29. Potest Episcopus, & eum, qui uxorem habet, & filios, quos in extrema necessitate relictos agnoscit, vel qui curam animarum habet cum earum periculo, sine Vicario. Barbof. *de por. Episc. alleg.* 4^{ta} n. 8.

30. Si prædicti possunt adire Legatum, vel Nuncium habentem facultatem Pontificiam, non potest Episcopus absolvere. Idem num. 31.

31. Excommunicatus in foro exteriori ob percussione Clerici, a Pœnitentiaro Papæ secreto absolutus, satisfacta parte, potest haberi ab Episcopo (si velit, & nisi urgeat pars adversa rationabiliter) tanquam absolutus, neque molestari. Navarr. *de pœnis, & remiss. conf.* 26. n. 4.

32. Quæ sit levis, mediocris, enormis percussio, vide infra *Violenta manus in Clericum.*

33. Potest Episcopus absolvere subditum suum ab excommunicatione, etiam si sint ambo, vel alter extra Dioecesim. Praxis Episc. V. *absolutio ad 7.*

34. A sententiis latis ab homine non possunt Confessarii absolvere. Leo X. Anno 1518.

35. Tempore Jubilæi excommunicatus ab homine, si parti satisfecerit, poterit absolvi, & communicare in Divinis in foro exteriori ad effectum tantum consequendi Jubilæum: & deinde reincidit in excommunicationem. Pius V. Anno 1568. in *Declarat. perpetua pro Jubilæis, relata a Gutier. canon. quest. lib. 1. c. 2. num.* 18.

36. Qui facultatem generalem habent absolvendi a Casibus reservatis, non possunt tamen in casu aborti animati foetus procurari, effectu secuto, nisi per loci Ordinarium fuerit specialiter deputatus. Ex Greg. XIV. Prov. 7.

37. Absolutio Medicorum, qui ægrotos inconfessos visitare perseveraverint, Episcopo reservatur, nisi secus alicubi iudicetur. Prov. 7.

Vide *Confessar. num.* 20. 47.

Regularium jura sub Episcopis n. 75. 76. 79.

Agni cerei.

1. NE minio, vel auro incendantur, sed albi deferantur. Gregor. XIII. A. 1572.

2. Pœna imposita est excommunicationis ipso facto, non tamen est reservata Papæ. *ibid.*

3. Neque venales proponantur sub eadem pœna. *ibid.*

4. Domi recondantur decenti loculo, a collo pendentes theca decenti includantur. Provinc. 5.

5. Neque laici eos tangant, neque forcipe, neque chirothecis, sed Clerici in Sacris. *ibid.*

6. Unde non placet Sanch. *summ. mor. l. 2. c. 43. n.* 27. qui eos tangi a Fœminis concedit.

7. Non gestentur in anulis, neque suspendantur e ramis arborum, neque projiciantur in agrum, sed eorum cera adoleatur ad suffumigationem contra tempestates. Prov. 5.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum.

1. DUO copulative requiruntur, causa justa in casu licito, & sollemnitas legitima. Paul. II. in *Bulla* 1468.

2. Causæ justæ sunt quatuor, necessitas, utilitas, incommoditas, pietas. Quar. V. *alienatio n.* 3. & *ibi fufius, & optime.*

3. Sollemnitas legitima non est inconsulto Papa Paul. II. *supra.*

4. Assensus Apostolicus præcedat contractum, & multo magis traditionem rei. Quar. *loc. cit. n.* 8. 9.

5. Prohibetur locationes, & conductiones ultra triennium. Paul. *supra.*

6. Item emphiteuses, quæ non sunt a jure permiffæ, neque de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, neque cum evidenti Ecclesiæ utilitate. Idem *ibid.*

7. Item omne pactum, per quod dominium transfertur, concessio, hypotheca, infeudatio. Idem *ibid.*

8. Prohibita censetur permutatio etiam inter Ecclesiasticos. Barb. *de por. Ep. alleg.* 95. num. 57.

9. Prohibetur transactio, & compromissum de re Ecclesiæ incorporato. Quar. *loc. cit. n.* 20.

10. Prohibetur impositio servitutis, cessio jurium, actio, litis, & causæ. Idem. *loc. cit. n.* 21. 22.

11. Item alienatio mobilium pretiosorum, Idem n. 24.

12. Neque possunt pignorari. Idem *ibid. n.* 27.

13. Conceditur alienatio fructuum, & bonorum, quæ servando servari non possunt pro instantis temporis existentia Paul. *supra.*

14. Non prohibetur locatio ultra triennium, si adest consuetudo. Paris. *conf.* 98. lib. 4.

15. Non prohibentur bona confraternitatum, & Locorum Piorum sine Episcopi auctoritate fundatorum. Barbof. *alleg.* 75. n. 32., & Quar. n. 28.

16. Non valet conditio dantis, ut alienari possit res data sine Sollemnitatibus. Quar. n. 31.

17. Bona relicta Ecclesiæ incapaci, alienari possunt sine sollemnitatibus. Idem num. 32.

18. Arbores solo coherentes prohibita censentur alienari. Idem n. 32.

19. De re nondum incorporata transactio fieri potest sine sollemnitate. Barbof. *alleg.* 95. n. 63. Quar. n. 43.

20. Potest etiam repudiari Legatum, vel hæreditas nondum incorporata Ecclesiæ. Barbof. n. 52. Negant alii *ibid. n.* 54. & apud Quar. *loc. cit. n.* 23.

21. Duæ concessiones in emphiteusim sufficiunt, ut dicatur solitum concedi. Quar. n. 40.

22. Cap. *Terrulas*, non fuit derogatum a Paul. II., neque a Trident. decifum refert a Sac. Congreg. Quar. n. 41.

23. Sed tria concurrant, rei exiguitas, inutilitas Ecclesiæ, & necessitas alienationis. *ibid.*

24. Explicatur cap. *Terrulas*, de valore Scutorum 25. auri a Congreg. Episcop. 22. *Maji* 1601.

25. Summa necessitas, & celeritas negotii, quod non possit adiri Papa, potest excusare a sollemnitatibus. Idem. Quar. num. 42.

26. Remissio caducitatis potest fieri a solo Prælato, seu Rectore. Idem n. 44.

27. Pœnæ a Paulo II. sunt nullitas contractus, excommunicatio tam contra alienantes, quam recipientes, interdictus ingressus Ecclesiæ ipso jure quoad Pontificem, & Abbates, & post sex menses suspensio eo ipso a regimine; & privatio ipso facto illius Beneficii, cujus Bona sunt alienata in *dicta Bulla.*

28. Absolutio non est reservata *ibid.*, & Quar. num. 49.

29. Delegatus male consentiens alienationi inferior Episcopo est excommunicatus; Episcopus est suspensus ab executione Officii per Annum, & sit irregularitatis reus reservata Papæ cum obligatione damni resarciendi. Paul. II. A. 1645.

30. Qui dolo, fraude, scienter in damnum Ecclesiæ Decretum a Delegato extorserit, incurrit excommunicationem Papæ reservatam, & ad restitutionem damni dati tenetur. Idem *ibid.*

31. Potest Episcopus alienare, urgente summa necessitate pauperum, captivorum redemptione, & Papa non potest adiri. Barbof. *d. alleg.* 75. n. 59.

32. Bona quæcumque jurisdictionalia ad Ecclesias inferiores spectantia prohibentur investiri denuo, inconsulto Papa in *scriptis.* Urban. VIII. A. 1625. *

33. Sub pœnis interdicti ab ingressu Ecclesiæ, suspensionis, interdicti a Divinis, excommunicationis, privationis dignitatum, beneficiorum, officiorum, vocis activæ, &c. correlative contra varios Delinquentes. *ibid.*

34. Regularibus omnibus interdicta est alienatio, inconsulta Sede Apostol. ab Urb. VIII. 1624. sub gravibus pœnis *ibidem.* *

35. Item iisdem prohibetur acceptio pecuniæ ad cambium, vel mutuo cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis. Congreg. Conc. *die* 21. *Martii* 1626.

36. Si contingat alienari Bona, quæ onus annexum habent perpetuum Missarum, in alia stabilia cum ejusdem oneris repetitione, & annexione convertatur. Congreg. Conc. *de celebr. Miss.* 22. *Junii* 1625.

37. Sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda. *ibid.*

38. Non licet vendere stabilia pro fabrica Monasterii. Congreg. Episc. 12. *Martii* 1619.

39. Neque vendere stabilia, ut ematur census, eadem *ibidem.*

40. Neque alienari debet census pro solutione æris alieni eadem 19. *April.* 1619.

41. Neque potest alienari pecunia Ecclesiæ deputata ad emenda immobilia. Sylv. *Alienatio* 7. §. 8.

42. Quæ vero bona sunt difficilis recuperationis, seu incerta, vel incognita, alienari possunt sine sollemnitate eo pacto, quod Laicus emptor suis expensis, & periculo ea recuperet. Nald. V. *Bona num.* 9. V. *Bona Ecclesiast. num.* 1. 2. 5. 6. 23. 25.

Altare.

1. IN consecrata Ecclesia non possunt erigi Altaria, nisi de licentia Episcopi, neque ea destrui. Sylv. *altare num.* 2. in non consecrata possunt. Azor. *pag. 1. lib. 10. cap. 7. quest.* 9.

2. Ne Altaria construantur, nisi cum censibus, qui satis sint ad Sacerdotes, & Clericos sustentandos eorum ministerio idonei. Prov. 7.

3. Constructa dotentur, aut destruantur. *ibid.*

4. Quæ sub diu sunt, neque septa, neque sepienda, demoliantur. Provinc. 1.

5. Nullum foramen habeant. Acta Mediol. Eccl.

6. Altaria portatilia debent esse capacia pedis Calicis, & Hostiæ consecræ. Sylv. *loc. cit. n.* 1.

7. Altaria majora Parochialium Ecclesiarum consecrari debent. Provinc. 4.

8. Et incidatur memoria consecrationis eorum in lapide. *ibidem.*

9. Non sunt consecranda ea, sub quibus recondita sunt cadavera mortuorum. Congr. Episc. 8. *Novemb.* 1599.

10. Possunt eodem die plura Altaria consecrari. Sylv. n. 4.
11. Pro reliquiis ne ponatur Corpus Christi. Sylv. *ibid.*
12. Reliquiæ locandæ in Altari sint Sanctorum ab Ecclesia approbatorum Congr. Episc. 13. *Septemb.* 1593.
13. Si enormiter lædatur Altare, aut sigillum Reliquiarum frangatur, vel mora sit junctura, qua mensa stipili adhæret, eget nova consecratione. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 27. n. 26.
14. Execrata Ecclesia, non execratur Altare. Sylv. *loco citato num.* 7.
15. Polluta Ecclesia, polluitur Altare, & non potest ibi celebrari. Idem *num. eodem.*
16. Umbraculum convenit appendi super Altare, forma quadrata, nisi adsit ciborium ex lapide. Cærem. Episcoporum *loco citato.*
17. Tribus mappis vestiatur, vel altera ex duabus duplicata. Miss. Rom. *Rubr.* 20.
18. Et iis benedictis, *ibid.*
19. Coronides lignæ circum Altare prohibentur in Cærem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 12.
20. Collocetur in eo Crux inter candelabra. Miss. Roman. *ubi supra.*
21. Etiam ubi asservatur Eucharistia. Gavant. *in Thesaur.* Sac. Rit. t. 1. p. 1. tit. 20.
22. Et etiam in Icone pictus sit Crucifixus. Idem *ibid.*
23. Tabella secretorum in eo ponenda est. Missal. Roman. *supra.*
24. Nihil in eo omnino ponatur, quod ad Missæ sacrificium, vel Altaris ornatum non pertineat. Idem *ibid.*
25. Tegantur Altaria omnia telis stragulis. Acta Mediol. Ecclesiæ.
26. Mensuram Altarium, graduum, mapparum, & ornamentorum collegit, & describit Gavantus *loco cit. par.* 5.
27. Lampadem ardere convenit ante unumquodque Altare, plures ante Altare majus. Cærem. Episc. *loco cit.*
28. Ubi celebravit Episcopus proprius, ab alio ne celebretur ibi eodem die, sine licentia saltem tacita. Conc. Antisiod. c. 10.
29. A fortiori, ubi celebravit Legatus, vel Papa. Gavantus *loco cit.*
30. De Titulis Altarium nisi sint in Calendario Romano, nullum recitatur officium. Congr. Rituum 28. *Augusti* 1628. *V. Ecclesiæ num.* 10. 29. 30. 31. 32. 33. *Sepultura num.* 6.

A D D I T I O.

1. Altaria de jure patronatus sine dote, paramentis, &c. statuto brevi termino dotentur, ornenturque a Patronis, alioquin jure suo priventur hi, & ea demoliantur. Congr. Episc. 16. *Januarii* 1604.
2. In Ecclesia non consecrata non est Altare consecrandum sine Papæ auctoritate. Barbosa *de jure Ecclesiæ lib.* 2. *cap.* 7. *numer.* 12.
3. Episcopo requisito bis aut ter a Mendicantibus pro consecratione suorum Altarium, & renuente, possunt ii adire quemcumque Episcopum, ex concessione Sixti IV. quæ non est revocata in Trid. *Emman. Rodrig. in add. summar.* 3. *cap.* 19. *numer.* 1.
4. Sede vacante Episcopali potest vicinior Episcopus consecrare dicta Altaria. Idem *ibidem.*

Alternativa Beneficialis.

1. Alternativæ acceptatione recepta in Dataria in aliquo mense Apostolico non incipit illius usus, nisi toto mense peracto, secus, si in mense Ordinarii. Barbosa *de potestate Episc. alleg.* 53. *num.* 38.
2. Menses Aprilis, & Octobris semel facti Apostolici ob absentiam Ordinarii semper remanent Apostolici, licet ipse redeat de novo. Idem *ibid.*
3. Menses Februarii & Augusti, licet semel per absentiam Ordinarii sint facti Apostolici, desinunt esse Apostolici redeunte Ord. ad Episcopatum. Idem *ibid.*
4. Menses Junii & Decembris, nunquam sunt Apostolici, licet Ordinarius non resideat. Idem *ibid.*
5. Episcopus non residens in Diocesi non gaudet alternativa. Decisum refert Riccius *in praxi decis.* 540. *in prima edit. vel resol.* 462. *in secunda.*
6. Neque item, si abest ex causa a Concilio approbata, Decis. a Papa refert Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *in addit. numer.* 463.
7. Neque quando adest in obsequium summi Pontificis. Congreg. Episc. 11. *Sept.* 1584.

Anulus.

1. Anuli usus in Missa prohibetur Protonotariis non participantibus, & Doct. Con. Rit. 11. *Febr.* 1632.
2. Et Canonicis Cathedralium eadem 20. *Nov.* 1628. in quibus Dignitates intellige.
3. Ab Episcopo gestandus est in indice dextræ manus. Steph. Duran. *lib.* 2. *de Rit. cap.* 9.
4. Sed in Missæ de benedictione in digito anulari ejusdem dextræ manus. Cærem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 7.

5. In gemma nihil sculprum esse debet. Duran. *loc. cit.* & Prov. 4. *de sacra supell.*

A D D I T I O.

6. Ab Episcopo gestandus in indice dextræ manus. Isidor. Moscon. *de majest. mil. Ecclesiæ lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 8.

Appellatio.

1. Reus appellans in criminalibus, acta primæ instantiæ producat, sine quibus non procedat Judex ad quem. Judex autem a quo intra dies 30. exhibeat acta gratis, alioquin sine his terminetur causa. Conc. Trid. *sess.* 13. *cap.* 3.
2. Non habet locum appellatio elapso biennio, quando ob gravitatem causæ, vel partium cavillationes, non sit definita causa a foro Episcopali, decisum refert Fr. Leo *in Thes. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 72.
3. Inhibitio numquam fit Episcopis a Judice ad quem sub poena excommunicat. Zerol. *V. Appellatio ad septimum.*
4. Non admittitur appellatio, nisi in tribus casibus. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *de reform.* Ita Greg. 13. *in constit.* 24.
5. In censuris, lata sententia cum affixione cedulorum non impeditur per appellationem. Zerol. *loco cit. ad* 14.
6. Ad expensas actorum transferendorum tenetur appellans si per Notarium acta sint scripta. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *secus, si per Cancellarium Episcopi, de quo sess.* 13. *cap.* 3.
7. Extat Decretum de hac materia Sac. Congr. Episcoporum 16. *Octobris* 1600. apud Quar. *supra num.* 20.
8. Et aliud item Congr. Concilii de gravamine indebitæ carcerationis, quod ab eo appellari possit *ibid.*
9. Plura de appellatione. Quar. *V. Archiepiscopus a num.* 13. *ad* 21. *Vide Vicarius Foraneus num.* 4. *Vicarius Generalis num.* 24. *Visitatio circa Canonicos exemptos num.* 18. & 19.

Aqua benedicta.

1. Est certi ordinis ejus benedictio: unde fieret irregularis, qui censuratus eam benediceret. Sylv. *num.* 4. *Aqua bened.*
2. Singulis Dominicis Missam Parochialem facturus aquam benedictam renovet, & aspergat populum. Prov. 3.
3. In die sancto Paschatis, & Pentecostes non benedicitur, sed aspergitur Clerus, & populus cum aqua pridie benedicta, & reservata. Missale Romanum.
4. Non aspergatur Altare, in quo publice apparet Eucharistia. Missale Ambrosianum 1618.
5. Aspergio domorum fiat in Sabbato Sancto, & in Vigilia Nativitatis Domini pro more locorum. Prov. 6.
6. Neque ideo quidquam petatur, neque nutu exigatur. *ibidem.*
7. Aqua non benedicta addita benedictæ in minori quantitate quam benedicta, efficitur benedicta. Sylv. *loc. cit. n.* 2.

Archidiaconus.

1. Non tenetur esse Doctor, Magister, vel licentiatus, nisi curam habeat animarum, vel annexam jurisdictionem, & decisum refert Garz. *p.* 7. *cap.* 7. *n.* 40. & 41. & alii apud Barb. *de pot. Episc. alleg.* 60. *num.* 60.
2. Duos habens Archidiaconatus dignitate pares poterit residere, in quo sibi magis placuerit, Decisum refert Garz. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 185.
3. Si alter est dignior, tenetur in eo recidere. Decisum refertur. *ibid.*
4. Sede vacante per octo dies, qui dantur pro creatione Vicarii capitularis, Archidiaconus est de jure Vicarius, donec electus fuerit capitularis. Zerola. *in praxi Episc. p.* 1. *Archiepisc.*
5. Potest ratione Visitationis ei incumbens, abesse ultra tres menses, & lucrari fructus, si dari consueverint absentibus ex legitima causa, non tamen distributiones mere quotidianas. Decis. refert Garz. *d. cap.* 2. *n.* 332. *V. Visitatio inferiorum Episc. num.* 14. 7.

A D D I T I O.

1. Si est prima dignitas debet facere Officium presbyteri Assistentis, si est Sacerdos. Congr. Rit. 10. *Jan.* 1609. & recusans est cogendus poenis & censuris eadem *ibid.* & 28. *Martii* 1616.
2. Non potest assistere Episcopo in habitu prælaticio, non choralis, licet sit Protonotarius eadem 6. *Martii* 1610.
3. Archidiaconus, qui sustinet baculum Episcopi, debet incensari post Diaconos Assistentes. ead. 28. *April.* 1607. quavis sit primus. ead. 19. *Januar.* 1608.
4. Dum est in Assistentia apud Episcopum, etiam extra Ecclesiam Cathedralium, censetur præsens in Choro ead. 14. *Mart.* 1608.
5. Visitans jurâ suæ præbendæ non ammittit distributiones. Deci-

Decisum referunt DD. *apud Barbos. de Canonicis, cap. 5. n. 15.*

6. Visitans aliam Ecclesiam non suam in Diocesi, amittit. DD. *ibid.*

7. In funeribus cedit locum Archipresbyt.

Archiepiscopus

1. **C**edit Primati, ubi Lotter. *de re benef. tit. 1. lib. 1. quast. 9. num. 33.*

2. Episcopus non Ordinatus in Civitate Metropolitana debet infra duos, vel tres menses accedere, vel impeditus scribere ad suum Archiepiscopum. Quar. V. *Archiepisc. n. 5.*

3. Absentia Episcopi est approbanda a Metropolitanano. *ib. ex Trid. sess. 6. cap. 3. sess. 21. cap. 1.*

4. Episcopo non residente sine causa potest applicare fructus Fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci, & crescente contumacia denunciare Papæ. Trid. sup. & Pius IV. An. 1560.

5. Potest suspendere, interdicerè, & excommunicare Episcopum. Quar. *loco cit. n. 8.*

6. Episcopum negligentem in eo, quod facere debet, potest compellere, *ibid.* & præsertim in erectione Seminarii, ejusque conservatione. Trid. *sess. 23. c. 18.*

7. Est Ordinarius Judex Episcoporum suæ Provinciæ. Quar. *n. 10.*

8. Est item Judex Vicariorum Generalium Episcop. Idem *num. 11. si delinquant in officio, ibid.*

9. Habet jurisdictionem in subditos Suffraganei per appellationem in appellantem, & appellatum, illosque, qui se sponte offerunt liti super illa re, de qua est quæstio. Id. *n. 13.*

10. Non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, in civilibus, & criminalibus, *ibid.*

11. Potest absolvere ad cautelam a censuris aliquando. Vide Quar. *ibid. n. 14. ubi fuse.*

12. Papa mandante Episcopo id, quod potestate ordinaria facere potest, non impeditur appellatio ad Metropolitanam. Idem *num. 18.*

13. Et in casibus illis, in quibus ante Concil. Trid. tanquam Ordinarius poterat Episcopus jure, & potestate, quæ traditur ei, etiam uti Delegato Papæ, *sess. 24. cap. 10.* non potest declinare jurisdictionem Metropolitanam. Decisum referunt *in addit. ad Quar. ibid. n. 18. litt. E.*

14. Quomodo procedat Archiepiscopus in causæ appellatione, fuse, & optime. Quar. *loco cit. num. 23. & seqq.*

15. Propter negligentiam Episcopi devolvitur potestas ad Archiepiscopum. Idem *num. 21. & in quibus, ibid.*

16. Nisi Episcopus sit exemptus. Idem *ibid.*

17. Idem dic de negligentia Capituli Sede vacante, *ib.*

18. Potest deputare Vicarium Capitularem Ecclesiæ Suffraganeæ vacanti, si infra octo dies a morte Episcopi non eligatur. Trid. *sess. 24. c. 18.*

19. Ad querelam Episcopi tamquam Delegatus Papæ procedit contra Canonicos sui Suffraganei cessantes a Divinis sine causa. Quar. *ibid. auctor. 23.*

20. Potest Archiepiscopus injungere Suffraganeis, ut per eorum Dioceses fervetur, quod fervatur in Diocesi Metropolitanam. Idem *num. 7.*

21. In concurrentibus totam Provinciam potest exercere jurisdictionem in subditos Suffraganeorum. Idem *num. 23.*

22. Cum in Provincia suam jurisdictionem exequitur, potest punire subditos Suffraganei notorios injuriantes sibi, nunciis, & familiæ suæ. Idem *ibid.*

23. Non potest concedere litteras dimissorias, neque exercere jurisdictionem Fori contentiosum in subditos Suffraganei, nisi in criminibus notoriis, & contra impediennes ejus jurisdictionem. Quar. *auct. 33.*

24. Potest mittere quæstores eleemosynarum per totam Provinciam pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ. Idem *auctor. 26.* sed cum litteris exhortatoriis, non compulsoriis, quæ offerri debent Suffraganeis, *ibid.*

25. Potest mittere Edictum in casibus ad suam jurisdictionem pertinentibus, sed congruit scribere Episcopis, ut illud publicent. Idem *auctor. 26.*

26. Potest visitare Provinciam, & procuracionem exigere, & eo casu absolvere poenitentes, etiam a casibus Episcopo reservatis, & a Censuris, & dispensare in foro conscientiæ, sed causa cognita Visitationis in Concilio Provinciali. Trid. *sess. 24. c. 3. & Quar. auct. 33.*

27. Potest in Visitationem cum subditis Suffraganeorum uti facultate. Trid. *sess. 24. c. 6. licent. Doct. apud Barbosam de potest. Episc. alleg. 39. n. 19.*

28. Non potest Visitationem Provinciæ sine licentia Episcopi ordinare, Chrisinare, degradare, vel similia facere. Quar. *loco cit. auct. 30.*

29. Neque circa subditum suum, neque in loco exempto, *ib.*

30. Potest aliquibus Prædicationis officium interdicerè. Idem *auct. 34.*

31. Potest cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Provincia erigere unum, aut plura Collegia Seminarii, juxta Decretum Trid. *sess. 23. c. 18.*

32. Potest compellere Abbates, & Prælatos Regulares, negligentes, ut Prædicatio Evangelii fiat in Ecclesiis Parochialibus, in nulla Diocesi existentibus intra suam Provinciam. Trid. *sess. 5. c. 2.*

33. Item convocare Regulares, in cujus Provincia Monasteria sub immediata Sedis Apostolicæ protectione sita sunt, negligentes exequi. Decr. Trid. *sess. 25. c. 8. de Regular.*

34. Non potest ante receptionem Pallii, licet sit consecratus, nominari Archiepiscopus, neque consecrare Episcopos, neque convocare Concilium, neque Chrisma conficere, nec Ecclesias dedicare, neque Clericos ordinare. Quar. V. *Archiepiscopus, auct. 32.*

35. Neque recipere proventus Ecclesiæ. Id. *ib. in Audition.*

36. Neque ante Crucem deferre, *ibid.*

37. Recepto Pallio, eo non potest uti, nisi diebus notatis in Cærem. Episc. *lib. 1. cap. 16.*

38. Uti Pallio potest, etiam in loco exempto. Quar. *auct. 32.*

39. Et in Missa sollempni Pontificali tantum, *ibid.*

40. Honorifice Pallium debet asservari, serico obvolutum, & in capula intus & extra pulchre ornata, vel serico obducta inclusum. Cærem. *ibid.*

41. Translatus Archiepiscopus ad aliam Ecclesiam non potest uti Pallio sui Prædecessoris, nec Translati, *ibid.* Si perdat, petatur aliud a Papa.

42. Neque in Ecclesia renunciata potest uti, etiam de consensu Archiepiscopi, vel Suffraganeorum. Add. ad Quar. *loco cit. auct. 22.*

43. Debet autem sepeliri cum eo in Provincia quidem circa humeros supra Planetam, extra vero, eo plicato, sub ejus capite. Cærem. Episc. *loco cit.*

44. Potest ante se deferri facere Crucem per totam Provinciam, etiam si locus sit exemptus. Quar. *auct. 28.*

45. Nisi sit præfens Legatus Papæ, aut Cardinalis non Legatus. Cærem. Episc. *lib. 1. c. 4.*

46. Archiepiscopus Titularis, ubi est tantum Episcopus, non potest deferre Crucem. Cong. Episc. 12. Decemb. 1595.

47. Potest in tota Provincia benedicere Populo, etiam in loco exempto, & sollempniter, & privatim per viam. Quar. *auct. 29.*

48. Immo, eodem præfente, cessabit Episcopus Suffraganeus a privatis Benedictionibus. Cærem. Episc. *lib. 1. c. 4.*

49. Potest Indulgentias in tota Provincia concedere, non in loco exempto. Quar. *auct. 31. V. Indulgentia n. 4. 13.*

50. Potest Divina quoque Officia in Pontificalibus celebrare, etiam in loco exempto. Quar. *auct. 30.*

51. Et habere Sedem pro Celebratione in Pontificalibus in cornu Epistolæ, cum Baldachino. Cær. Ep. *lib. 1. c. 13.*

52. Non cum Diaconis Assistentibus. Idem *ib. c. 8.*

53. Sed cum Diacono, Subdiacono, Assistente ex Canonicis; quia hi dantur coadiutori Suffraganeo a Sacra Rit. Congr. die 31. Jan. 1581. ut refert Quar. in addit. V. *Archiep. num. 11. ad 5.*

54. Potest assistere Missæ sollempni, sed sine circulis Canonicorum Suffraganei. Cær. Episc. *lib. 1. cap. 21.*

55. Item omittuntur coram eo circuli Canonicorum ante Episcopum Idem *ibid. cap. 11.*

56. Præfente Archiepiscopo proprio, ministrante Episcopo; non genuflexi, sed inclinari ministrent. Cær. Ep. *lib. 1. cap. 18. V. Subsidiium charitativum, n. 1. Vicarius Generalis, n. 3. 4.*

A D D I T I O.

1. Non desert Crucem in visitatione Nuncii Apostolici. Congreg. Rit. 9. Martii 1593.

2. Debet rogare Nuncium, ut suo Populo benedicat, quæ hoc remittat deinde Archiepiscopo, *eadem ibid.*

3. Archiepiscopus translatus ad Episcopalem Ecclesiam potest retinere nomen, seu titulum Archiepiscopi, non Crucem, neque Pallium, *ead. 16. Octob. 1604.*

Archivium.

1. **T**enentur Prælati facere Archivium bonorum Ecclesiasticorum in suis Diocesisibus. Sixtus V. Anno 1407. *re-latus a Quarant. V. Archivius.*

2. Omnino in Statu Eccl. Urbe, & Bononia exceptis. Id. Anno 1588. *in Bullar.*

3. Constituatur in Cathedrali cum duabus clavibus, quarum altera penes Episcopum. Prov. 1.

4. In Archivio Episcopali locus constituatur, ubi causarum, & judiciorum acta fori Episcopalis singulis annis confecta recondantur. Prov. 3.

5. Duabus ille locus claudatur clavibus, altera apud Episcopum, altera apud Cancellarium, *ibid.*

6. Notario instrumentorum, quæ confecit, exemptum sumptibus habere liceat, *ibid.*

7. Notarium mortuo, aut privato Officio suo quæcumque scripta confecit in eundem locum referantur, causa non finita deferri potest relatio, *ibid.*

8. Defuncto Episcopo, clavis ejusdem detur Vicario Capituli. Prov. 2.

9. In Archivii Capitulorum duo Canonici præfiantur cum diversis clavibus, & ad biennium, ita tamen, ut alter tantum per vices mutetur, & novus sit cum antiquiori. Pr. 3.

10. Periculo suo asservando recipiant per instrumentum, & Successoribus scripta consignent coram Deputato a Capitulo, *ib.*

11. Inventarium ideo fiat in Libro, *ibid.*

12. Ea, quæ ad Præbendas singulorum Canonicorum attinent, in illud inferantur, vel saltem exempla authentica, *ibid.*

13. Nec auferri, neque describi quidquam liceat sine consensu Capituli, *ibid.*

14. Si concedatur exscribi, fiat in loco Archivii, seu Capituli coram Præfectis Archivii, *ibid.*

A D D I T I O.

In Archivio Episcopali hæc asservanda, ex Decreto *Sacra Congr. Conc. Trident.*

Processus, & acta civilia, criminalia, & mixta facta in Foro Episcopali.

Sententiæ in iisdem causis latæ, compositiones cum reis requisitis.

Præcepta, & Decreta quæcumque inter personas Ecclesiasticas, aut etiam laicas in causis spiritualibus, vel alias ad Forum Ecclesiæ pertinentes.

Edicta cujuscvis generis.

Statuta, & ordinationes Ecclesiarum.

Mandata procuræ pro negotiis Episcopalibus.

Scripturæ mulctarum, & poenarum.

Item supplicationum, & absolutionum.

Acta Synodi,

Visitationes Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum cum Decretis.

Registra Bullarum Apostolicarum ad eandem Curiam directarum.

Collationes, & institutiones Beneficiorum, eorumque concursus, & renunciationes, ac permutationes, & scripturæ omnes beneficiales.

Instrumenta traditionis possessionis eorumdem, erectiones Parochialium, Beneficiorum, Cappelliarum, & Fontis Baptismalis.

Acta cognitionum, Canonizationum personarum, tam Ecclesiasticarum, quam laicarum, seu mixtarum.

Scripturæ concernentes executionem Dispensationum Matrimonialium, & aliarum Litterarum Apostolicarum.

Remissiones denunciationum, divortia, & aliæ scripturæ Matrimoniales.

Explorationes voluntatum Novitiarum, licentiæ profitendi, & aliæ hujus generis scripturæ ad Moniales spectantes.

Interpositiones auctoritatis, & Decreti in renunciatione Novitiorum, & alienationibus aliarum personarum fori Episcopalis, & instrumenta dotis Monialium.

Licentiæ accedendi ad Monialium Monasteria, aut in ea ingrediendi.

Scripturæ Consecrationis Ecclesiarum, Altarium, Cameteriorum, Campanarum, &c.

Item Professionis Fidei.

Item Visitationis liminum.

Scripturæ ordinationum, & collationis Chrismatum.

Monitoria ad finem revelationis.

Approbationes Confessoriorum, & Curatorum.

Dimissoria, & Commendatitia.

Licentiæ pro Parochis, Canonicis, & aliis Clericis abscedendi a Dioecesi cum litteris testimonialibus.

Erectionis Seminarii.

Locationis in emphyteusim bonorum Episcopatus, feudali ejusdem mensuræ, & aliorum Beneficiorum.

Hæc ex litteris ad Episcopum. Comen. 18. Dec. 1626.

Adde inventaria Bonorum Ecclesiasticorum mobilium, & immobilium totius Dioecesis.

Astrologia

1. Prohibetur judiciaria, præterquam circa agriculturam, navigationem, & artem medicam. Sixtus V. An. 1585. Ordinarii arbitrio severius puniantur Astrologi judicarii, *ib.*

2. Libri de eadem prohibentur retineri, *ibid.*

3. Innovavit prædictam Constitutionem Urbanus VIII. die 1. Aprilis 1631.

4. Addidit contra eos, qui de Statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte Papæ, ejusque consanguineorum usque ad 3. gradum inclusive, consulunt Astrologos judicarios, &c. seu eorum judicia etiam sibi oblata recipiunt, vel utuntur, vel scienter retinent, vel alicubi ostendunt, *ibid.*

5. Item contra eosdem Astrologos, qui judicia faciunt, aut a se, vel ab aliis facta scienter retinent, vel dant alicui, seu ostendunt, aut de iis quovis modo tractant, *ib.*

6. Poenas infligit excommunicationis latæ sententiæ (non reservatæ) ultimi supplicii, & confiscationis Bonorum; Ecclesiastici vero excommunicationis prædictæ, privationis Beneficiorum, officiorum, inhabilitatis perpetuæ, privationis, & ultimi supplicii, *ibid.* Episcopis autem, & majoribus Prælati eandem citra ultimum supplicium.

7. Et Ordinarii locorum etiam respectu vicinorum locorum exemptorum, item Inquisitores sunt Judices in prædictis, extra Provincias Sedi Apostolicæ subjectas, *ibid.*

Vide Exempti, numer. 7. 8. Funktionen Episcopales numero 25.

Baldachinum.

1. Porest Episcopus in Ecclesiis Regularium Pontificalia exercens erigere Baldachinum. Congreg. Episcop. 10. Junii 1603. apud Quar. V. Privil. Regularium.

2. Sine auro ter in anno ad summum, Pontificaliter celebrantibus Abbatibus Cassinensibus, concessit Sacra Congr. Rit. 29. Januar. 1628. *

3. Idem Monachis Olivetanis, ead. 17. Martii 1629.

4. Idem pro Monasteriis tantum S. Trinitatis, & S. Patricii Civitatis Florentiæ ead. 31. Maji 1629.

5. Idem pro Monasteriis Coelestinorum, eadem 30. Junii 1629.

6. Marchiones Locorum prohibentur uti Baldachino in Ecclesia. Congreg. Episcop. 12. Januarii 1618.

Baptismus.

1. Ante nonum diem baptizentur Infantes sub poena excommunicationis: & item si domi baptizentur, deferantur in Ecclesiam ad Catechismum. Prov. 1.

2. Nemo, nisi Parochus, sollempniter baptizet, sine consensu ejusdem, neque ante ortum, neque post Solis Occasum sine necessitate. Prov. 5.

3. Nec administretur extra Ecclesiam, neque in privatis Oratoriis sine licentia Episcopi. Concil. 6. Constantinop. cap. 31.

4. Ad Cathedralē deferantur ii, qui a Sabbato Sancto ad Sabbatum in Albis, & a Vigilia Pentecostes ad Sabbatum sequens fuerint baptizandi in Civitate. Prov. 4.

5. Ad aquam fundendam vas proprium, seu cochleare adhibeatur, & item ad excipiendam eandem, & eam, qua manus Sacerdotis oleo inunctæ lavantur, *ibid.*

6. Aqua infusa capiti ne recidat in Fontem, sed in vicinum Sacarium. Prov. 4.

7. Ne adhibeantur ornamenta ad pompam circa Infantes baptizandos, *ibid.*

8. Nomina Sanctorum tantum imponantur, *ibid.*

9. Unus tantum, sive vir, sive mulier, ad summum unus, & una baptizatum de Fonte suscipiant, & Parochus eum, vel eos notabit in libro. Trid. sess. 24. c. 2.

10. Si fiat secus Parochi culpa, hic puniatur arbitrio Ordinarii, *ibid.*

11. Non potest Episcopus concedere, ut duo viri loco viri, & mulieris, aliquem de Fonte levant. Decisum referunt Doct. apud Barb. de pot. Episc. alleg. 30. n. 41.

12. Duo Procuratores admitti possunt, viri, & mulieris. Decisum refertur, *ibid.* n. 42.

13. Si plures suscipiunt, omnes contrahunt cognationem, nisi constet, qui primus tetigit, aut quis fuerit electus. Decisum refertur *ibid.* n. 48.

14. Procurator non contrahit cognationem sibi, sed mandanti. Decisum refertur *ibid.* n. 50.

15. Non oritur cognatio spiritualis in Baptismo privato. Sanch. lib. 7. disp. 62. n. 11.

16. Ne sint Compatres ii, qui fidei Symbolum ignorant. Prov. 4.

17. Neque ii, qui non sunt Confirmati. Prov. 1.

18. Neque minores natu annis 14. Prov. 5.

19. Neque excommunicati, vel qui in Pasce non communicant. Prov. 1.

20. Ne a laicis eo casu tangatur Chrisma. *ibid.*

21. Neque plures simul baptizentur; & masculus ante feminam. Prov. 9.

22. Neque collocentur infantes in Altari, ut inde redimantur, *ibid.*

23. Non adsit Judæus, neque alius a fide alienus. Prov. 5.

24. Liber a Parocho, ad præscriptum Ritualis Romani conficiatur, baptizatorum. Rit. Roman.

25. Referatur tandem in Archivium Episcopale. Prov. 1.

26. Obstetrices, nisi edoctæ de forma Baptismi, non admittantur ad ejusmodi munus. Prov. 5.

27. Cautio Episcopi judicio adhibeatur, ne infantes primo anno suffogentur. Prov. 6.

28. Ad preces pro puerpera dici consuetas in Ecclesia ne domum mulieris Parochus adeat. Prov. 3.

29. Neque illi præbeatur benedictus Panis sub hostiæ forma, *ibid.*

30. Pia precatione inducantur pueri prima vice in Ecclesiam ex Rit. Prov. 4.

31. Recolendus est quotannis Baptismi dies piis operibus. Prov. 6.

32. Fons autem baptismalis de lapide sit, sine rima. Pr. 4.

33. Bene muniatur aqua a pulvere, & tegatur albi coloris conopeo; fepiatur cancellis. Adsit imago S. Joannis Christum baptizantis, *ibid.*

34. Clavis fontis sit apud Parochum tantum, *ibid.*

35. Mantilia duo munda ad abstergenda capita, si afferantur, nova sint, & in Ecclesiæ convertantur usum. *ibid.*

36. Nullum sepulcrum sit prope fontem. Prov. 6.
 37. In Sabbato Sancto, & Pentecostes ad Fontis benedictionem conveniat ii, qui de more solent, debentve. Prov. 4.
 38. Tres saltem ibi sint Sacerdotes. *ibid.*
 39. De Oleis, vide *Olea sacra*.
 V. *Interdictum* n. 28. *Irregularitas* 33. 36. *Sacramenta* n. 3.

Beatorum, & Patronorum cultus.

- I. IN Sanctorum invocatione, Reliquiarum, & Imaginum veneratione, & sacro usu, tollatur omnis superstitio, turpis quæstus, lascivia, commestationes, & luxus, nihil prophanum, aut inhonestum appareat. Trid. *sess. 25. de invoc. Sancti.*
2. Non debent admitti nova miracula, neque Reliquiæ recipi, non approbante Episcopo. *ibid.*
3. Ad hæc approbanda adhibendi sunt in consilium Theologi, & alii pii viri. *ibid.*
4. Nemo, quicumque ille sit, audeat per se, vel per alios capere informationes super sanctitate, & miraculis alicujus defuncti, neque ullo modo exquirere, neque obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testimoniationes, aut subscriptiones sub pœnis arbitrio Sac. Rituum Congregat. eadem, *Decreto publicato 12. Martii 1631.**
5. Potest Superior, Sacrista, vel Officialis cujusque Ecclesiæ recipere revelata miracula, sive prophetiæ dona, sub sigillo secreti, ab ipsis tantum, in quorum gratiam contigisse narrabitur. *ibid.*
6. Et tenetur quamprimum eadem deferre, vel obsignata transmittere ad Episcopum loci cum expressa declaratione, quod ex revelationes non faciunt aliquem probationis gradum, etiam cujusvis longissimi temporis cursu. *ibid.*
7. Antequam declarentur Beati, nihil in locis publicis, seu privatis admittatur, indicans venerationem. Urb. VIII. in *Decr. S. Inquis. 13. Martii 1625.**
8. Neque libri imprimantur de eorum gestis, miraculisque sine recognitione Ordinarii, & Theologorum, & re prius communicata cum Sede Apostol. *ibid.*
9. Ad eorum sepulcra non ardeant lampades, neque tabellæ affigantur sine licentia Sedis Apostolicæ. *ibid.*
10. Si deferantur tabellæ, seu alia indicia gratiarum, de consensu Ordinarii possunt acceptari cum attestacionibus de re opportunitis, & in loco seorsum ab Ecclesia custodiantur. Id. Urb. VIII. in *alio Decreto eodem anno.**
11. Excipiuntur ii, qui per immemorabile tempus, vel patrum testimoniis, vel longissimi temporis scientia, vel tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur, *ubi supra 13. Martii.*
12. Pœnæ Clero seculari imponuntur arbitrio Ordinarii, etiam privationis Officiorum, & suspensionis Ordinum. *ibid.*
13. Regularibus autem privationis Officiorum, vocis activæ, & passivæ, & suspensionis a Divinis. *ibid.*
14. Impressores librorum, pictores imaginum, seu sculptores, aliique artifices pœnis pecuniariis, & aliis arbitrio Ordinarii, seu Inquisitoris, puniantur. *ibid.*
15. In patronos locorum eligi non possunt ii, qui dumtaxat sunt Beatificati, nondum Canonizati. Congreg. Rit. 23. *Martii 1630.*
16. De Patrono Civitatis electio fieri debet per secreta suffragia a populo, mediante consilio generali Civitatis, vel loci, & cum consensu Episcopi, & Cleri loci. *ibid.*
17. Idem servetur in Patrono Regni, qui pariter eligi debet per secreta suffragia singularum Civitatum. Prov. *ibid.*
18. Representantibus Regnum, Civitatem, Provinciam, nulla competit facultas eligendi Patronos, nisi habeant speciale mandatum, & adsit consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum. *ibid.*
19. Causæ electionis novorum Patronorum debent in Sac. Congregatione deduci, & causa cognita ab eadem approbari. *ibid.*
20. Patronus principalis unicus esto, ex Rubr. Brev. *tit. 7. num. 1.* & est primæ classis.
21. Patroni minus principales possunt esse plures. *ibidem tit. 1. num. 1.*
22. Horum Festum duplex quidem, sed majus per Annum tantum, in *Tab. Br. Rom.*
23. Ad Festum Patroni, hoc est principalis, tenentur etiam Regulares, non autem ad Oct. Gregorii XIII. 30. *Dec. 1573. Congr. Rit. 27. Martii 1628.*
24. Officia Sanctorum Patronorum propria, inconsulto ipsomet Summo Pontifice non possunt approbari. Sixtus V. *Constit. 74. in Bullar.*
25. Sancti Titulares Cappellarum, Altariumve, nisi sint in Calendario Romano, nullum habent officium sine licentia Sedis Apost. Cong. Rit. 1628.
26. Solet concedere Sac. Rit. Congregatio Sanctis locorum Episcopis Officium duplex in tota Diocesi; Martyribus locorum propriis idem: Civibus, probata eorum origine, duplex in Civitate tantum: SS. Archiepiscopis non ultra Diocesim, ut in Decretis pluribus 1628. 1629. 1630.
27. De Sancto Titulari Ecclesiæ Cathedralis solet etiam concedere Officium duplex primæ Classis in Civitate tantum, sine Oct. extra Cath. *ibid.*

28. Translation. unicum Festum admittere solet, nimirum ultimæ, in testimonium præsentis Corporum. *ibid.*
29. Et Patroni quidem principalis sub titu duplici, aliorum vero semiduplici. *ibid.*
- V. *Festi dies num. 1. Imagine Sacra num. 3. 4. 9. Libri prohibiti num. 14. Reliquia SS. per totum.*

A D D I T I O.

1. Non prius inquirat Episcopus generaliter super vitæ sanctitate alicujus, quam particulariter de illius virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo præcedat famæ comprobatio, prout prudentiæ Episcopi magis expedire videbitur. *Ex Decr. Congr. Rit. 12. Mart. 1632.*
2. Impedito vere Episcopo, cujus oneratur in hac re conscientia, potest delegari Vicarius Generalis, vel alius in dignitate Ecclesiastica constitutus, qui cum aliis ad minimum duobus doctis viris, uno Theologo, & altero graduato, vel licentiatum in jure Canonico, rem totam peragere debet, ita ut omnia sua nomina subnotent post subscriptionem cujusque testis, antequam discedant a loco examinis. *ibid.*
3. Testes omnes quæcumque habent, explanare, & per extensum deponant, nec se referant ad attestaciones redditas: neque eis recitentur quæ alias ipsi deposuerunt. *ibid.*
4. Secreto retineantur acta completa, præstito etiam juramento Notariis, & testibus, se nemini promulgaturos quicquid ipsi scripserint, seu deposuerint, vel de quibus interrogati fuerint. *ibid.*
5. De his actis certior reddatur summus Pontifex, & ea authentica transcripta, sigilloque obsignata quamprimum mittantur ad S. Rit. Cong.
6. Originalia eodem modo consignata, & in capsâ clausâ pluribus clavibus, quæ diversis arbitrio Episcopi custodiendæ tradantur, in Archivio Episcopali conserventur. *ibid.*

Benedictio.

1. Benedictio Lapidis primarii pro ædificanda Ecclesia potest delegari Sacerdoti ab Episcopo. Rit. Rom. Pauli V.
2. Benedictio novæ Ecclesiæ, seu Oratorii, ut in eo dicatur Missa, si publicum est, committi potest Sacerdoti ab Episcopo. *ibid.*
3. Item, & novi Cæmeterii. *ibid.*
4. Simplex reconciliatio Ecclesiæ, seu Cæmeterii non consecrati potest committi presbytero in Dignitate constituto. Cong. Rit. 9. Feb. 1608. imo & simplici Sacerdoti. Rit. Rom. Pauli V.
5. Non potest Episcopus delegare Benedictionem paramentorum aliis. S. Rit. Congr. 14. Nov. 1615. & *Sapius, Sylv. V. Benedictio num. 2.*
6. Abbates non possunt ea benedicere, quæ non sunt suarum Ecclesiarum. *supra V. Abbas num. 29. 30.*
7. Neque Protonotarii paramenta quæcumque. Cong. Rit. 17. *Julii 1527.*
8. Benedicenda sunt, amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, casula, corporale, mappæ Altaris (nisi a laicis mutuo accipiantur) non alia de necessitate. *Sylv. V. Benedictio num. 5.*
9. Amissa rerum forma, iterum benedicantur. *ibid. n. 6.*
10. Benedictio Monialium Virginum est tollenda. Congr. Episc. 5. *Dec. 1597. apud praxim novam Ep. p. 1. cap. 2. num. 3.*
11. Virgo in matrimonium data viro, qui aliam duxit uxorem, potest benedici, si ita viget consuetudo. ead. 8. *Majji 1602.*
12. In festo Purificationis B. M. ne benedicantur ex Candelæ, quas quisque tunc ante distributionem gestat in manu Pr. 3.
13. Neque distribuuntur, nisi præsentibus in Ecclesia, Candelæ benedictæ, & ad ægrotos tantum mittantur. *ibid. & Cong. Episc. Anno 1581.*
14. Cinerum benedictio, & distributio fiat etiam in Parochialibus Ecclesiis. Prov. 5.
15. Tabernaculum ligneum, in quo asservanda est Eucharistia, stata prece prius benedicatur. Prov. 6.
16. Benedictiones Cæmeteriorum Ecclesiarum, Altarium, & Campanarum, scribantur in libro, reponendo tandem in Archivio Episcopali. Prov. 4.
17. Antiquus ritus benedictionis ædium, quæ recentè ædificantur, vel ob alias causas restaurantur. *ibid.*
18. Non ex ædes, in quibus habitant excommunicati, seu criminosi publici. Prov. 5.
19. Pro hac benedictione neque ultro datum quid accipiat. *ibid.*
20. Benedictio frequens manu data ab Episcopo excommunicato, dum per vias incedit, inducit irregularitatem. *Suar. De Censur. disp. 12. sect. 2. num. 21.*
21. Benedictio a Sacerdote coram suo Episcopo non datur sine licentia ejusdem. Rub. *Miss. tit. 12. num. 3.* ubi neque coram majoribus Episcopo, idem jubetur.
22. Habens usum Mitræ, & insignium Pontificalium, & nullius Diocesis existens, immo habens jurisdictionem, & cognitionem

gnitionem omnium causarum, & jus visitandi privative ad quemcumque Ordinarium, & qui in Missis, etiam privatis, benedicit cum Versu, Sit nomen Domini, &c. ad instar Episcoporum: non potest tamen benedicere populo extra actum celebrationis. Congreg. Rit. 25. Maji 1624.

V. Confraternit. n. 18. 27. Euchar. n. 14. Matrimonii celebratio n. 49.

Beneficiorum Collatio.

1. **I**ntra sex menses Episcopus conferat beneficia. Doctores apud Barbosam de potest. Episcop. alleg. 58. n. 1.

2. A tempore scientiæ vacationis numerentur. n. 5.

3. Hoc est, quo scire potuit, vel debuit, n. 6.

4. Mensis dies 30. continet & secundum Kalendarium computari debent. n. 8. 9.

5. Elapsis sex mensibus collatio devolvitur ad Superiorem Metropolitanum, & item ad Papam. n. 11.

6. Habilibus tantum personis conferantur. Trident. sess. 7. capit. 3.

7. Nepoti suo digno, omisso digniore, potest Episcopus conferre beneficium ob merita propria in Ecclesiam. Philarch. de off. Sacerd. p. 2. lib. 4. c. 23.

8. Nullus initiatus prima Tonfura ante annum 14. possit obtinere beneficium simplex. Trid. sess. 23. c. 6.

9. Aliter collatio est nulla. Decisum 14. Augusti 1586. refert Riccius in praxi resol. 331. n. 3.

10. Sufficit annus 14. inceptus. Decisum referunt DD. apud Barb. sup. alleg. 60. num. 76.

11. Nisi in fundatione aliud statuatur. Decisum refertur, ibid. n. 77.

12. Collatio facta penitus illitterato est nulla. DD. apud Barb. alleg. 63. n. 1.

13. Scholasteria non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut licentiatibus in sacra pagina, vel jure Canonico, aut aliis idoneis, qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur, sub pœna nullitatis. Trid. sess. 23. c. 18.

14. Notus Episcopo, quod sit idoneus, potest absens institui. Decisum refert Garz. p. 4. c. 1. n. 23.

15. Probatio facienda in beneficio ab Episcopo juxta c. 9. sess. 25. & cap. 13. sess. 17. non habet locum in beneficiis simplicibus, quorum collatio libera ad inferiorem spectat. Decisum refert Garz. par. 9. cap. 3. n. 19. decl. 4.

16. Examen non est necessarium in semel approbato in simili beneficio. DD. apud Barb. alleg. 60. n. 89.

17. Secus, si promoveatur ad beneficium superius, vel simile in ampliori loco, ib. n. 90.

18. Vel si dubitetur, quod dederit, aut oblitus sit eorum, quæ sciebat. ib. n. 91.

19. Qui ambitiosis, & multis precibus per se, vel per alios beneficium petit, eo facto sit inhabilis ad omne beneficium per triennium. Prov. 1.

20. Eandem pœnam luat ille, qui nondum vacans postulerit. ibid.

V. excommunic. 38.

21. Ante collationem juret beneficiatus, neque se, neque alium pro se quidquam promississe, dedisse, deposuisse dandum cuiquam pro ipso beneficio. ibid.

22. In ipsa collatione onera injuncta beneficiis ex erectione, fundatione, aut aliis Constitutionibus, ne minuantur, nihilque detrahatur, aliter provisio surreptitia censeatur. Trident. sess. 25. c. 5.

23. Neque item imponatur onus contribuendi, præstandive ad Ecclesiæ reparationem, ministrorumque sustentationem; sed his in Visitatione deinde provideatur. Prov. 7.

24. In quacumque collatione, electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, admissione ad possessionem beneficii, vel distributionem, nullæ deductiones ex fructibus, solutiones, promissionesve fiant, nisi in usus pios, approbante Ep. Trid. sess. 24. cap. 14.

25. Qui se facit institui in beneficium viventis, est infamis. Sylv.

V. Beneficium 3. q. 18.

26. An beneficia tenuissima, quæ non excedunt valorem 4. Ducatorum, vel devoluta ad Superiorem, vel vacantia in mense Papæ, possint ab Episcopo conferri, affirmat, & probat Zerol. in praxi Benef. ad 3.

27. Commendare vero beneficia perpetuo, nemo potest inferiori Papa. Barb. supra alleg. 59. num. 6.

28. Episcopus existens extra Diocesim potest conferre beneficia vacantia in Diocesi, etiam si sit in Curia: sed congruit, ut ab Urbe exeat, & extra eam conferat: communis est. in praxi Episcop. cit. V. Beneficia ad nonum.

29. Conficiatur liber, in quo describantur vacationes beneficiorum, & collationes, & a quo; qui in Archivio asservandus erit. Prov. 4.

30. In expediendis litteris beneficiorum Episcopalis accipere aliquam simoniam est. Sà V. Simonia n. 3.

V. Alternativa per totum. Illegitimi num. 3. & seqq. Simonia num. 2. 3. 4. 6. 7. 9.

A D D I T I O.

1. Prælato, qui habet jus conferendi beneficia, negligente collationem, ea devolvitur ad Episcopum tanquam ad proximum Superiorem. DD. apud Barbos. de jure eccl. l. 3. cap. 13. num. 109.

2. Non tamen, sede vacante ad Capitulum. ibid.

3. Eadem devolutio accidit, si Regulares negligentes sint in conferendis suis beneficiis, nimirum ad Episcopum loci, ubi sunt beneficia. ibid.

4. Item si Capitulum negligat. ibid. n. 110.

5. Si Episcopus negligat ea beneficia conferre, quæ ad eum spectant proprio quodam jure, non autem jure speciali, aut devoluto, tunc ad Capitulum fit devolutio, & in secundo casu, ad Superiorem Episcopum. ibid. n. 111.

6. Nisi Episcopus sit exemptus, & Romano Pontifici immediate subiectus: quo casu ad Papam devolvitur collatio. ibid. n. 112.

7. Potest Episcopus dispensare, ut quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, quia non est reservata Papæ hæc dispensatio: nisi Episcopus scienter illi contulerit. ibid. n. 143.

8. Excluduntur ab obtinendis beneficiis suspensi ab Officio, vel beneficio. ibid. n. 144.

9. Interdicti personaliter, irregulares, sodomitæ, aleatores, bigami, & alii. ibid. a n. 145. ad 163.

10. Filius legitimus Clerici non potest obtinere beneficium immediate, quod habuit Pater, sine dispensatione. Decisum referunt DD. ibid. n. 161.

Beneficiorum Possessio.

1. **Q**ui provisus a Sede Apostolica possessionem beneficii apprehendit, non expeditis litteris, & amittit beneficium, sive jus ad illud, & fit inhabilis. Paul. III. Anno 1534.

2. Liberum sit cuique possessionem capere sui beneficii, vel in Ecclesia, ubi est titulus; vel in prædiis, quæ maluerit ipse, Notario præsentare. Provinc. 4.

3. Qui beneficii possessionem acquirit, titulum Episcopo ostendat intra mensem, sub pœna dimidiæ partis fructuum unius anni. Provinc. 2.

4. De fructibus beneficiorum respectu prædecessoris, & successoris. Vide infra bona Ecclesiastica n. 18. 19. 21. & seq.

Beneficiorum Parochialium Provisio.

1. **O**rdinarii collatores intra sex menses Beneficia parochialia rite conferant. Pius V. Anno 1567.

2. Vel intra quatuor menses Papæ, aut collatoribus, ad quos spectant, personas idoneas electas significant. ibid.

3. Sub pœna, quod omnimoda dispositio eorum sit reservata Papæ. ibid.

4. Patronis autem datur optio, ut post semestre recurrant, vel ad Metropolitanum, vel ad viciniorem Ordinarium, vel ad Papam. ibid.

5. Vacante igitur Parochiali, Episcopus constituat Vicarium, si opus est, cum portione congrua fructuum. Trid. sess. 24. cap. 18.

6. Hoc est: quando non adsunt alii in Ecclesia, seu Parochia vicini, qui animarum curam gerant. Decisum refert. Garz. p. 9. cap. 2. n. 13.

7. Neque potest amplius commendari Ecclesia Parochialis. Trid. sess. 24. cap. 18.

8. Quæ deputatio Vicarii semper attinet ad Episcopum, licet collatio ad quemcumque alium. Decisum referunt DD. cit. a Barbos. alleg. 60. n. 3.

9. Edictum promulgetur, quo vocentur ad concursum ut intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, nomina scribantur. Trid. loco cit.

10. Quod edictum fiat semper ab Episcopo loci, ubi est beneficium; quicumque sit collator beneficii. Decisum referunt DD. cit. a Barbos. alleg. 60. num. 15. & 44.

11. Etiam si Parochialis sit nullius Diocesis; & tunc ad Episcopum viciniorem spectat. Loter. tom. 1. l. 2. quæst. 31. num. 64.

12. Nisi collator habeat jus cogendi Synodum. Decisum refertur a Barb. loc. cit. num. 42. V. Abbas n. 42.

13. Decem Dies a Tridentino concessi pro examine, neutra alios decem prorogentur. Pius V. supra.

14. Potest admitti ad concursum, qui jam habet beneficium curatum, qui si obtineat secundum, fiat concursus pro primo tunc vacante. Congregat. Episc. 26. Aug. 1592.

15. Doctor, sive licentiat, & graduatus non excusatur ab hoc examine. Decisum referunt DD. apud Barbos. alleg. cit. n. 86.

16. In parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiasticis præter nominatum a Patrono, potest Episcopus admittere alios ad concursum. Decisum refertur ibid. n. 16.

17. Qui transacto edicti tempore comparet, & res est integra, est admittendus. Decisum refert Garz. par. 9. capit. 2. num. 105.

18. Si unus tantum concurrat poterit solus examinari. Decisum refert Ugolin. *de pos. Episc. cap. 50. §. 10. num. 4. V. Canonici Regulares num. 1. Familiaris Episcopi num. 16.*
19. Tres adfint Examinatores Synodales, Trid. *loc. cit.*
20. Non pauciores scilicet, quam tres. *ibid.*
21. Etiam in Parochialibus modici valoris. Decisum referunt DD. cit. a Barbof. *alleg. cit. num. 38.*
22. Fit examen circa ætatem, mores, doctrinam, prudentiam, & alia opportuna. Trid. *loc. cit.*
23. Non sufficit circa doctrinam tantum. Decisum refert Garz. *par. 5. cap. 7. num. 11. vers. ad 3.*
24. Ætas debet esse 25. annorum inchoatorum, ut intra annum promoveatur ad Sacerdotium, DD. apud Barbof. *alleg. cit. num. 82. 83. V. Legatus num. 3.*
25. Fiat in examine experimentum de cantus peritia, & Rubricis Divini Officii. Prov. 5.
26. Examen per concursum si finiri nequit uno die, perficiatur altero, si timeatur de revelatione interrogationum, possunt hæ mutari die sequenti. Congregat. Episcop. 20. *Julii 1592.*
27. Expedi deinde, ut Examinatores palam inter se vota sua conferant, & deinde Notario dicant, ut simpliciter scribat approbatorum nomina. Decisum refert Garz. *par. 9. cap. 2. num. 107.*
28. Preferri debet in concursu, qui nullum obtinet beneficium, obtinenti. Rota 20. *Febr. 1587. decis. 768.*
29. Item minus doctus, idoneus, tamen doctiori, si ille moribus excellat. Decisum referunt DD. cit. a Barbof. *alleg. cit. num. 102.*
30. Electio semper est Episcopi. Decisum refert Garz. *loco ante cit. num. 108. 109.*
31. Quando plures sunt presentati a laicis, fiat examen inter eos tantum, Episcopus eligat magis idoneum. Decisum refert Garz. *par. 9. cap. 2. num. 256.*
32. Magis idoneis conferri debent Parochiales Ecclesie, alias hi possunt appellare ad Metropolitanum, seu viciniorum Episcopum, & tandem ad Papam. Pius V. *supra.*
33. Eadem ferventur in jurepatronatus mixto, & in mere Ecclesiastico. Trid. *loc. cit.*
34. Quod si Juspatronatus ex duabus partibus spectet ad laicum, & pro una ad Ecclesiasticum, idem fiat; ut in Ecclesiastico. Decisum refert Garz. *p. 9. cap. 2. num. 278.*
35. Si vacet in mense Papæ, Patroni Ecclesiastici nihil habent, sed Episcopus eligit, & Romam mittit nomen, ut alias. Decisum refert Barbof. *alleg. 60. cit. num. 16.*
36. Devoluto Jurepatronatus ad Ordinarium, ea vice fiat concursus. Decisum referunt DD. citat. a Barbof. *loc. citat. num. 18.*
37. Concursu juxta formam Concilii aliqua de causa effectum non habente, Episcopus debet novo concursu provide. Navarr. *cons. 11. de Rescript. num. 3. & 5. part. 1. lib. 1. ed. 2.*
38. Si electus desistat, novus concursus est faciendus, non autem potest eligi alter ex iis, qui concurrerunt. Garz. *par. 9. cap. 2. num. 221. 222.*
39. Cæterum non fit concursus in beneficiis Regularium, quæ Regularibus conferri solent. Decisum refert Garz. *p. 9. cap. 2. num. 167.*
40. Et Regulari Parocho minus digno potest alter subrogari, & debet si Episcopus velit. Congreg. Episc. 11. *Decemb. 1584.*
41. Neque in Parochialibus Regularibus habentibus curam animarum solitis commendari Sæcularibus. Decisum refert Garz. *decis. 2. num. 199.*
42. Neque in vacatione Dignitatis, & Canonicatus cui est annexa animarum cura accessorie: Decisum refertur, *ibid. num. 193. & apud Barb. loco cit. num. 26.*
43. Neque quando animarum cura incumbit Canonicis Cathedralis, seu Collegiatae Ecclesie, & per eosdem cura exercetur. Decisum referunt DD. cit. a Barb. *ibid. num. 30.*
44. Neque in resignationibus factis in manibus Papæ in favorem certæ personæ. Decisum referunt DD. apud Barb. *ibid. num. 21.*
45. Neque in permutationibus veris, nec de simplici ad Curatum. Decisum refert Garz. *d. cap. 2. num. 165.*
46. Examen est tamen necessarium in eo, qui non fuit alias examinatus. *ibid.*
47. Neque in Parochialibus acquisita per regressum, si eam possederit. Decisum refert *ibid. num. 168.*
48. Neque in Parochialibus litigiosis Doctores apud Barbof. *loc. cit. num. 37.*
49. Neque in Parochialibus de jure patronatus laicorum. Trid. *loc. cit. & Decisum refertur DD. cit. a Barbof. loco cit. num. 18.*
50. Neque in jurepatronatus mixto requiritur concursus. Decisum refert 5. *Febr. 1628. Vivian. de jurepatronatus in Appendice ad cap. 1. lib. 10.*
51. Vicariæ perpetuæ Parochialium unitarum non conferuntur concursu, sed ad eorum nominationem tantum, ad quos artinet deputare. Decisum referunt DD. apud Barbof. *supra num. 32.*
52. Nisi in Vicariam cura ipsa transferatur, & tunc fiet concursus. Idem *ibid.*

53. Si Parochiales ita tenues sint, ut totius prædictæ examinationis operam non ferant, aut nemo sit, qui concurrat, aut ob apertas factiones possint excitari graviores rixæ, Ordinarium, si pro sua conscientia cum Deputatorum consilio ita judicet expedire, privatum aliud examen poterit exhibere. Trid. *sess. 25. cap. 18.*

54. Provisi de Parochiali Ecclesia per Papam tenentur ad juratoriam fidejussionem de residendo. Pius IV. *in Bulla sua 87.*

55. Confirmans indignum ætate, scientia, moribus ad beneficium Curatum, perdit potestatem confirmandi primum successfulorem, & a perceptione proprii beneficii suspenditur, quousque restitutus fuerit. Barbof. *alleg. III. num. 20.*

56. Quæ summam ducatorum centum non excedunt, nulla pensione graventur. Trid. *sess. 14. cap. 13.*

57. Non comprehenduntur in emolumentis, quæ proveniunt ab exercitio curæ animarum, si forte funeralia assignentur alicui. Congr. Episcop. 11. *Sept. 1615.*

58. Valor centum ducatorum requisitus a Concilio, intelligitur juxta morem cujusque regionis. Decisum refert Riccius *in Collect. dec. p. 4. Collectan. 745. in fine, Congr. Conc. 13. Julii 1630.*

A D D I T I O.

1. Congrua portio Vicario assignanda ex Trid. *sess. 24. cap. 18.* intelligitur arbitrio Episcopi Decisum refert Garz. *de benef. part. 2. cap. 2. num. 15.*

2. Duorum aureorum, ajunt, singulis mensibus DD. apud Barbof. *de Offi. Parochi p. 1. cap. 2. num. 35.*

3. Et num. 36. docent, casu, quo Vicarius concurrat, & eligatur ut magis idoneus, debet statim cessare ab exercitio curæ animarum.

4. Onera deducenda in Parochiali, ut centum scuta remaneant libera pro Rectore, sunt onera necessaria, & ordinaria, Cappellani, Clerici, Candelarum in festo Purificationis B. V. manutationes Sacristiæ, Cathedralici, Prædicatoris, Visitationis Episcopi, Organi, Ceræ, Hostiarum, vini, olei, judicis, ordinarii. Rota sæpius apud eundem Barbof. *loc. cit. p. 3. cap. 29. num. 18. 19.*

Beneficiorum Reservatio.

1. Quæ curam animarum habent, Sede Papali vacante, possunt ab Episcopo conferri, DD. apud Barb. *alleg. 57. num. 30.*

2. Sede Episcopali vacante, reservantur omnia Papæ. Pius V. Anno 1568.

3. Vacantia item ob crimen hæresis. Idem Anno 1566.

4. Item collata personis contaminatis ob genus, hæresim, apostasiam a fide. Greg. XIII. Anno 1580.

5. Item recepta in confidentia. Pius IV. Anno 1564.

6. Item Parochialia collata, non servata forma. Pius V. Anno 1567.

7. Vacantia per privationem. Paul. III. *Const. 67.*

8. Vacantia per negligentiam Ordinarii, elapso semestri, culpa sua. Doct. apud Barbof. *loc. cit. num. 44.*

9. Vacantia ob non publicationem, resignationem. Gregor. XIII. Anno 1583.

10. Eorum, qui se ipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis, aut beneficia impetrant pro aliis, ut ab eis aliquid consequantur; vel quando impetrant pro se ipsis cum intentione illa resignandi. Paulus IV. Anno 1557.

11. Vacantia ob non delationem habitus, & tonsuræ clericalis, Sixtus V. Anno 1. 89.

12. Quæ item reservantur in regulis Cancellariæ, & solent esse hujusmodi: nimirum

13. Beneficia Officialium Sedis Apostolicæ.

14. Monasteria virorum valorem annum 200. Florenorum auri excedentia.

15. Dignitates, & beneficia omnia post obitum quorumcumque collatorum usque ad promotionem successfulorum.

16. Omnes dignitates in Cathedralibus majores post Pontificalem, & principales in Collegiatis excedentes valorem 10. Florenorum auri.

17. Prioratus, Præposituræ, Dignitates conventuales, & Præceptoræ generales Ordinum quorumcumque, sed non militiarum.

18. Familiarum Papæ, & Cardinalium, & continuorum commensalium eorundem.

19. Qui sint familiares hi: Vide Barbof. *alleg. cit. a num. 106. & deinceps.*

20. Collectorum, Subcollectorum Cam. Apostolicæ.

21. Curialium quorumcumque, Cubiculariorum, & Cursum Papæ. Cubiculariorum honoris Pauli V. Anno 1617.

22. Beneficia Canonicalia Urbium Patriarchalium, & vacantia in Episcopatibus, Titulis, & Diaconiis Cardinalium e Romana Curia absentium.

23. Vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina.

24. Vacantia per execrabilitatem; nempe, quando retinetur beneficium secundum incompatible cum primo.

25. Beneficia resignata, dimissa, cessant affectationem novorum beneficiorum, quæ in ipsa affectatione erant vacatura.

26. Vacantia quæcumque, & ubicumque in mensibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris & Novembris, præterquam per resignationem.

27. Nisi Ordinarii acceptarint gratiam oblatam a Papa conferendi beneficia (aliis titulis non reservata) in mensibus Februarii, Aprilis, Julii, Augusti, Octobris, & Decembris, quæ conceditur vere, & personaliter residentibus, mutuis, hinc inde datis litteris.

28. Addunt Doctores alia reservata: nimirum in Curia vacantia. Apud Barb. alleg. 57. num. 19.

29. Omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum, auctoritate Apostolica conferuntur cum Decreto, quod provisos beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus resignare teneatur. *ibid.* num. 45.

30. Vacantia per violationem sequestri lite pendente in Curia Rom. *ibid.* num. 47.

31. Beneficia litigiosa per obitum vacantia. num. 49.

32. Ea item, quæ sunt collata a Cardinalibus vigore insultorum, quando provisi intra sex menses a die factæ provisionis non impetraverint novas provisiones a Papa. *ibidem* num. 52.

33. Vacantia per delictum offendentis litigantes in Curia Rom. eorumque Judices, Advocatos, Testes, vel Notarios, *ibid.* num. 55.

34. Mensis reservatus Papæ incipit in media nocte primi diei, & durat usque ad dimidiam noctem ultimi diei. Barbos. loc. cit. num. 183.

35. Media nox attenditur ex Galli cantu horologiorum varietate. Garz. p. 5. cap. 1. num. 526.

36. Beneficium Jurispatronatus mixti, in quo laici æqualem saltem habent partem vocum, non est reservatum. Apud Barbos. supra num. 144.

37. Neque beneficiorum manuale. num. 152.

38. Neque Commenda. num. 154.

39. Neque de mensa Episcopali, Capitulari, Abbatiali. num. 155.

40. Neque Coadjutoria. num. 156.

41. Neque ea, quæ ex creatione seu fundatione, aut aliis Constitutionibus aliquas qualitates, seu certa onera habent injuncta, ut in præbendis Theologalibus, & similibus. Trident. sess. 25. cap. 5.

Beneficiorum Pluralitas.

1. **U**Num uni conferatur, si minus sufficit ad vitam honeste sustentandam, licet aliud simplex conferri, dummodo utrumque non requirat personalem residentiam. Trid. sess. 24. cap. 17.

2. Plura beneficia curata, aut incompatibilia retineri non possunt sub pœna privationis ipso jure. Idem sess. 7. cap. 4.

3. Duo Canonicatus sunt incompatibiles. Decisum refert Garz. part. II. cap. 5. num. 381. in 3. declar.

4. Dignitas, cui additur Canonicatus, non potest obtinere alium Canonicatum, cui annexum est munus Pœnitentiarii. Decisum refert Garz. in add. ad suam tract. de Benef. loco cit. num. 249.

5. Canonicus obtinens Dignitatem sine Apostol. dispensatione, perdit Canonicatum. Decis. refert idem d. c. 5. n. 144.

6. Habenti Beneficium sufficiens potest aliud conferri, sed habita possessione secundi, vacet prima. Decis. refert idem *ibid.* n. 283. in 2. decl.

7. Duo Beneficia simplicia sub eodem tecto, quæ non requirunt personalem residentiam, & non sunt sufficientia, possunt conferri ab Ordinario in praxi Episc. p. 1. V. Ben. §. 7. concl. 6. Negant plures DD. Apud Barb. allegat. 62. num. 12.

8. Episcopus ex causa potest dispensare, ut quis habeat duo Beneficia difformia sub eodem tecto, si quodlibet eorum sit insufficientis ad ejus sustentationem. Decis. refert Garz. d. c. 5. n. 377.

9. Dispensatus ad duo beneficia non intelligitur sub eodem tecto. Flam. lib. 3. q. 2. n. 125.

10. Beneficium situm in Capella, Claustro, Cæmeterio, seu ambitu, contiguus Ecclesiæ, censetur esse in eadem Eccl. Garz. d. c. 5. n. 259.

11. Cum Parochiali obtineri potest Monasterium commendatum cum cura. Decis. referunt Gonz. ad reg. 8. Canc. Gloss. §. 8. n. 65. & Garz. p. 4. c. 7. n. 35.

12. Consuetudo valet, quod quis duplici officio in una Ecclesia fungatur, puta Theaurarii, & Canonici. Decis. refert Garz. d. c. 5. n. 245.

13. Si duo beneficia non sufficiunt ad sustentationem, non potest Episcopus conferre tertium. Garz. d. c. 5. n. 249.

14. Habenti pensionem sufficientem potest Ordinarius conferre beneficium. Decisum refert Garz. d. c. 5. n. 371.

15. In judicanda beneficii insufficientia nulla debet haberi ratio bonorum patrimonialium. Barb. alleg. 62. n. 11.

16. Qui exegerit fructus prioris beneficii retenti sine dispensatione, duplum restituat. Prov. 4.

A D D I T I O.

1. Capellæ plures in eodem Altari sub eadem invocatione cum diversis oneribus Missarum, quæ antiquitus conferebantur pluribus Clericis, non possunt retineri hodie ab uno sine dispensatione Apostolica. Congr. Conc. 17. Aug. 1639.

2. Incompatibilitas plurium Beneficiorum sequitur ex retentione, non ex consequutione: & ideo valet collatio tertii Beneficii ab Episcopo, ultra duo insufficientia, non autem retentio sine facultate Apostolica. Decisum refert Barbosa de jure Eccl. l. 3. c. 13. n. 189.

3. Si retineantur per triennium, vacant omnia. *ib.* n. 190.

4. Immo si ultra sex menses, vacant omnia. *ibid.* n. 191.

5. Neque regula de trienniali possessione juvat. Decisum refertur *ibid.* n. 194.

Beneficiorum Resignatio.

1. **P**rocurans Episcopus ut Clerici beneficia renuncient, suspenditur a perceptione fructuum suæ Ecclesiæ per triennium. Barb. alleg. 211. n. 19. hoc est sequuta renunciatione.

2. Resignari possunt beneficia in manu Episcopi a senibus impotentibus servire.

Valetudinariis.

Corpore vitiatis.

Crimini obnoxii.

Censuris irretitis.

Obtinentibus plura beneficia.

Ingressuris Religionem.

Matrimonium contracturis.

Capitales inimicitias habentibus.

Pius V. A. 1568.

3. Ne tamen ullo modo significetur successor. *ibid.*

4. Potest autem resignans rogare Episcopum, ut conferat a se nominato. Barb. de Pot. Ep. alleg. 65. n. 50.

5. Probanda quoque est resignationis causa. Garz. p. 11. t. 4. n. 52.

6. Et potest resignari ante adeptam possessionem. Barb. loc. cit. n. 16.

7. Non potest resignari beneficium litigiosum, super quo lis pender. *ibid.* n. 19.

8. Nisi lis esset super privatione Beneficiati, non autem, ut adjudicetur alteri. *ibid.*

9. Beneficium quoque de Jurepatronatus resignari potest cum consensu Patroni. *ibid.* n. 30.

10. Potest autem Episcopus acceptare resignationes beneficiorum suæ Diocesis extra suam Diocesim existens. *ibid.* num. 22.

11. Et item Beneficiorum reservatorum, seu collationis Cardinalium, non tamen hæc conferre. *ibid.* n. 23. 24.

12. Porro non ante triennium a possessione Beneficiati resignantis. Innocentius IX. relatus a Moscon. de Majest. milit. Eccl. lib. 1. p. 3. c. 2. Rub. de benefico.

13. Si beneficium est titulus ordinationis, fiat de titulo in resignatione mentio; alias, nulla est. Naldus V. Renunc. n. 21.

14. Fallit, si resignans assequutus est aliud Beneficium sufficientis ad congruam sui sustentationem. Decisum refert Idem *ibidem*.

15. Unico contextu præstetur consensus Ordinarii, cum fit resignatio. Flam. l. 8. q. 9. a n. 117.

16. Non conferatur consanguineis, affinibus, familiaribus resignantium; aut recipientis resignationes. Pius V. ubi sup.

17. Sub pœnis nullitatis, suspensionis a beneficiorum collatione, electione, &c. reservatur Papæ. *ibid.*

18. Si suspensi ausi fuerint conferre, ipso facto sunt excommunicati reservata Papæ absolutione. *Ibid.*

19. Male resignantes, & lites hujusmodi prosequentes tenentur ad restitutionem, & ad omnia damna. Pius V. Anno 1560.

20. Publicatio fieri debet quarumcumque resignationum, etiam ex permutatione intra sex menses citra montes, intra novem ultra. Greg. XIII. A. 1583.

21. Hoc est a die datæ concessionis gratiæ, qui postremo facta fuerit ex obtinentibus eandem. *ibid.*

22. Fiat in Cathedrali, & in Ecclesia Beneficii, seu Ecclesia in pluribus sit Beneficium, & inter Missarum sollempnia, lectis litteris Apostolicis. *ibid.*

23. Si rarale est beneficium, fiat in Parochiali, intra cujus fines illud est, & Cathedrali. *ibid.*

24. Si non est aditus ad illas, in viciniori Cathedrali, vel Parochiali fiat. *ibid.*

25. Sub pœnis nullitatis, inhabilitatis &c. *ibid.*

26. In resignationibus, quæ fiunt in manibus inferiorum Papæ, intra mensem negotium expediatur, & intra alios tres publicetur. *ibid.*

27. Sub pœnis prædictis. *ibid.*

V. Cap. sede vac. n. 32.

33. Ordines majores n. 3. 4. 5. Pœnis n. 2.

A D D I T I O.

1. Intra mensem resignatio debet expediri, hoc est admittitio, seu rejectio ejusdem; collatio vero fiat, prout de jure communi, Barb. de jure Eccl. 3. c. 15. n. 113.

2. Publicatio resignationis fit brevibus verbis; non legendo to-

do totam Bullam, nec earum datam. *DD. cum Barb. ibid. num. 195.*

3. Facta in Choro, non in Ecclesia, est nulla, *ibid.*
4. Ad valvas sufficit simplex carta, in qua significetur totum negotium Resignationis, *ibid.*
5. Sufficit ad unam portam Ecclesie fieri, *ibid.*
6. Et Notarius referat se fecisse juxta formam Const. Greg. XIII. *ibid. num. 196.*
7. Non publicanti regula de trienniali possessione non prodest, immo nec decennialis possessio, *ibid. num. 197.*
8. Probatio de non facta publicatione, ad effectum ut vacet beneficium, incumbit impetranti, ut vacet, *ibid. num. 199.*

Beneficiorum Permutatio

1. **C**onceditur Ordinariis juxta Sacros Canones. Pius V. Anno 1568.
2. Dubitat Megalius 3. p. *Inst. Confess. l. 4. cap. 5. n. 43.* ex verbis predictae Bullae. An possint Episcopi permutare, & ad summum concedit, standum esse consuetudini.
3. In Permutatione beneficium, quod est titulus ordinationis, fiat mentio de titulo, alias est nulla. Naldus V. *renunc. n. 21. V. Ord. Major. num. 6.*
4. Et fiat publicatio, ut in *praeced. tit. num. 20. & seq.*
5. In mense Apostolico fieri possunt ab Episcopo Permutationes. Cong. Ep. 24. *Maji 1583.*
6. Possunt etiam permutari beneficia juris patronatus de consensu patronorum. Azor. p. 2. l. 7. cap. 29. q. 6.
7. In Permutatione duorum diversae Dioecesis requiritur utriusque Episcopi consensus, & auctoritas. Azor. l. c. q. 8.
8. Ne sit Permutatio triangularis, sed simplex inter duos. Nav. *conf. 43. sub titulo de Simon. num. 3.*
9. Si inaequalia sunt, cessante pacto, potest Episcopus mandare, quod recipiens beneficium pinguius solvat aliquam pensionem alteri duraturam usque ad coequandos fructus. Id. *ibid. num. 4.*
10. Forma Permutationis: quod probentur causa.
2. Examinentur permutaturi ab Episcopo. Trident. *sess. 24. cap. 18.*
3. Fiat collatio idoneis repertis.
4. Litterae simul expendantur.
5. Publicatio fiat, ut supra.
6. In possessionem eant cum fidei professione. Ita Ugol. de potest. Episc. cap. 50. num. 3.
11. Dum expeditur Permutatio administrare possunt in suis Ecclesiis, quas resignarunt. Flam. lib. 1. q. 7. num. 9. *V. Capitulum de sede vac. num. 38.*

A D D I T I O.

1. Non potest fieri Permutatio beneficium cum pensione, quam habet alter super alio beneficio. *DD. cum Barbos. de jur. Eccl. 3. cap. 15. num. 179.*
2. Neque cum pacto coram Episcopo, ut alter solvat omnes expensas ad utramque Bullam necessarias, *ibid. num. 180.*
3. Neque beneficia inaequalia addita pensione, aut alia re pretio aestimabili, permutari possunt, probabilius, & tutius. *DD. apud Barb. ibid. num. 181. Vide Manuale nostrum in hoc titulo, num. 9.*

Beneficiorum Privatio.

1. **Q**ui Matrimonium contrahit per verba de praesenti validum, etiam ante copulam perdit beneficium. *DD. apud Barbos. de pot. Ep. alleg. 57. num. 202.*
2. Judices Privationum, affines eorum, & familiares non possunt impetrare beneficia, quibus illi beneficiatos privant. Pius IV. Anno 1560.
3. Neque item Procuratores, & Solicitatores in eorum causa, *ibid.*
4. Sub poena nullitatis, *ibid. Vide Cap. Sede vac. n. 41.*
5. Suspendio a beneficio. *V. Suspendio num. 822.*

Beneficiorum Vacatio.

1. **V**acant beneficia varias ob causas, apud Barbos. *alleg. 57.*
2. Per obitum, num. 199.
3. Per resignationem, num. 200.
4. Per affectualem alterius incompatibilis, num. 201.
5. Per contractum matrimonii, num. 201.
6. Per ingressum Religionis, num. 208.
7. Per translationem Praelati ad aliam Ecclesiam, n. 211.
8. Per promotionem ad Episcopatum, post adeptam possessionem, & facta consecratione, num. 215.
9. Per militiam saecularem, num. 215.
10. Per poenam, nimirum
11. Per omissionem habitus, & tonsurae. Sixt. V. An. 1589.
12. Per non promotionem Parochi intra annum ad Sacerdotium. Barbos. *sup. num. 209.*
13. Per violentam ingressu in possessionem beneficium, num. 220.
14. Per violationem sequestri impositi vigore sententiae de Gavanti. Tom. III.

finitivae in Romana Curia prolatae in causa beneficii, *num. 221.*

15. Per non ostensionem Tituli, cum monitus fuerit, n. 222.
16. Per non publicationem resignationis. Gregor. XIII. Anno 1583.
17. Per non servatam formam Pii V. in provisione Parochialium. Barb. *cit. 245.*
18. Per suppositionem sui pro alio ad examen, aut obligationem pensionis, aut intentionem resignandi contra Bullam Pauli IV. Anno 1557.
19. Per apprehensionem possessionis ante litterarum Papae expeditionem Jul. Anno 1553.
20. Per confidentiam. Pius IV. Anno 1569.
21. Per retentionem indebitam Scripturarum Camerae Apostolicae, seu non revelationem earumdem. Jul. III. Ann. 1552.
22. Per alienationem rerum Ecclesiasticarum sine solemnitate. Paul. II. Anno 1468.
13. Per offensionem litigantium in Romana Curia, eorumque Judicum, Advocatorum, Procur. Testium, Notariorum. Alex. VI.
24. Propter crimen haeresis, *ubi sup. Barbos. num. 228.*
25. Obtena per preces haereticorum, num. 230.
26. Per crimen realis simoniae, num. 231.
27. Per crimen laesae majestatis, num. 233.
28. Per crimen falsitatis litter. Apostolic. num. 234.
29. Propter Sodomiam, num. 242.
30. Per carcerationem Clerici, ut resignet Beneficium, num. 241.
31. Per occisionem Rectoris suae Ecclesiae, num. 239.
32. Ob percussorem Episcopi, vacant beneficia in ejus Dioecesi, num. 237.
33. Ob percussorem Cardinalis, num. 225.
34. Ob Assassinium, num. 238.

A D D I T I O.

1. Vacat Beneficium, si electus intra mensem a tempore electionis ei praesentatae, vel a tempore sibi praestituto, non consenserit electioni de eo factae. *DD. cum Barbos. de jure Eccl. lib. 3. cap. 14. num. 26.*
2. Item si Electus intra tres menses post consensum electioni praestitum non petierit confirmationem, *ibid. num. 27.*
3. Item quando electus, vel praesentatus ante confirmationem, vel institutionem per se, vel alium se injecerit, vel administraverit, *ibid. num. 27.*
4. Item per repulsionem postulationis, vel electionis cassationem, *ibid. num. 29. 30.*
5. Item si Beneficium habeatur pro derelicto per decennium, *ibid. num. 33.*

Beneficiorum Unio.

1. **U**niones factae a 40. annis citra confirmationem Tridentini Concilii examinari possunt ab Ordinario. Trident. *sess. 7. cap. 6.*
2. Ne fiant Uniones Beneficiorum diversae Dioecesis. Idem *sess. 24. cap. 9.*
3. Non possunt uniri plura beneficia simplicia. Riccius *in praxi resol. 610. in 2. edit.*
4. Neque possunt uniri beneficia de Jurepatronatus. Decisum refert Garz. *part. 12. cap. 2. num. 210.*
5. Et irritae omnino sunt Uniones factae de beneficiis liberis ad Ecclesias Jurispatronatus. Trident. *sess. 25. cap. 9.*
6. Quae vero a 40. annis citra plenam incorporationem sunt consequutae, nihilominus ab Ordinariis revideantur, & si opus est, separentur, *ibid.*
7. Potest Episcopus ex causa legitima uniri beneficia non exempta. *DD. apud Barbos. alleg. 66. num. 3.*
8. Etiam si eorum collatio vigore concordiae spectet ad Capitulum. Idem *ibid.*
9. Potest unire etiam non perpetuo reservata beneficia: Garz. *d. cap. 2. num. 93.*
10. Etiam devoluta Papae per negligentiam, ignorantiam, seu absentiam Praedecessoris. Rebuff. *de devolut. num. 31.*
11. Parochiae, quae certos fines non habent, sed certum populum, & per certas familias distinguntur, uniri possunt. Decisum refert Garz. *d. cap. 2. num. 88.*
12. Possunt fieri Uniones perpetuae, ab Episcopo Ecclesiarum Parochialium, & beneficialium propter Ecclesiarum paupertatem sine praedjudicio obtinentium. Tridentin. *sess. 21. cap. 5.*
13. Ne uniantur Parochiales Ecclesiae Monasteriis, Abbatibus, Dignitatibus, Praebendis Ecclesiae Cathedralis, seu Collegiatae, nec aliis beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus, seu Militiis, & quae sunt unitae revideantur. Idem *sess. 24. cap. 13.*
14. Neque pars fructuum Parochialis Ecclesiae potest uniri alteri. Decisum refert Garz. *d. cap. 87.*
15. Debent autem fieri uniones ob evidentem necessitatem, vel utilitatem Ecclesiae. Garz. *ibid. num. 108.*
16. Et in perpetuum, non ad vitam. Barbos. *loco citato num. 8.*
17. Cum consensu Capituli. Garz. *d. cap. 2. num. 145.*
18. Et sufficit post Unionem. Id. *ibid. num. 147.*

19. Nisi adsit contraria consuetudo, quæ excludat Capituli consensum. Idem *num.* 152.
 20. Si Episcopus unit ut Delegatus Sedis Apostolicæ, negant hunc consensum Nav. & alii, affirmant alii, & decisum refert Garz. *cit. num.* 158.
 21. In unione facta ipsi Capitulo, requiritur auctoritas Papæ. Idem *num.* 168.
 22. Secus si fiat singulis Præbendis singillatim. Idem *n.* 170.
 23. Sed verius potest Episcopus unire omnibus simul. Decisum refert idem *num.* 171.
 24. Eorum denique, quorum interest, consensus est requirendus. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6.
 25. Unum assumit deinde naturam, & privilegia, cui est annexum. Barbof. *loc. cit. num.* 41.
- V. Abbas, n. 50. Cap. Sede vac. n. 39. Seminarium Clericorum n. 38. ad 44.

A D D I T I O.

1. Non potest Episcopus unire beneficia affecta Sedi Apostolicæ. DD. cum Barbofa de *jur. Eccles. lib.* 3. c. 16. n. 39.
2. Neque beneficia litigiosa, *ibid.*
3. Potest unire beneficium suæ Diocesis non curatum alicui Religioni, & Monasterio suæ Diocesis, *ibid. num.* 36.
4. Potest unionem dissolvere Episcopus, & revocare, cessante causa, ob quam facta est, vel quia redundat majus damnum Ecclesiæ, *ibid. in fine.*
5. Sed necessarius est Capituli consensus, & vocatio defensoris cum causæ cognitione, *ibid.*

Beneficiorum mutatio.

1. NE convertantur curata in beneficia simplicia. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16.
2. Neque possunt erigi simplicia in Canonicatus. Congreg. Episc. 17. Aprilis 1584.
3. Potest autem ex causa converti Ecclesia simplex in curatam ab Episcopo. Garz. *part.* 12. *cap.* 5. *num.* 2.
4. Non potest Episcopus derogare qualitatibus in beneficii fundatione appositis. Garz. *part.* 11. *cap.* 5. *num.* 344. & 371.
5. Ex causa necessitatis, aut magnæ utilitatis Ecclesiæ, potest Episcopus derogare, invitis etiam patronis. Lambert. de *Jurep.* l. 2. p. 1. q. 7. art. 30. n. 3. 7. 8. 12. & 15.
6. Novem regulas a derogante observandas ponit Monet. *supra* n. 533. ad 542.
7. Fundator Ecclesiæ, seu beneficii, seu hæres, vel successor fundatoris, seu executor testamentarius ab eo deputatus cum consensu Episcopi, mutare potest statum Ecclesiæ. Vivian. de *Jurep.* p. 3. lib. 14. *cap.* 4. *num.* 14.
8. Formam mutationis. Vide apud Monet. *ubi sup.* c. 11. n. n. 431. ad 493.

A D D I T I O.

Verius non potest Episcopus mutare Parochialem in Collegiatam. DD. cum Barb. de *jure Eccl.* 32. 2. 27. c. 6. n. 1. & decisum refert. 2. Junii 1626. Loter. de *re benef.* lib. 1. *quæst.* 14. n. 49.

Bibliotheca Canonica.

1. CONSTITUATUR cum Indice librorum. Prov. 4.
2. Præfectus eligatur ab Episcopo de Consilio Capituli, *ibid.*
3. Duret ejus officium arbitrio Episcopi, *ibid.* Si alia sit eligendi consuetudo, servetur, *ibid.*
4. Ineat ratio eam augendi, *ibid.*

Blasphemia.

1. CLERICUS Deum, vel B. V. expresse blasphemans, prima vice privetur fructibus beneficiorum unius anni. Pius V. Anno 1566.
2. Pro altera vice beneficiis privetur, *ibid.*
3. Pro tertia vice omnibus dignitatibus, & in exilium mittatur, *ibid.*
4. Si caret beneficio, luat poenam pecuniariam, vel corporalem pro prima vice; carceri detur pro altera; pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur, *ibid.*
5. Pro Blasphemia in Sanctos, arbitrio judicis, habita ratione qualitatis Blasphemæ, & personæ, *ibid.*

Bona Ecclesiastica.

1. EA quovis modo usurpantes, seu impediens, anathemati subjaceant, donec fiat restitutio; & absolutio Papæ reservatur. Trid. *sess.* 22. *cap.* 11.
2. Patronus autem privetur etiam Jurepatronatus, & Clericus, etiam beneficiis, & ab Ordinum executione sit suspensus, etiam post absolutionem prædictam, arbitrio Ordinarii, *ibidem.*
3. Et hæc Decreta, quotannis evulgentur. Prov. 5.
4. Bona Confraternitatum, & Hospitalium erectorum sine auctoritate Episcopi sunt laicalia: si vero illius auctoritate, sunt Ecclesiastica. Barb. de *pos. Ep.* alleg. 75. *num.* 32.
5. Locationes anticipatis solutionibus factæ in præjudicium successorum, sunt invalidæ. Trid. *sess.* 25. *cap.* 11.

6. Neque licet locare Jurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus; neque licet conductoribus per se, aut alios exercere, *ibid.*

7. Locationes ad longum tempus, seu ad 29. annos, aut bis 29. annos, irritæ sunt, & nullæ, *ibid.*

8. Nemini liceat locare bona Ecclesiæ propinquis intra tertium gradum in emphyteusim; aut ad tempus, etiam per suppositas personas sine magna utilitate Ecclesiæ, judicio Episcopi, sub poena nullitatis, & alias arbitrio Episcopi. Provinc. 1.

9. Neque item Patronis, neque iis, quorum cessione ea beneficia obtenta sunt, nisi ut supra, alias multetur beneficiarius fructibus unius anni, quos inde capit. Prov. 2.

10. Solutio, quæ fit quotannis titulo emphyteusis, vel ad longum tempus locationis, fiat per scripturam Notarii, addita causa, & quantitate pecuniæ, *ibid.*

11. Et instrumenta ejusmodi spatio mensis tradantur Episcopo in Archivo servanda, *ibid.*

12. Investituræ feudorum renoventur a successoribus cum juramento fidelitatis. Prov. 1.

13. In his renovationibus, omnia bona, & eorum fines nominatim in instrumento describantur, *ibid.*

14. Emphyteuta, vel colonus jurans solvere Canonem singulis annis, non soluto Canone, poterit ante biennium expelli. Nald. Emphyteusis, *num.* 2.

15. Potest vice caducitatis duplicari Canon, seu fictus consuetus. Mar. Antonin. *lib.* 1. *resol.* 30. *in fine.*

16. Poena caducitatis ne remittatur alicui, nisi servatis, quæ de jure. Prov. 1.

17. Beneficiatus ætate minor ne tradat administrationem sui beneficii cuicumque sibi sanguine conjuncto, sine licentia Episcopi in scriptis. Prov. 4.

18. Fructus inexacti ad cameram non spectantes, sunt successorum in beneficiis, etiam si maturati fuerint ante mortem. Jul. III. Anno 1550. & Urban. VIII. 5. Aprilis 1628. idem confirmavit.

19. Ubi vero est facta concordia cum Camera Apostolica, fructus maturi non exacti sunt hæredum beneficiati. Vivian. de *jurepat.* part. 3. lib. 14. *cap.* 8. *num.* 17.

20. Beneficiati sine licentia Episcopi quovis prætextu, non alienent pendentes beneficiorum fructus, nisi venditionis, aut locationis nomine; & tunc dilata solutione in id tempus, quo fructus eorum erunt a solo separati, sub poena nullitatis. Prov. 1.

21. Pendentes fructus beneficiorum adjudicantur successoribus in beneficiis, excepta parte colonica. Prov. 7.

22. Mortuo igitur beneficiato, constituatur Oeconomus opulentus ab Episcopo, apud quem deponantur omnes fructus, ad onera in primis adimplenda beneficii, *ibid.*

23. Ne invadantur bona Clerici defuncti beneficiati pertinentia ad Ecclesiam, ejusque ministros, sub poena excommunicationis lata sententiæ. Prov. 2.

24. Et hoc Decretum semel in anno evulgetur, *ibid.*

25. Eadem poena extenditur ad eos qui nulla invasione asportant supellectilem, & scripta ad Ecclesiam spectantia, ex ædibus beneficiati defuncti, antequam fiat Inventarium a Deputato Episc. Prov. 3.

26. Et hoc quoque quotannis semel publicetur, *ibid.*

27. Successori in beneficio prædicta dentur gratis, etiam si Clericus mortuus in iis aliquid expenderit, *ibid.*

28. Hæredes autem ne immaturos fructus a solo separent, neque ligna cadant, neque aliud damnum successori afferant; alias ab Episcopo resarciri jubeantur, & graviter puniantur. Provinc. 7.

29. Fructus a solo separati, etiam si nondum exacti, aut reconditi, maturi tamen, hæredibus dentur, *ibid.*

30. Si omnes sunt separati, hæredum quidem sint, ii tamen oneribus beneficii faciant satis, *ibid.*

31. Si Parochialis Ecclesia sit, vel beneficium cum residentia personalis, ea pars successori detur, quæ Ordinario videbitur ad ejus victum, & onera usque ad novos fructus. *ibidem.*

32. Fructus locationum, censuum, & similia ad ratam temporis dividantur, *ibid.*

33. Pensiones debitæ pro fructibus simplici locatione, & loco fructuum solvendæ ad eum pertineant, ad quem fructus, ut supra pertinebunt, *ibid.*

34. Æs alienum ratione beneficii contractum per beneficium, cujusmodi sunt decimæ, pensiones non solutæ, salarium ministrorum, reparationes & ornamenta Ecclesiæ, si apparet contractum superioribus annis, hæredes dissolvant, *ibid.*

35. Si eo anno, quo obiit, pro rata fructuum, & temporis judicet Episcopus, ut una cum novis fructibus persolvatur, *ibid.*

36. Inventaria fiant bonorum omnium, & jurium Ecclesiarum, coram testibus, & per Notarios. Prov. 1.

37. Mobilium item, & immobilium etiam Jurispatronatus, & quovis nomine administrantur. Prov. 4.

38. Duo exempla illorum fiant, alterum pro Ecclesia propria, alterum pro Archivo Episcopali. Prov. 1.

39. Renoventur, quando est opus, additis quæ de novo accidunt, *ibid.*

40. Ad utilitatem Cleri communem in Synodo Diocesana eligantur.

eligantur aliqui a Clero Foraneo, qui cum Urbano agant de iis, quæ ad universi Cleri bona spectant, Prov. 1.

41. Et antequam Clerus Urbanus in hanc causam convocetur, moneantur ii electi, ut adesse possint: alias acta non possint esse detrimento Clero Foraneo, *ibid.*

V. Alienatio rerum Eccles. per totum Capitulum, num. 29. 30. Episcopus a n. 26. ad 38. Locorum piorum cura n. 4. Ordines majores, n. 14. Seminarium Clericorum, n. 45.

A D D I T I O.

1. Possunt Canonici mutare paramenta sine consensu Episcopi, & de mobilibus non pretiosioribus disponere. *Congreg. Conc. 23. Augusti 1631.*

2. Triennium in locationibus computandum est ex tribus fructuum collectionibus, itaut si ex quolibet triennio unus tantum fructus percipiatur, tunc triennium pro uno anno computari debet, & locatio fieri potest usque ad novennium. *DD. cum Barb. de jure Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 73.*

Cœmeteria.

1. Restituantur, ubi non sunt. *Prov. 1.*
2. Nullæ ibi sint arbores, nec herba pabulo danda. *Prov. 4.*

3. Bene claudantur, & Cruce alta in medio posita. *Prov. 1.*

4. Ubi potest extruatur ibi Cappella, & adsit vas cum aqua benedicta, *Prov. 4.*

5. Stabula jumentorum inde distent, *ibid.*

6. Neque ibi tritura fiat, neque telæ extendantur, neque fabrile quid elaboretur, *ibid.*

7. Ecclesia polluta, censetur pollutum contiguum Cœmeterium, non e contra. *Barb. de pot. Episc. alleg. 27. n. 29.*

Calix.

1. Non ex ære, neque auricalcho fit; potius ex stamno. *Conc. Rhem. cap. 6.*

2. Negatur contactus illius iis, qui non sunt in sacris. *Conc. Rom. 2. cap. 9.*

3. Potest Episcopus ex causa dare licentiam Clerico, non in sacris, tangendi vasa Sacra. *Ugol. de pot. Episcop. c. 4. §. 11. num. 1.*

4. Execratur, quando deauratur, nisi deauratio cadat propter usum. *Sylv. Calix 9. 2.*

5. Item si scyphus a pede ex toto separetur, licet non sit fructus; quia junctura est tornatilis, sive ad vitem. *Idem ibid. Negat Suarez.*

6. Et quando amittit formam Calicis. *Sylv. loc. cit.*

Campanæ.

1. In Sabbato Sancto ne pulsantur Campanæ a quovis, antequam Cathedralis Ecclesia, vel matrix pulsaverit, sub poena 100. ducatorum. *Leo X. Anno 1518.*

2. Per Matricem intellige quoque Parochialem in Dioecesi, ante quam non possunt Regulares, neque Confratriæ suas Campanas pulsare. *Cong. Rit. 9. Febr. 1608. V. Ecclesia num. 40. Exequia n. 37. Interdictum, n. 21. 27. Oratio publica, n. 16. 23. 26. 27. Processio n. 21. 22. Regularium jura sub Episcopo num. 50.*

A D D I T I O.

1. Potest Episcopus prohibere, ne Campanæ nondum benedictæ pulsantur. *Congr. Rit. 5. Jul. 1614.*

2. Etiam si Collegiata habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, non tamen potest pulsare Campanas prius in Sabbato Sancto. *Congr. ead. 23. Febr. 1619.*

3. Si adest consuetudo pulsandi Campanas nonnisi post Cathedralis, seu Matricem, observanda est, *ead. 21. Aug. 1601.*

4. Alias liberum est cuique ante, vel post, *ead. 11. Aprilis 1601.*

Canonicatum Collatio.

1. Ubi Præbendæ cum distributionibus sunt ita tenues in insignibus Collegiatis, ut non respondeant decentiæ loci, & personarum, licet Episcopo cum Capituli consensu, vel beneficia simplicia non regularia iis unire, vel aliquibus suppressis cum patronorum consensu ad minorem numerum Canonicatus reducere. *Trident. sess. 25. cap. 15.*

2. Provisio Canonicatum ne fiat, nisi iis, qui ætatem, & alias habent qualitates, sub poena nullitatis. *Id. sess. 22. c. 3.*

3. Nemo ad Dignitates, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi saltem 25. ætatis annum attigerit, & in Clericali Ordine laudabiliter vixerit. *Id. sess. 24. cap. 12.*

4. Ad Dignitates infra Archidiaconum, vel beneficia sine animarum cura Clerici idonei, & 22. annis non minores assumentur, *ibid.*

5. Decanatus non habet annexam obligationem Doctoratus, neque Magisterii, *Decis. refert Garz. de benef. p. 7. c. 7. n. 43.*

6. Neque statui potest in Conc. Provinc. quod Dignitates, & Canonicatus in Cathedralibus dentur tantum Graduatis. *Decisum refert idem, ibid. num. 45.*

Gavant. Tom. III.

7. Principalis Dignitas in Ecclesia Collegiata exempta, cui Ordinaria jurisdictione cum omnibus juribus Episcopalibus competit, non debet necessario, sed congruit, ut conferatur Doctori. *Decisum refert idem, ibid. num. 33.*

8. In Dignitatibus Collegiarum Ecclesiarum requiritur ætas 22. annorum. *Decisum refert Garz. part. 7. c. 4. n. 59. 62. Negant alii apud Barbos. alleg. 60. num. 67.*

9. Sit ætas 22. annorum completa in prædictis. *Decisum refert Garz. d. c. 4. num. 70.*

10. Scholasteria conferenda est Doctori, vel Magistro, vel licentiatum in Theologia, seu Jure Canonico. *Trid. sess. 23. c. 18.*

11. Nemo ad Dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui eo ordine, quem requirit Dignitas, &c. aut sit initiatus, aut ea sit ætate, ut initiari possit. *Trident. sess. 24. cap. 12.*

12. Omnes autem Canonicatus, ac portiones in Cathedralibus habeant annexum Ordinem Presbyterii, vel Diaconatus, vel Subdiaconatus, *ibid.*

13. Quæ designatio fiat ab Episcopo cum consilio Capituli, ita tamen, ut dimidia pars saltem sint Presbyteri, *ibid.*

14. Ubi laudabilior consuetudo est quod plures, vel omnes sint Presbyteri, omnino fervetur, *ibid.*

15. Ubi nulla est ordinum distributio, ætas 22. annorum requiritur ad Canonicatum in Cathedralibus. *Decisum refert Barbos. alleg. 60. num. 70.*

16. In Collegiatis sufficiat ætas 14. Annorum. *Decisum refert, ibid. num. 71.*

17. Canonicatus de Jurepatronatus laicorum ante Concilium Tridentinum fundatus, cum pacto, quod descendentes a fundatore possint illum obtinere, licet non sint in sacris, tenet. *Decisum fuit 29. Novemb. 1592.*

18. In vacatione Pœnitentiariæ, seu Præbendæ Theologalis fiat concursus, nisi ad Papam spectent. *Prov. 5.*

19. Ne creetur Canonicus supernumerarius ille, qui ministerium navare debet, quod præstare nequit cum officio Canonicali, *ibid.*

20. Canonicus per collationem liberam Capituli non debet ab Episcopo examinari. *Decisum refert Garz. p. 9. n. 19. V. Benef. Paroch. Provisio n. 42. Benef. Pluralitas n. 3. 4. 5. Illegitimi n. 10. 12. 13. Legatus n. 4.*

A D D I T I O.

1. Dignitas nova in Collegiatis, quæ alias non reperitur in Ecclesia, non potest creari sine licentia Papæ: Archidiaconatus, & similes jam usitatæ possunt creari cum consensu Capituli ab Episc. *DD. apud Barb. de jure Eccl. l. 1. c. 12. n. 5.*

2. Canonicatus supernumerarius non potest erigi ad futuram Præbendam. *Decisum refert Garz. de benef. p. 6. c. 2. n. 5.*

3. Ætas in Canonico incipit a die Nativitatis ejus, non Baptismi. *Cong. Conc. 4. Decembris 1627.*

4. Ætas 22. annorum in Dignitatibus Cathedralis an debeat esse completa? Ajunt, Negant *DD. apud Barbosam de Can. c. 13. n. 22.*

5. Nemo potest habere duos Canonicatus. *Decisum referunt DD. apud Barb. loco citato c. 41. n. 16.*

6. Si perseveret cum duobus, amittit ambos. *Decisum referunt iidem ib.*

7. Eodem modo obtinens Dignitatem perdit Canonicatum, si utrumque requirit Residentiam. *Decisum refert Garz. de benef. p. 11. c. 5. n. 244.*

8. Non potest Episcopus concedere Canonicis Cathedralis habitum proprium, neque mutare. *Congreg. Rit. 1. 1612.*

9. Neque almutiam dare, *ead. 25. Jan. 1602. 16. Jan. 1610.*

10. Neque Cappam, *ead. 10. Januar. 1604.*

Canonicatum Possessio.

1. In Possessione danda, neque fructus, neque distributiones, nec eorum pars retineantur ab Episcopo, Capitulo, Collegio, & aliis. *Pius V. Anno 1570.*

2. Neque nuper provisum inducantur ad jurandum pro observandis hujusmodi statutis, & consuetudinibus, *ib.*

3. Sub poenis Episcopo suspensionis ab Officio Pontificali, reservatæ Papæ, & aliis interdictis; & singularibus personis excommunicationis similiter reservatæ, *ib.*

4. Jurantes autem non ligantur, nisi poena ejusdem reservatæ excommunicationis, *ib.*

5. Ubi vero fructus, vel distributiones piis usibus ultra semestre tempus sunt concessi, horum dumtaxat dimidia pars pro usui tribuatur, *ib.*

6. Non tamen derogatur Privilegio, statuto, consuetudini, circa fructus, & distributiones inter vacationem beneficii, & collationem, sive possessionem provenientes, si prædictis debeantur, *ib.*

7. Prohibentur munera, esculenta, etiam nomine urbanitatis, seu honorarii extorta; & coacta. *Prov. 7.*

8. Item dulciaria multa. *Decisum refert Zerola in praxi Episcop. p. 2. V. Possessio benef. §. 5.*

9. Proventus autem in hoc casu ad Sacristiam debiti, vere in eadem insumentur; quæ, si non egeat, in fabricam Ecclesiæ, vel aliud commodum transferantur ab Episcopo cum consilio Capituli. *Prov. 2.*

10. Emittatur professio fidei non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali: verum etiam in Capitulo, ut quisque faciat fructus suos. Trid. *sess. 24. cap. 12. intellige in Cathedralibus.*

V. Fidei Professio n. 2. ad 10. a 35. ad 39. Pensionum n. 4. 13.

A D D I T I O.

1. Valet constitutio Episcopi, & Capituli solvendæ certæ pecuniæ ratione novæ possessionis Canonicatum in fabricam Ecclesiæ, non in Notarios, Campanarios, & ejusmodi, decisum refert Garz. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 198. decl. 9.*

2. Valet consuetudo, stante dispositione, *sess. 24. cap. 14. Trid. de Ref. ut fructus primi anni reserventur hæredibus beneficiarii. Rot. dec. 660. part. 4. divers.*

3. Item consuetudo, quod fructus spectent ad Capitulum, donec Canonicus sit Sacerdos. Cong. Conc. 6. Maji 1617.

4. Non censetur laudabilis consuetudo, quæ est pro reparatione bonorum mensæ Capitularis in possessione capienda a Canonicis, decisum refert Garz. *supra p. 2. cap. 1. num. 90.*

Canonicatum Optio.

1. Consuetudo optandi in Præbendis distinctis non valet nisi potest 40. annos, Monet. *de Optione. cap. 2. q. 2. num. 18.*

2. Potest Episcopus eam inducere in Beneficiis suæ collationis, idem *q. 3. num. 50.*

3. Domus Canonicales cadunt sub Optione, *c. 3. q. 2.*

4. Non datur Optio in beneficiis in Curia vacantibus, aut reservatis, aut devolutis ad Papam, aut de jurepatronatus, *ibid. quest. 3. & 4.*

5. Nec in resignatione, seu permutatione, nisi illa sit libera, non ad favorem alicujus, *quest. 5.*

6. Nec in habentibus annexum onus Pœnitentiariæ, & ejusmodi, *q. 6.*

7. Possunt indistincte optari majores, & minores Præbendæ, *q. 7.*

8. Descensus a majori Præbenda ad minorem in dignitate negatur, *ibid. c. 4. q. 1.*

9. Pœnitentiarium optare posse, & alios habentes onus proprium affirmant alii, alii negant: *ibid. num. 11. affirmat Monet. concl. 3.*

10. Antiquiores in receptione primo optant, *c. 5. q. 1.*

11. Excommunicatus optare potest communior sententia, *cap. 4. quest. 2.*

12. Absens justa de causa, etiam studii, potest, *q. 3.*

13. Per Procuratorem, seu conjunctam personam, *q. 4.*

14. Canonicus nondum Subdiaconatus optare potest, *q. 5.*

15. Dispensatus ad beneficia in Collegiata potest, *q. 6.*

16. Cæcus factus postquam Canonicus, potest, *ib. concl. 4.*

17. Coadjutor optare potest, *q. 8. concl. 1. & 3.*

18. Coadjutor non potest, *ibid. concl. 2. & 4.*

19. Vitiatus corpore, & inhabilis ad Ordines annexos Præbendis, non potest, *quest. 6. concl. 1. & 2.*

20. Irregularitas præcedens receptionem Ordinis, aut beneficii impedit Optionem, *quest. 7. concl. 2.*

21. Irregularitas sequens eandem non impedit, *concl. 3.*

22. Ubi est distinctio Ordinum, intra suum quisque Ordinem Dignitatum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum potest optare, non ultra suum, *cap. 5. quest. 3. concl. 2.*

23. Ubi non est distinctio, potest dari Optio ad digniorem, *ibid.*

24. Indultum Cardinalium non derogat Optioni, *c. 8. concl. 6.*

25. Fieri debet Optio intra 20. dies a die scientiæ, *c. 6. q. 1. & 4.*

26. Idem tempus currit omnibus ea vice optantibus, *ib. q. 3.*

27. Et vacat Præbenda optantis, *q. 6. concl. 2.*

28. Qui optionis jure præbendam assequitur meliorem, moneat Episcopum intra mensem, sub pœna dimidiæ partis fructuum unius anni. Prov. 6.

29. Male optans sine sua culpa, redire potest ad suam Præbendam. Monet. *sup. c. 5. q. 5. concl. 2.*

V. Pœnitentiarius, n. 19. Theologalis Præbenda, n. 5.

Canonicorum Residentia.

1. Obvinentibus Dignitates, Canonicatus, &c. non licet vigore statuti, aut consuetudinis ultra tres menses a suis Ecclesiis quolibet anno abesse salvis tamen iis statutis, quæ longius servitium requirunt, Trid. *sess. 24. c. 12.*

2. Alioquin primo anno priventur dimidia parte fructuum quos fecerunt suos: si iterum, priventur omnibus fructibus: crescente contumacia, juxta sacros Canones procedatur. Id. *ib.*

3. Residere debent omnes Canonici, etiam Collegiatarum non insignium. Decisum refert Garz. *p. 3. c. 2. n. 197.*

4. Exceptis ruralibus prorsus destitutis, & in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum est residere, cui adeo tenes sunt redditus, ut Canonicos aliunde non habentes unde vivant, alere non possint. Decisum refert, *ibid.*

5. Consuetudo immemorabilis non excusat Canonicos a residentia in Collegiatis insignibus. Decisum refert idem, *ibid.*

6. Consuetudo contrariæ absentiæ trium mensium est magis attendenda. Decisum refert idem, *ibid.*

7. Obtinens Canonicatum, & Monasterium in Commendam sine cura animarum residere debet in Canonicatu. Decisum refert idem, *ibid. n. 283.*

8. Docentes jus Canonicum in publica Universitate de licentia ejusdem, gaudet Privilegio de percipiendis fructibus Præbendarum suarum in absentia, quamvis Præbendæ sint in Cathedrali loci, in quo docent. Decisum refert idem *ibid. n. 59. 60. & sine licentia Episcopi n. 559. ad 4.*

9. Et docentes Sacram Scripturam. Decisum 27. Febr. 1597.

10. Excusatur item habens facultatem absentiæ pro studiis, si vere studeat in publico gymnasio. DD. apud Barbof. *de potest. Episc. alleg. 56. n. 24.*

11. Sed minor sit 30. annis cum coepit studere. Decis. refert Garz. *d. c. 2. n. 82. 86.*

12. Et intra annum ad Subdiaconatum saltem promoveatur. Prov. 1.

13. Qui ad gymnasium extra Dioecesim iverit, tenetur consignare facultatem Episcopo loci, a quo de moribus, & a Doctore de litteris testimonia transmittat, alias dimissoriæ sint nullæ. Prov. 3.

14. Singulo semestri scriptum Doctoris sui exhibeat Episcopo de studiorum progressu. Prov. 1.

15. Ad quinquennium tantum conceditur facultas absentiæ pro studiis. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 56. n. 31.*

16. Ab eo die numerandum, quo coepit studere in gymnasio publico. Prov. 1.

17. Hoc est, erecto per Papam, Regem, Principem. Barbof. *loc. cit. n. 22.*

18. Et prædicta sub pœna nullitatis licentiæ. Prov. 1.

19. Quam certe a suo Prælato obtinere debet. Pius IV. Ann. 1564.

20. Neganda est Parochis. Decisum referunt Doctor. cit. a Borbof. *loc. cit. n. 30.*

21. Si obtineatur licentia a Sede Apostolica, accedat etiam consensus Ordinarii. Monet, de distributionibus. *p. 2. q. 10. num. 9.*

22. Qui redierit a studiis, mensis saltem spatio Episcopum de reditu moneat, sub pœna absentiæ. Prov. 1.

23. Coadjutor, & Coadjutor possunt abesse his tribus mensibus. Navar. *conf. 1. n. 6. de Cler. agror.*

24. Habens Canonicatum & Parochialem, in qua non potest ob inimicitias sine discrimine vitæ residere, non est cogendus, sed in Canonicatu resideat. Decisum referunt DD. apud Barbof. *supra n. 130.*

25. Non excusatur a residentia ille, de cujus titulo Canonicatus litigatur. Prov. 5.

26. Nec ille qui nondum ordine debito est initiatus, *ibid.*

27. Neque ille, qui justam habet causam, ne initiatur, *ib.*

28. Neque ille, qui tertiam fructuum partem in Distributiones contulit, aliis conferentibus, *ibid.*

29. Neque ille, cujus Beneficii magna pars fructuum ad alium jure spectat, *ibid.*

30. Tenentur autem interesse omnibus diebus & horis præter tres menses, Garz. *d. c. 2. n. 235.*

31. Neque possunt juvari contraria ulla consuetudine. Theod. Rubeus inter discept. Grat. *c. 298. n. 20.*

32. Et ille dicitur abesse, licet in loco steterit, qui a servitio Ecclesiæ abfuerit. Decisum refert Garz. *d. c. 2. n. 322.*

33. Pro absentia a jure concessa, non est necessaria Episcopi licentia, neque causa est assignanda. Decisum refert idem, *ibid. n. 315.*

34. Ne tamen Chorus destituatur, laudabile est, quod per triduum quidem de licentia Præfecti absint; ultra triduum, de licentia Episcopi. Prov. 1.

35. Potest etiam Episcopus excusare aliquem ex causa legitima a residentia in Choro, in *cap. unico de Cler. non resid. lib. 6. sine consensu aliorum Canonicorum.* Decisum refert Garz. *d. c. 2. n. 407.*

36. Immo potest ex causa legitima dare licentiam talicui, ut absit per 4. menses. Decisum refert idem, *ibid. n. 408.*

37. Videat Episcopus ne omnes absint eodem tempore, sed quarta pars eorum tantum arbitrio Episcopi. Decisum refert idem, *ibid. n. 315.*

38. Neque incidat absentia trium mensium in maximas sollemnitates. Decisum refertur *ibid. n. 316.*

39. Tres item menses absentiæ possunt esse interpolati. Decisum refertur *ibid. n. 306.*

40. Et valet absentia trium mensium tantum, quando constitutiones Ecclesiæ requirunt servitium totius anni. Decisum *ibid. n. 312.*

41. In singulis Collegiatis tres primi de Capitulo præsentis deferant ad Episcopum non residentes. Prov. 1.

42. Canonici contumaces cogantur residere. Trid. *sess. 21. c. 3.*

43. Non censuris, sed alia via puniantur. *Congreg. Episc. 24. Julii 1584.*

44. Privandi sunt Beneficio, si perseverent. Decisum refert Armendar. apud Barbof. *loc. cit. alleg. 53. n. 146.*

45. Debent citari, & judex arbitrabitur, quamdiu expectare debeat ad executionem poenarum. Decisum apud Garz. *d. c. 2. n. 145.*

46. Pœna tamen Concilii contra Canonicos non residentes non procedit in Canonico simplici carente Præbenda. Ric. in *prax. resol. 624. in 2. edit.*

47. Fructus Præbendæ absentium ultra tres menses applicandi sunt in usum Ecclesiæ. Decisum refert idem, *d. cap. 2. num. 146.*

48. Potest Episcopus minuere hanc pœnam ante sententiam, non autem in totum tollere. Garz. *ibid. num. 150.*

49. Residentes in Cathedrali non sunt Parochiani illius Parochi in cujus Parochia domicilium habent. *Ugol. de por. Episc. cap. 15. num. 8.*

V. Residentia num. 2. 3. 4.

A D D I T I O.

1. Potest Episcopus edicere, ne Dignitates, & Canonici sine ejus licentia abesse possint, ne destituatur Chorus. *Congr. Conc. 11. Febr. & 19. Dec. 1628. apud Barbof. de Canon. cap. 20. num. 5.*

2. Potest Episcopus statuere, quota pars Canonicorum ab Ecclesia eodem tempore possit abesse. Decisum referunt DD. *cum Barb. loc. cit. num. 4.*

3. Qui interfunt divinis Officiis in festis tantum diebus, vel in præcipuis tantum sollempnitatibus, censentur non residere, ita ut perdant etiam fructus Præbendæ, *decisum refert Barb. ibid. num. 12. 20. Apr. 1602.*

4. Ad colligendum servitium novem mensium, colligendi sunt ipsi dies residentia, & servitii, sive continui, sive interpolati, *decisum refert Garz. de benef. part. 3. cap. 2. n. 327. & Congreg. Episc. 25. Septemb. 1584.*

5. Pœnæ Conc. contra non residentes competunt iis etiam, qui majori servitio Ecclesiæ quam novem mensium sunt adstricti, si non resideant, *decisum refert idem ibid. p. 144.*

6. Antequam ad privationem in totum procedatur, expectandus est lapsus trium annorum, *decisum refert Barbof. loc. cit. num. 17.*

7. Potest reduci consuetudo longioris vacationis ab Ecclesiæ servitio ad tempus præscriptum a Conc. Trid. *Congr. Rituum 3. Novembris 1602.*

8. Potest Episcopus assumere sibi duos de Collegiata Canonicos, non plures. *Congr. Conc. 9. Septemb. 1628.*

9. Vide septem consuetudines validas in hac materia apud Barbof. *loco cit. cap. 23. num. 11.*

Canonicorum Distributiones.

1. PRO distributionibus, si nullæ sint, aut tenues, separatur tertia pars fructuum, Dignitatum, & Canonice-tuum. *Trid. sess. 21. cap. 3.*

2. Sunt assignandæ omnibus Horis ne negligantur. *Congr. Episc. 6. Novemb. 1584.*

3. Portio certa, & congrua perpetua assignetur omnibus Officiis, & functionibus, *Prov. 4.*

4. Aptus ad Canonicalia Officia statim recipiat distributiones. *Prov. 2.*

5. Ideo intra octo dies a Possessione fiat examen, *ibid.*

6. Admittatur autem cum his conditionibus. *Provinc. 4.* Ut juret, se neque precibus, neque pretio, neque alia ratione curasse, quo minus examen fideliter fiat.

Deinde fiat examen de cantu, & muneribus Chori. Et hoc fiat in Capitulo, duobus de eodem adhibitis, qui jurati de fidelitate eum examinent.

Demum secretis suffragiis decernatur a Capitulo, an admit-tendus sit. Hæc ibi.

7. Idem fiat in admittendis Mansionariis, aliisque ministris, delectis aliquot ex eorum ordine Capitulum decernat ut sup. *ib.*

8. Si fiat, non servata hac forma, irritum sit examen, & nullum. *Prov. 7.*

9. Si quis non idoneus receptus sit, potest Episcopus adhibitis de Capitulo duobus cantus peritis, ipso eligendis, iterum examinare illum, & repertum minus idoneum suspendere a receptione distributionum, & experimentum differre arbitratu suo, *ibid.*

10. Prima vero Dignitas coram Episcopo, seu Vicario, & Præfecto Chori cum uno Canonico subeat examen, nisi Capitulum ipsum solitum sit eandem admittere, uti supra. *Provine. 4.*

11. Distributiones recipiant, qui statis Horis interfuerint; reliqui careant his; exclusa quavis collusione, aut remissione. *Trid. sess. 24. cap. 12.*

12. Gaudeant distributionibus his: nimirum: Dignitas illa, quæ curam exercet animarum extra Civitatem, si illi jurisdictio, administratio, vel Officiorum non competat; & si nulla est consuetudo, vel statutum, ut dicta Dignitas non serviens, aliquid amittat quoad ad tertiam partem dictorum fructuum ascendat. *Trid. sess. 22. cap. 3.*

13. Intervientes Ecclesiis Parochialibus, & habentes legitima beneficia in Cathedralibus, quorum omnes fructus consistunt in distributionibus, possunt omnes percipere: si nullæ præbendæ fuerint distinctæ, & omnes de communi percipiant, nec detur aliquid iis, qui divinis Horis non interfunt. Decisum refert Garz. *p. 3. cap. 2. num. 114.*

14. At, quando salvo debito servitio Parochialium, poterunt etiam intervire Cathedrali, tunc non possunt percipere, nisi quatenus intervirent. Decisum refertur *ibid.*

15. Qui animarum curam exercent, quæ illi Ecclesiæ, cujus

sunt Canonici, imminet in actu nimirum exercendi Parochia-lia, gaudent. Decisum refert Garz. *ib. n. 335. & Congreg. Episc. 24. Novembris 1617.*

16. Item missi ad Limina, seu comitantes Episcopum ad Urbem, ad eadem Limina, de fructibus Præbendæ, & Residentia lucrantur distributiones ex Decreto Sixti V. Decisum refert DD. citati a Barbofa *d. alleg. 53. n. 159.*

17. Item qui visitant Ecclesias mensæ Capitulari unitas. *Congreg. Episc. 14. Octobris 1598.*

28. Item intervientes Episcopo visitanti, debent percipere duas partes distributionum; tertia amissa, si fructus omnes consistunt in distributionibus. Decisum refert Ricc. *ref. 390. n. 4.*

19. Item Subcollectores, Advocati, Procuratores, Fiscales, & Notarii in causis spoliatorum, & jurium Cameræ Apostolicæ, eorum officio durante. Sixtus V. 8. Maji 1590.

20. Concilio generali interessantes, etiam missi nomine Capituli sui. DD. apud Barbofam *supra num. 158.*

21. Duo Canonici electi juxta Trid. *sess. 5. cap. 6.* quando sine fraude tempore Divinorum Officiorum occupantur in Processionibus contra aliquem Capitularem. *Monet. de distribut. part. 2. q. 8. num. 19. in ult. impress.*

22. Item duo electi pro administratione Seminarii, idem *ib. num. 17.*

23. Item ii, qui præficiuntur recognoscendis Indulgentiis. *Idem ib. n. 16.*

24. Item ii duo, qui debent adhiberi in iis providendis, quæ necessaria videbuntur circa Divina Officia, Ecclesiæque Ministros, ex Trid. *sess. 24. cap. 12.* *Monet. n. 18.*

25. Præsentes Congregationi S. Officii. Congregatio Episc. Anno 1584. apud Nald. *V. Officium S. Inquisitionis.*

26. Item alii Canonici eligendi ad alia ex præscripto Tridentini *sess. 25. cap. 6. & cap. 8.* & alibi: sed privilegio opus esse puto, vel consuetudine legitima præscripta, aut statuto a Sede Apostolica approbato, quale habetur Mediolani. *Monet. q. 11. n. 61. & seq.*

27. Examinatores gaudent qui causa examinis absunt. Decisum refert Zecch. *de rep. Eccl. tit. de beneficiis num. 13.*

28. Visitans Ecclesiam, jura, vel redditus suæ Præbendæ. *Monet. d. q. 1. n. 63.*

29. Qui invitatus abesse jubetur ob pestem, vel alium morbum. *Idem par. 2. q. 6. n. 11.*

30. Absens pro utilitate Ecclesiæ. Decisum refert Garzias *d. c. 2. n. 362.*

31. Senio confecti, si alias residere soliti sint. Decisum refert Monet. *p. 2. q. 7.*

32. Infirmi, etiam ex propria culpa, si residere soliti. *Idem q. 6. a n. 19.*

33. Et qui medicinæ causa longius eunt. *Idem ib. n. 10.*

34. Item qui absunt legitime studiorum causa, quando red-ditus omnes in distributionibus consistunt, dempta tertia parte; & iis exceptis, quæ sunt applicata Missis, & defunctorum Anniversariis. Decisum 13. Septembris 1595. Contrarium priori parti refert decisum Monet. *p. 2. q. 10. n. 23.* quacumque facultate absint.

35. Excommunicatus pro causa Ecclesiæ, & jurium defensione. *Gutier. Canon. l. 1. cap. 1. n. 142. 147.*

36. Excommunicatus injuste, si præsens est in loco beneficii. DD. apud Barbofam *l. c. n. 173.*

37. Suspendus injuste, & interdictus. *Monet. p. 2. q. 15. n. 24. 46.*

38. Item carcerati non propria culpa. *Id. q. 5. n. 55. cum seq.*

39. Non gaudent distributionibus hi, qui sacro Ordine debito non initiantur, licet differant ob litem de Canonatu. *Prov. 5. Vide Monet. loco cit. q. 19. Concil. 1.*

40. Qui abest pro servitio Episcopi. *Cong. Ep. 14. Aug. 1590.*

41. Item intervians Episcopo extra Ecclesiam, ead. 11. Septembris 1584.

41. Item associantes suum Prælatum volentem audire Missam, etiam in Cathedrali. Decisum referunt DD. apud Barbofam *alleg. 53. n. 141.*

43. Item comitantes Episcopum alio, nisi Canoniceatus consistat in distributionibus, & tunc illud amittunt, quod intervientibus accrescit. Decisum refert *ib. 5. Decembris 1596. & Congr. Episc. 9. Augusti 1604.*

44. Qui ex officio concionandi, legendive munere lectiones parant, nisi eo tempore, quo munus ipsum obeunt. *Prov. 7.*

45. Qui item absunt per tres menses, non lucrantur distributiones quotidianas distinctas a Præbendis. Decisum referunt DD. apud Barbofam *alleg. cit. n. 124.*

46. Consequuntur eas, si loco Præbendæ succedunt. *Ricc. in praxi resol. 390. n. 2. in 2. edit.*

47. Item non lucrantur ii, qui habentes Cappellanas in titulum, celebrant eo tempore, quo cantantur Officia Divina. Decisum referunt DD. citati a Barbofa *loco cit. n. 134.*

48. Nisi quando iusta sint a suo Superiore, qui tamen debet abstinere. Decisum refertur *ibid.*

49. Non excusatur Episcopus absens, & habens Canoniceatum sibi annexum. *Congreg. Episcop. 12. Novemb. 1591.* secus vero de fructibus Præbendæ, sive massæ communis, qui illi debentur omnino, eadem *ibid.*

50. Neque Vicarius Generalis præsens in Choro extra stalum; & sine habitu Canonicali, eadem 16. Maji 1600.

51. Neque Vicarius Capitularis, aut alii administratores justitiæ, eadem 27. Sept. 1591.

52. Neque Protonotarius Canonicus, si utatur in Choro Rocchetto sub cotta, quo non utuntur alii. Congr. Rit. 12. Decembris 1626.

53. Excusatur autem, si utatur subtana violacea, eadem 14. Jan. 1612. & 11. Decemb. 1627.

54. Neque ii, qui in Choro sunt sine habitu choralis. Prov. 4.

55. Neque ii, qui cum aliis non cantant in Choro, licet domi recitarunt Horas, DD. apud Barbof. loc. cit. n. 131. 132.

56. Neque excusantur Canonici ab Episcopo deputati ad confessiones audiendas in Ecclesia Collegiata non curata, si ea de causa absunt a Choro. Congr. Rit. 25. Januarii 1619.

57. Qui ordine cum aliis Chorum non fuerit ingressus, dimidia parte distributionis sequentis Horæ careat, causa non probata a Chori Præfecto. Provinc. 5.

58. Qui officium inchoaverit, antequam alii ordine intraverint, careat distributione illius Horæ, *ibid.*

59. Qui non venerit in Chorum ante finem Capituli de B. V. si dicitur ejus officium, vel ante finem Psalmi Venite: in aliis etiam Horis ante finem primi Psalmi, pro absente habeatur ab ea Hora, *ibid.*

60. Qui abfuerit ab Officio unius Horæ de B. V. careat distributione assignata Horæ eidem in Officio de Domino. Prov. 4. ex doctrina DD. apud Monet. de distribut. part. 2. quest. 3. num. 6.

61. In Missa Conventuali, nisi venerit ante finem ultimi Kyrie, habeatur absens a Missa. Prov. 5.

62. Pestis causa, non lucrantur distributiones, qui absunt, nisi probetur legitima consuetudo. Decisum refert Garz. d. cap. 2. num. 362.

63. Thesaurarius Capituli ne solvat cuiquam distributiones sine mandato, & notula Punctatorum, multo minus contra justitiam. Prov. 4.

64. Absentium distributiones cedant fabricæ Ecclesiæ, seu pio loco, arbitrio Ordinarii. Trid. sess. 22. cap. 3.

65. Applicantur etiam residentibus, DD. apud Barb. de pot. Episc. alleg. 53. num. 152.

66. Hoc est; quando sunt de fructibus communibus accrescunt inservientibus; quando sunt de redditibus particularibus Dignitatum, & Officiorum, tunc applicantur pio loco. Philiac. r. 1. c. 14. quomodo conciliantur loca præd. Conc. Trid.

67. De vi consuetudinis in hac materia, fuisse, & optime, Monet. loc. cit. par. 2. q. 12. tota 2. ubi favet absentibus per trimestre tantum, num. 54. si est consuetudo quadragenaria, & legitime præscripta, sed vide supra num. 45.

68. De distributionibus acquisitis potest Canonicus libere testari. Monet. sup. p. 3. q. 2. V. Archidiaconus, n. 5. Goadjuvator. num. 27. 28. Doctoralis Præbendarum n. 3. Missa Conventualis n. 1. 9. 14. Pœnitentiarius n. 29. Processio n. 28. Protonotarii n. 11. 12. 13. Punctatores, n. 6. 7. Seminarium Clericorum, n. 27. Spolia Clericorum n. 1. Subsidiium Charitativum, n. 12. Sequestrum n. 3. Suspendio num. 23. Theologalis Præbenda num. 11. 12.

A D D I T I O.

1. Tertia pars fructuum deducenda ex Dignitatibus, & Canonicatibus pro distributionibus, intelligitur, deductis oneribus. Cong. 7. Apr. 1629.

2. Canonicus dispensatus in ætate debet admitti ad distributiones, eadem 10. Julii 1627. 13. Jan. & 15. Sept. 1629.

3. Procurator Capituli pro negotiis Capituli absens lucratur distributiones. Congr. Rit. 21. Augusti 1604.

4. Qui abest pro tuendis juribus Ecclesiæ, vel beneficii sui, lucratur distributiones, decisum refert Garz. in addit. p. 3. c. 2. n. 49. Adsit tamen licentia Prælati sui, ex Trid. sess. 21. c. 1. sine licentia docet Barbof. de Canon. cap. 24. n. 25.

5. Privato injuste debentur omnia. Congreg. Conc. 21. Junii 1625. & Cong. Episc. 26. Maji 1625.

6. Potest ille percipere distributiones, qui a Capitulo gratulationis causa mittitur ad Pontificem, vel Principem, vel Civitatem. Monet. de distrib. p. 2. q. 11. n. 92.

7. in Provincia Mediolanensi ex privilegio Apostolico 20. Octobris 1579. quilibet Canonicus Episcopo Pontificalia munera, seu quicquid aliud ad Ecclesiam suam spectans in Civitate, vel Diocesi exercenti, auxilio est, vel dum idem Canonicus Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ Sacramentum ministrat, vel etiam rem facit sacram in Cathedrali, si de jussu Episcopi prædicta exercent, distributiones, ac si præfens in Choro esset, lucratur, ita testatur Cæsar Specianus in Synodo Cremon.

8. Canonici Cathedralium, qui nondum fecerunt primam residentiam, neque fidei professionem emisissent, non possunt haberi pro præsentibus, licet pro negotiis capituli absentes fuerint. Decisum refert Garz. de benef. p. 3. c. 2. n. 52.

9. Vicarius Canonicus in habitu Prælati amittit distributiones. Cong. Rit. 2. Aug. 1605. 6. Julii 1614.

10. Etiam eas, quæ dantur ob Processiones, ead. saepe 20. Dec. 1601. Febr. 1604. 16. Julii 1607. 7. Aug. 1610. 21. Dec. 1613. 1. Octob. 1614. 4. Aprilis 1620.

11. Idem die de Canonico Protonotario, ead. 27. Jan. 1610. 28. Jan. 1612. 7. Aug. 1621.

12. Idem de eo, qui gestat Rocchettum sub cotta, alii commun. ead. 15. Mart. 1614.

13. Idem de eo, qui locum tenens Episcopi sedet extra suum stallum, ead. 7. Junii & 20. Nov. 1612.

14. Absentibus in servitio Papæ non debentur distributiones. Congr. Conc. 13. Nov. 1627.

15. Neque duobus iis Canonicis, quos potest Episcopus habere in sui servitium, decisum referunt DD. apud Barb. de can. c. 25. n. 5. nisi ex quadragenaria consuetudine ex Sbrozio, & Monet. de distribut. qu. 8. n. 15.

16. Etiam si in duo Canonici comittentur Episcopum in Visitatione. Decisum referunt iidem *ibid.* apud Barb. n. 6.

17. Qui inserviunt Episcopo celebranti Missam planam in Cathedrali, non lucrantur. Cong. Conc. 17. Mart. 1619. nisi teneantur ex consuetudine. Cong. Rit. 28. Apr. 1608.

18. Absens studiorum causa non lucratur distributiones. Decisum referunt DD. apud Barb. loco cit. n. 10. 11.

19. Conciliantur loca Conc. Trid. de distributionibus sess. 21. c. 3. & sess. 24. cap. 12. & sess. 22. cap. 3. ut hic ultimus textus loquatur in Dignitatibus, a quibus Ordinarius tertiam partem fructuum separare potest, & dato, quod distributiones non sint tenues, & a non fervientibus amittantur, locis piis sunt applicandæ. In aliis textibus dicitur, quod, quando distributiones sunt tenues, ut negligentur, applicentur aliis præsentibus proportionabiliter. Decisum referunt DD. cum Barb. de jure Eccl. l. 3. c. 18. n. 89.

20. Accrescunt autem iis tantum, qui vere interfunt Horis Canonicis, non infirmis, neque aliis privilegiatis, *ibid.* n. 90.

21. Non debentur Canonico distributiones, qui fuit Romæ pro negotiis Capituli contra Episcopum. Congr. Conc. Avelina 16. Aprilis 1633.

Canonicorum munera, & præsertim in Choro.

1. Quibus onera sunt annexa Missarum, Evangelii, Epistolæ cantandæ, ii infra annum Ordines suscipiant. Trid. sess. 22. c. 3.

2. Canonici recusantes sumere sacros Ordines debitos, cum ætatem habent, post monitionem privati possunt ab Episcopo. Decisum refert Garz. p. 4. c. 4. n. 22.

3. Possunt, & debent cogi ab Episcopo, ut per se ipsos subeant annexa onera. Trid. supra.

4. Omnes per se, non per substitutos, compellantur obire divina Officia, & Episcopo celebranti, aut Pontificalia exercenti assistere, & inservire. Idem sess. 24. c. 12.

5. Idem in Choro Deum laudent reverenter, & distincte, & devote, *ibid.*

6. Quæ ad divina Officia spectant, Episcopus cum duobus, quorum unus ab Episcopo, alter a Capitulo deligatur, Canonicis providere poterit, nisi formula præscribatur a Conc. Prov. Idem *ibidem*.

7. Licet Episcopus habeat annexum Canonicatum, non tamen tenetur obire functiones Canonicales. Congr. Episc. 16. Junii 1601.

8. Cogendi sunt Canonici ad cantandas Missas iis diebus, quibus debent, ex Institutis, & consuetudine Ecclesiæ ipsorum. Decisum refert Garz. p. 3. c. 2. n. 45.

9. Præfectus eligatur Chori ab Episcopo, vel ejusmodi Officio fungatur ille, qui digniori loco sedet. Prov. 4.

10. Amoveri potest ille arbitrio Episcopi, *ibidem*.

11. Officia alio data nemo recuset sine causa, sub pœna perdendi lucrum sex mensium. Prov. 3.

12. Constituatur Hebdomadarius, qui si suo Officio defuerit, trium dierum distributionibus careat, quas Episcopus arbitrio suo, vel cæteris, operam Choro dantibus, dividat, vel in pium usum conferat, tributa parte illi, qui supplevit. Prov. 1.

13. Prima Sedes in Choro conceditur Hebdomadario parato tantum. Cong. Rit. 22. Aug. 1626.

14. Alii Officiales priventur distributionibus, qui per se non funguntur Officio, nisi sint legitime impediti, & obtenta licentia a Præfecto, seu Ordinario. Prov. 1.

15. Absente Episcopo, Benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis fiant per eum, qui cantaturus est Missam. Congr. Rit. 12. Junii 1627.

16. Dignitates nolentes cantare pro absente Episcopo, impeditæ legitime, possunt stare in stallis, eadem *ibid.*

17. Tabella adsit Horarum pro campanis pulsandis pro varia temporum ratione. Prov. 4.

18. Ne detur signum communium Officiorum ante signum Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ loci, excepto Matutino, quod non ubique eodem tempore dicitur. Prov. 1.

19. Matutinum Vesperti non dicatur, exceptis diebus ex instituto Ecclesiæ, *ibid.*

20. Dicatur in Choro, vel hyeme in Sacristia, vel alibi de licentia Episcopi, *ibid.*

21. Prima, oriente Sole, vel paulo post, *ib.*

22. Horæ dividantur cum intervallo, *ib.*

23. Pulsata campana, luminibusque accensis Officium ne differatur ad instantiam alicujus, & Hebdomadario absente, Major jubeat alteri, ut incipiat. Congr. Episc. 18. Apr. 1617.

24. Quod præscribitur in Cæremionali, ut Canonici de Sacristia egrediantur bini, intelligitur in solennitatibus. Cong. Rit. 12. Junii 1628.

25. Ad Majorem in Choro spectat intonare initium Officii, per Pater noster, & idem, eo finito, dabit signum, ut incipiat Hora. Congr. Episc. 16. Apr. 1617.

26. Idem dicit: Dies, & actus, &c. Adjutorium &c. Dominus nos Benedicat, &c. Noctem quietam, &c. Benedicat, & custodiat,

diat, &c. Dominus det nobis suam pacem; nisi alia sit consuetudo. Ead. *ibid.*

27. Nemo, dum celebrantur Officia divina, extra Chorum cum cotta, vel sine ea permaneat; neque in Choro in scripturas legat, scribat, aut impertinentia agat, sub poena absentia. Ead. *ibid.*

28. Nemo egrediatur, etiam expleto Officio antequam finis signum a Majore detur, *ibid.*

29. Plures, quam duo, pro qualibet vice ne deserant chorum, aliis existentibus in choro, & in egressu, ac regressu reverentiam Majori exhibeant, causam Punctatori significant, alias punctentur, *ibid.*

30. Ne chirothecæ in Choro adhibeantur. Prov. 4.

31. Neque pileus pro biretto, sub poena absentia. Prov. 1.

32. Ad Horas omnes, ardeant in Altari duæ saltem Candelæ. Cong. Episc. 7. Aug. 1595.

33. Officium duplex, & Dominicale cum cantu recitetur, non solis verbis; Psalmi sine cantu in Matutino minus sollemni poterunt dici: ad Laudés, ii cantentur. Prov. 4.

34. Consuetudo cantandi omnia retineatur, *ibid.*

35. Cantanda a Musicis prius probentur ab Episcopo. Pr. 3.

36. Laici Cantores sint in habitu Clericali. Prov. 1.

37. Organum tantum, non alia instrumenta adhibeantur. Prov. 4.

38. Edantur Regulæ de disciplina Chori, cum poenis. Pr. 5.

39. Uniformitati consulatur, in stando, sedendo, genuflectendo, &c. Prov. 1.

40. Tabella item habeatur in Sacristia, in qua præscribatur singulis, quid agendum sit, *ibid.*

41. Quamvis Præbendæ non sint distinctæ, convenit tamen, ut fiat distinctio pluvialium, planetarum, & dalmaticarum, in sollemnioribus. Congr. Rit. 15. Mart. 1608.

42. Qui peccarit in hoc genere, distributiones amittat Horæ, in qua peccaverit. Prov. 1.

43. Magister Chori, vel Cæremoniarum ab Episcopo de consensu Capituli constituatur, communi sumptu, si opus erit. *ib.*

44. Mansionarii in suo munere contumaces, vel negligentes, pro modo culpæ a præfecto Chori puniantur in distributionibus, *ibid.*

45. Se invicem revereantur Canonici, qui & venienti Canonico in Chorum assurgant. Cærem. Episc. l. 1. c. 18.

46. Et qui gestant almutium, dum assurgunt, a scapulis ad brachia demittant, *ibid.*

47. Canonico surgente, ut cantet Antiphonam, vel aliud faciat, surgent alii Canonici de eodem Choro. V. Cærem. Ep. *ib.*

48. In feria 5. Coenæ Domini communicent omnes Canonici, & alii ad Missam sollemnem. C. Rit. 27. Sept. 1608.

49. In Missa etiam privata, abstineant ab usu annuli, eadem 20. Novemb. 1628.

50. In Sacramentorum administratione ne adhibeat rochetum, & cappam, si iis utantur in choro, sed cottam, & stolam, eadem 12. Julii 1628.

Pro Canonico mortuo Missa fiat conventualis. Prov. 4.

V. Archivium. num. 6. 12.

Exequia Ecclesiasticorum. num. 4. 7. 11.

Judex Synodalis. num. 3. 4. 10.

Missæ Conventualis. num. 1. 2. 24.

Præcedentia. num. 21. 28. 31. 32. 37. 38. 39.

Processio. num. 6. 34.

A D D I T I O.

1. Annus Canonici ad ordinem suscipiendum incipit a die habitæ possessionis, dummodo per eum non steterit, quo minus antea possessionem perceperit. *Decisum* 13. Sept. 1631. *refert* Barbof. de Canon. cap. 16. num. 7.

2. Canonici digniores debent sedere in sedibus, quæ sunt viciniore Episcopali sedi. Cong. Rit. 15. Mart. 1608.

3. Canonici non debent ascendere ad stallum Dignitatum, si absint, ead. 18. Mart. 1618.

4. Canonici locum tenens Episcopi debet in choro sedere in suo stalli Canonicali, ead. 7. Jun. & 10. Nov. 1612.

5. Ante Dignitates non debet poni pulvinar cum tapete, sed sedeant in suis stallis, sicut Canonici; quandoque ratione Dignitatis potest dari pulvinar de corio tantum, ead. 24. Mart. 1612.

6. Canonicus Protonotarius in habitu Prælatitio sedet separatim ab aliis Canonici, ead. 30. Apr. 1604. 23. Mart. 1619.

7. Ne gestet Rocchettum sub cotta, si alii cottam tantum, ead. 15. Martii 1614.

8. Neque Crucem militarem super habitum Canonicalem, ead. 2. Octobr. 1601.

9. Cantoris munus, est distribuere lectiones, Antiphonas, & Prophetias, ead. 6. Decembris 1616.

10. Potest assumere Vicecantorem ab Episcopo approbatum, qui non sit de iis, qui alioquin in Choro adesse debent, ead. 19. Martii 1611.

11. Canonici tenentur psallere, alias non satisfaciunt obligationi suæ. Congr. Concil. 20. Apr. 1602. *Apud* Barb. de Canon. cap. 20. num. 13.

12. Potest Episcopus cogere Canonicos ad discendum cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum, Cong. ead. 6. Maji 1628. *apud* eundem *Barbosam*.

13. Alta voce debent cantare Canonici; sed non potest eos Episcopus cogere. Cong. Rit. 23. Novemb. 1602.

CAU. Tom. III.

14. Officium in Choro dato signo est inchoandum, non expectato Vicario Generali, ead. 2. Febr. 1606. nec est inchoandum tamen statim dato signo, sed elapsa tertia horæ parte post signum datum, ead. 3. Sept. 1605.

15. Aquæ asperio facienda est sigillatim quibuscumque Dignitatibus, & Canonicis, incipiendo ab iis, qui in dextro sunt cornu, non unico ictu in circulum, eadem 20. Decembris 1601. pro Ecclesia Perusina.

16. Non convenit, quod prima Dignitas celebret Missam ante Processionem Sanctissimi Sacramenti, & deinde altera Dignitas minor illud gestet in Processione, ead. ult. Jul. 1623.

17. Diaconum, & Subdiaconum in Missa debere esse ejusdem ordinis cum Celebrante, & contrariam consuetudinem esse abusum censuit eadem 7. Sept. 1593. 14. Februar. 1615. 8. Febr. 1631. 31. Mart. 1629. 8. Mart. 1631. In Vesperis fervetur Cæremoniale Episcoporum l. 2. c. 3.

18. Canonici non debent inservire per alios, nisi sint legitime impediti, & tunc Dignitates per Dignitates, Canonici per Canonicos, ead. 18. Mart. 1602.

19. Vices Canonicorum, & aliorum inferiorum non suppleant Dignitates, sed bene inferiores pro Dignitatibus, eadem 3. Junii 1617.

20. Si vero Dignitas ex consuetudine obtineat simul Canonicatum, vel portionem, debet munera his incumbentia facere, etiamsi talia sint, a quibus Dignitates alioquin immunes sunt, eadem 1. Maji 1602. 18. Maji 1602.

21. Dignitates, quæ habent Præbendas cum onere cantandi Evangelium, seu Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus, eadem 10. Januarii 1604.

22. Diaconus, etiamsi sit ex Dignitatibus, debet incensare alios, & incensare post Canonicos, & Magistratum sæcularem, non autem Mansionarios, quos incensare debet alius Cappellanus, seu Magister Cæremoniarum pro loci consuetudine, ead. 10. Junii 1600.

23. Cum Antiphonæ præintonantur, omnes ab utroque latere Chori surgere debent juxta Cæremoniale, non obstante consuetudine, ead. 23. Martii 1602.

Canonicorum munera erga Episcopum.

1. Episcopo celebranti, aut Pontificalia exercenti, compellantur Canonici assistere, & inservire. Tridentin. *sess.* 24. c. 12.

2. Etiamsi titulo vacationis absint, & revertentes puniatur Episcopus. *Decisum* refert Garz. p. 3. n. 496.

3. Canonici Collegiarum Ecclesiarum non tenentur inservire Missæ Pontificali in aliena Ecclesia, neque interesse in Cathedrali in festis principalibus, deferentes Ecclesiam propriam. Cong. Episc. 20. Julii 1692.

4. Assistentia, quæ fit ad Missam, & Vesperas fiat cum pluviali. Congreg. Rit. 3. Augusti 1602.

5. Assistentia duarum Dignitatum ad sedem Episcopi, congruit, quando Præbendæ non sunt distinctæ, eadem 19. Maji 1607.

6. Ut parent se Canonici ad Missam Pontificalem, & alia, provideantur, vel communi sumptu Capituli, vel alia ratione. Prov. 4.

7. Venientem Episcopum ad Horas Canonicas debent Canonici in habitu Canonicali ex ea aula vel camera, quam ad hoc destinaverit, comitari, & deducere. Cærem. Episcoporum. l. 1. c. 15. Canonici in hoc casu sequuntur Episcopum bini, *ibidem*.

8. Non debent cogi sub poena excommunicationis ad associandum Episcopum. Congr. Episcop. 28. Maji 1584.

9. In porta Ecclesiæ dignior ex Capitulo porriget Episcopo aspersorium cum osculis. Cærem. sup.

10. In porta Ecclesiæ Collegiæ porriget ei aspersorium Prior Collegiæ, non prima Dignitas in Cathedrali. Cong. Rit. 15. Martii 1608.

11. Inchoatis Horis, si venit Episcopus, obviam eant illi quatuor, aut quinque Canonici, ead. 4. Julii 1615.

12. Non debet assistens Episcopo deponere birretum de capite, sed ipse sibi detrahit, eadem 21. Augusti 1604.

13. Neque debent Canonici genuflectere ad ejus benedictionem, eadem 4. Maji 1612.

14. Ordinarie vero Canonici caput, & humeros profunde inclinant Episcopo. Cærem. Episc. l. 1. c. 18. id est, Cathedralis Ecclesiæ.

15. Beneficiati, & alii genuflectunt, *ibid.*

16. Episcopus non debet in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu, C. Rit. 10. Jan. 1604.

17. Circulum etiam faciunt ante Episcopum cum in Sacratio, vel alibi paramenta sumit. Cærem. Episc. l. 1. c. 21.

18. Tum in Missa, cui interfit Episcopus, ad Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Agnus Dei, *ibid.*

19. Nisi adsit Legatus, vel Metropolitanus, *ibid.*

20. Sed ipsi soli Canonici, non autem Vicarii Generalis. S. Rit. Congregat. 28. Septembris 1630.

21. De suppleendis vicibus Canonic. circa Episcopum, vide Cærem. Episcopum l. 1. c. 26.

22. In egressu de Ecclesia post Concionem, si Officium Missæ adhuc restat finiendum, quatuor, aut quinque Canonici associant Episcopum usque ad portam, si vero est finitum, omnes comitentur

tentur eum ad portam, & redeant in chorum ad Horas. Congr. Rit. 4 Julii 1615.

23. Si in martello comitentur Episcopum Cardinalem, Canonici eant ante illum, ead. 4. Julii 1626.

24. Vicario Episcopi cantanti Missam sollempnem non ministrant Canonici; neque sit circulus ante ipsum. Congr. Episc. 8. Martii 1595.

V. Conductor Episcopi n. 7. 10. 13.

Functiones Episcopales n. 17.

Subsidium charitativum n. 11. 12.

Synodus Dioecessana num. 19.

A D D I T I O.

1. Tenentur Canonici in habitu canonicali accedere ad domum Episcopi, & illum associare ad Ecclesiam cum cappa accendentem, & eundem in reditu comitari. *Congreg. Rituum ex debito 16. Julii 1605. 8. Maji 1617. 19. Januar. 1619.*

2. Etiam si distet per spatium 60. passuum, ead. 14. Decemb. 1602. 5. Julii 1603.

3. Imo, & per spatium 116. passuum, ead. 10. Jan. 1604.

4. Item & per spatium 160. passuum, ead. 10. Aug. 1622.

5. Si vero Palatium longius distet, debet Episcopus associari ex aliquo loco ad hoc deputato prope Ecclesiam, vel ex atrio Ecclesiae, aut scalis, ead. 16. Maji 1601.

6. Sed in Sollemnioribus tantum diebus, quibus cum cappa voluerit accedere ad Officia divina, ut assistat, ead. Novembris 1601. 4. Julii 1615.

7. Canonici hæc præsent in iis festis, quæ numerantur in Ceremoniali Episcoporum, l. 2. c. 1. & 34. ead. 18. Martii 1623.

8. Et his diebus tenentur associare Episcopum, licet non utatur cappa, quando pro loci consuetudine, aut alias uti non solet cappa, aut ejus vice alium habitum deferre consuevit, ead. 8. Martii 1600.

9. Sed ubi est consuetudo, quod quoties Episcopus cum cappa accedit ad Ecclesiam, etiam in Festis per annum, semper eum associet a camera deputata, & in reditu usque ad portam Palatii, ead. 20. Januarii 1610.

10. Quæ dicta sunt, intellige quoque de Dignitatibus, ead. 21. Aug. 1601.

11. In aliis casibus satis est si aliqui occurrant ad ostium Ecclesiae, & abeuntem comitentur usque ad ostium, ead. 20. Decemb. 1601. 2. Mar. 1602. 24. Octob. 1604. 16. Decemb. 1606. 30. Januar. 1610. 12. Martii 1618. 19. Jan. 1619. 29. Maji 1621.

12. Debet Episcopus certam horam sui adventus statuere, & significare, eadem 16. Maji 1601. 4. Julii 1615.

13. Et tunc non veniente Episcopo, poterit officium inchoari, ead. 16. Jan. 1605.

14. Post inchoatum officium venienti Episcopo satis est, si quatuor, aut quinque Canonici ei obviam eant, ead. 16. Januar. 1605.

15. Idem fiat, si post decantatum Evangelium concio habeatur, & tunc veniat Episcopus, ead. *ibid.*

16. Et finita concione, si discedat, tres, aut quatuor illum comitentur usque ad portam Ecclesiae, ead. *ibid.*

17. Si post finitam Missam velit discedere, & Hora sit adhuc recitanda in Choro, Canonici omnes comitentur eum usque ad portam Ecclesiae, & redeant in Chorum, ead. *ibid.*

18. Finito Officio, sufficit, ut Canonici eum associet extra portam Ecclesiae, ead. 28. Sept. 1602. vel usque ad primum atrium, seu portam domus Episcopi, quando est contigua Ecclesiae, ead. 16. Junii 1605. 5. Januar. 1603.

19. Non tenentur omnes Canonici associare Episcopum ab eo Altari, in quo Missam planam celebravit, ad sedem Episcopalem, si voluerit Missæ conventuali assistere, ead. 5. Julii 1603.

20. Neque tenentur, nisi ex urbanitate, associare Episcopum venientem ad cameram capitularem, ead. 16. Julii 1605.

21. Dignitates tenentur associare Episcopum cum Canonicis ex debito, licet Cereemoniale Episcoporum nominet tantum Canonicos, ead. 10. Jan. 1609.

22. Canonici non debent assistere hinc inde in eundo, nisi Episcopus sit paratus cum Mitra, ead. 3. Aug. 1602.

23. Prima Dignitas debet assistere Episcopo celebranti, etiam si sit unica, ead. 12. Decemb. 1620.

24. Et dum assistit etiam in alia Ecclesia, censetur præfens in Choro, eadem 15. Martii 1608.

25. Duorum Canonicorum assistentia semper convenit Episcopo, sive celebret ipse, sive assistat Divinis, eadem 10. Maji 1608.

26. Et eo magis quando est paratus cum Mitra, ead. 30. Aug. 1602. 21. Aug. 1604.

27. Et intelligitur de ordinario loci tantum, eadem 9. Maji 1606.

28. Debent hi duo eligi ex numero Diaconorum, si Præbendæ sint distinctæ, ead. 23. Maji 1603.

29. Alias duæ dignitates post primam, vel duo Canonici digniores, ead. 1. Julii 1601.

30. Assistentes Episcopo, licet minus digni, præferuntur omnibus aliis, eadem Maji 1602.

31. Et ante Dignitates thurificantur, ead. 20. Septemb. 1602.

23. Maji 1603.

32. Item & ante Magistratum, ead. 2. Mar. 1602.

33. Assistens presbyter debet Episcopum thurificare ad sedem, quicumque ille sit, non Diaconus Evangelii, ead. 19. Maji 1607.

34. Consuetudo, ut Dignitates, & Canonici mitram, gremiale, baculum, thuribulum, & similia ministrent Episcopo, servanda est, ead. 5. Junii 1603.

35. Et Archidiaconus sustinens baculum Episcopi thurificandus est post Diaconos Assistentes, ead. 28. April. 1607.

36. Etiam si sit primus Archidiaconus, & habeat alias prærogativas, ead. 18. Jan. 1608.

37. Non convenit, quod prima Dignitas assistat Episcopo apud sedem, & secunda Dignitas pro prima penitus impedita assistat ad Altare, Episcopo Missam cantante, eadem 31. Julii 1632.

38. Ad regendum chorum destinatus non est dimovendus a Choro, ut assistat Episcopo, ead. 6. Septemb. 1603.

39. Celebrantes Missam Canonici coram Episcopo non debent sedere in sede cum postergali, sed in scamno oblongo tapete, vel panno cooperto in latere Epistolæ, eadem 19. Maji 1614.

40. Episcopo Missam privatam celebranti in Cathedrali non tenentur Canonici assistere, si assistunt, amittunt distributiones, si eo casu absunt a Choro, *Congregat. Conc. 17. Martii 1619.*

41. Nisi ex consuetudine teneantur. *Congreg. Rit. 28. Aprilis 1608.*

42. Prima Dignitas det candelam Episcopo in Festo Purific. B. V. ead. 28. Maji 1616.

43. Et Episcopus det candelam statim primæ Dignitati ante Vicarium Generalem, ead. 14. Junii 1608.

44. Superveniente digniore Canonico, qui assistit minori, cedat illi locum assistentiæ, ead. 20. Junii 31. Aug. 1632.

45. Assistentiæ ratio non habetur in receptione cinerum, candelarum, & palmarum, sed quilibet accipiat secundum prærogativam Ordinis, ead. 23. Maji 1603. modo sint omnes parati, qui præferuntur aliis non paratis.

46. Facienti Episcopo Ordinationes, privatim debetur assistentia. ead. 19. Maji 1607.

47. Diaconus, & Subdiaconus accipiunt pacem ab Episcopo celebrante, post Diaconi assistentes, ead. 15. Mar. 1608.

Canonicorum Aedes.

1. **H**abitent ibi Canonici. Prov. 1.

2. **Q**ui foris pernoctaverit, mulctetur distributione unius diei. Prov. 3.

3. De nocte post primam horam sine justa causa non exeant, & eo casu cum lumine. Prov. 1.

4. Si atrium claudi possit, una clave concludatur ab eo servanda, quem Episcopus elegerit. Prov. 4.

5. Quando aperienda porta, & claudenda, statuat Episcopus, *ibid.*

6. Ne locentur exteris sine licentia Episcopi, *ibid.*

7. Canonicorum Aedes Laicis locantes, cogendi sunt locare, justa mercede, Canonicis residentibus, itaut hi præferantur aliis; cessantque omnia privilegia inquilinatus. Decisum refert Nald. V. *Canonicus n. 18.*

8. Reparantur fructibus Præbendarum. Prov. 1.

Canonici Regulares.

1. **I**n actibus publicis, & privatis sufficit, ut dimissa tantum superiori veste nigra, remaneant in Rocchetto absque alio superpelliceo, si concurrant cum Cassinensibus. Congr. Episc. 1. Septemb. 1603. * Decreto impresso, & hoc illis conceditur coram Episcopo in Congregationibus.

2. In processionibus publicis uti possunt Rocchetto, & superpelliceo, *Congreg. Rituum 28. August. 1628.*

3. Non admittuntur ad concursum, neque ad curam Parochialem sine dispensatione Sedis Apost. Cong. Episcop. 1. Septemb. 1603.

V. *Fidei Professio n. 5. Judex Synodalis, n. 6.*

Capellanus.

1. **S**emel examinatus, & approbatus, quoad scientiam ab Ordinario, nulli examini deinde de scientia subijci debet. Congr. Episc. 7. Julii 1615.

2. Capellani Regii subduntur Episcopis, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis. *Trid. sess. 24. cap. 11.*

V. *Filii Clericorum illegitimi num. 9. 17. 19. Hora Canonici n. 3. Missa n. 5. 6. 7. 8. & ibi multa. Monialium Cura spiritalis, a n. 31. ad 37.*

Capitulum.

1. **E**piscopus potest convocare Capitulum, & vota exquirere, & concludere, non Vicarius. *Trid. sess. 25. c. 6.*

2. Et ad libitum, dummodo non proponat de re ad commodum suum, vel suorum spectante. Decisum refert Barboz. *alleg. 73. n. 16.*

3. Non in iis casibus potest, in quibus non potest esse Judex. *ibid.* Decis. refertur, n. 18.
4. Neque potest cogere illud in Palatio suo, si fieri solet in Sacristia, Cong. Episc. 1. Febr. 1583. & Decisum refert a Congr. Conc. Trid. Zerol. p. 2. V. cap. 2.
5. Idem potest facere Vicarius ex causa Cong. Episc. 16. Maji 1600.
6. Major item Capituli convocare potest, quandocumque sibi videbitur expedire pro servitio Ecclesiae, diebus tamen solitis, & ad hoc destinatis; neque debet omittere, quando per Canonicos instatur, ut convocetur. Congreg. ead. 6. Octobris 1617.
7. Neque potest major de Capitulo impedire libertatem Capitulo faciendi Decreta, nisi quantum valet pro unico voto. Ead. 13. Mart. 1615.
8. Neque tempore Horarum Canonicarum potest cogi Capitulum, maxime ad exigendam rationem administrationis a Canonicis. Cong. Conc. 1. Febr. 1593.
9. Nisi adfit evidens necessitas, non fiat tempore divinarum Officiorum, sub poena, quod priventur distributione Horarum, seu Horarum, a quibus aberunt. Prov. 1.
10. Neque diebus festis convocentur, nisi probabilis causa intercedat. *ibid.*
11. Episcopus non habet vocem in Capitulo. Decisum refert Barb. *loc. cit.* num. 17.
12. Nisi sit Canonicus, & tunc sedebit post Praesidem Capituli. Riccius in *Praxi dec.* 475. num. 7.
13. Vocem in Capitulo non habet, qui est Subdiaconus. Trid. *sess.* 22. cap. 4.
14. Potest tamen hic interesse Capitulo, ut discat, non tamen suffragium ferat. Congr. Episc. 15. Julii 1585.
15. Canonicus dispensatus in aetate, censetur dispensatus etiam in voce. Nald. V. *Canonic.* num. 1.
16. Habens duas voces in Capitulo non potest eas dividere, sed uni, & idem dare debet. Idem *ibid.* num. 7.
17. Omisio professionis fidei non privat Canonicum voce Capitulari. Decisum a Congr. Conc. 27. Aprilis 1595.
18. Exeant de Capitulo ii, de quibus agitur. Congr. Episc. 13. Mart. 1615.
19. Potest Capitulum mutare, declarare, revocare propria Decreta; dummodo eadem solemnitas intervenerit in praedictis, quae in Decretis. Ead. *ibid.*
20. Non potest Capitulum, aut Clericus alicujus Ecclesiae eligere sibi Protectorem. Eadem 24. Augusti 1594.
21. Officium commissum a Capitulo non recusetur, alias quantum pecuniae caperet, per sex menses serviendo Ecclesiae tantundem amittat. Prov. 3.
22. Non duret ultra biennium, nisi de Episcopi consensu sine praedictis privilegii, aut probatae consuetudinis. *ibid.*
23. Capitula ipsa recipiant, & observent Decreta Conciliorum Provincialium suae Provinciae. Prov. 4.
24. De temporalibus agatur, ita, ut quae in uno Capitulo proponuntur, decernantur in seq. *ibid.*
25. Si non potest differri, triduo saltem ante, & res, & causa significetur. *ibid.*
26. Si adhuc citius est agendum, praemoneantur omnes. *ibid.*
27. Ne bona confundantur, praebendae singulae Sancti alicujus titulo distinguantur, *ibid.*
28. Non tamen Canonici appellentur titulo Sanctorum, quod solis convenit Cardinalibus, *ibid.*
29. Non liceat Canonicis conducere bona Capituli, neque per interpositam personam sub poena nullitatis contractus, *ibid.*
30. Neque eorum consanguineis secundo gradu conjunctis, *ibid.*
31. Pro lite sustentanda nomine Capituli sumatur pecunia e massa praebendarum, non distributionum. Congr. Episc. 8. Maji 1590.
32. Cancellarius acta scribat in certo libro, qui in Archivio reponatur. Prov. 4.
33. Si non est Cancellarius, eligatur ad biennium, *ibid.*
34. Notarii opera adhibeatur in litibus, & instrumentis conficiendis. *ibid.*
35. Litterae, quae ad Capitulum dantur, a Capitulo aperiantur; sed expediret eligere Capitulariter unum, aut alterum ex Canonicis, qui eas statim aperiant. Congr. Episc. 13. Martii 1615.
36. Sigillum Capituli conservetur in capsula, quae duabus clavibus obsignetur, quarum altera sit apud electum a Capitulo, altera pene majorem Capit. Ead. *ibid.*
37. Capitulum Spirituale unaquaque hebdomada habeatur, in quo agatur de defectibus Chori, vita, & honestate Clericorum, lectis opportunis libris. Prov. 2.
38. Stata oratio, fiat ante, & post Capitulum, Prov. 3.
39. Singulis mensibus fiat, Episcopo praesente, *ibid.*
40. Teneantur Canonici adesse sub certa poena, *ibid.*
41. Ordine sedeant cum habitu choralis, & modeste se gerant, *ibid.*
42. Pro correctione Capituli exempti initio anni eligantur a Capitulo duo, de quorum consilio, & assensu Episcopus, aut Vicarius teneatur procedere usque ad finem causae: Notarius sit ipsius Episcopi, & tribunal ejusdem. Trident. *sess.* 25. cap. 6.

43. Unum sit tantum utriusque votum, & potest alter Episcopi accedere in casu discordiae, lege textum. Trid. *loc. citato.*
44. Contra Portionarium habentem vocem in Capitulo exempto, poterit Episcopus procedere sine adjunctis. Decisum refert Barbos. *alleg.* 73. num. 10.
45. In criminibus ex incontinentia, & in atrocioribus ubi de fuga timetur, potest Episcopus initio ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere. Trid. *loc. cit.*
46. Nullum jus habet Capitulum eligendi Fiscalem, licet habeat jus eligendi duos Canonicos, ut supra. Decisum refert Barb. *loco cit.* num. 8.
47. Episcopus autem potest assumere suum Fiscalem, vel alium ad libitum deputare. Decisum refertur *ibid.* V. *Coadjutor* num. 26. *Concilium Provinciale* num. 10. 12. 55. *Interdiktum*, num. 1. *Theologalis Praebenda* num. 19. *Visitatio inferiorum Episcoporum* n. 2. *Visitatio circa Canonicos exemptos per totum.*

A D D I T I O.

1. Licet Praesidens non sit in sacris, potest convocare Capitulum. Congr. Conc. apud Garz. de *benefic. part.* 3. cap. 4. num. 26.
2. Capitularia negotia non possunt a Decano, prima Dignitate, vel aliquibus tantum Canonicis, caeteris non vocatis, decerni, nec extra locum Capitularem. Congreg. Rit. 7. Octobris 1619.
3. Neque est necessaria licentia Episcopi, si sine ea convocari solet. Congr. Episc. 20. Augusti 1601.
4. Et quatenus est necessaria licentia juxta solitum non potest Episcopus cogere Canonicos ad dicendum, quae negotia proponere velint, ead. 25. Febr. 1603.
5. Potest tamen cogere eos poenis, & censuris ad praestandam sibi copiam Actorum Capitularium, ead. 6. Mart. & 22. Apr. 1596.
6. Vicarius Episcopi, eo absente, non potest intervenire. Trid. *sess.* 25. cap. 6. & *decis.* refert Massob. de *Synod.* cap. 4. *dub.* 43. num. 35.
7. Si vero sit de Capitulo, debet inde exire, ubi tractandum sit de rebus ad suum, vel Episcopi commodum. Congr. Ep. 1. Jan. 1584.
8. Ubi permanere sibi licet, sedeat in proprio loco. *Abb. cons.* 21. vol. 1. *contra Martam voto* 101. num. 2.
9. Vicarius Capituli non Canonicus, sede vacante, sedere debet post primam Dignitatem. Congr. Rit. *in mense Septembris* 1630.
10. Canonicus Protonotarius in habitu Praelatio non est recipiendus in Capitulo, eadem 6. Martii 1610.
11. Canonicus non in sacris constitutus vocem in Capitulo non habet, neque hoc ipsum praescribere potest, aut aliquo pacto acquirere, Congreg. Conc. 20. April. 1602.
12. Neque vocem activam. *Less. de just. lib.* 2. cap. 34. num. 105.
13. Ei, qui requisitum Ordinem non habet, concedit vocem passivam. Garz. *part.* 3. cap. 4. *in addit. sub* num. 15.
14. Neque in Capitulo Collegiarum, licet in aetate minori possit esse Canonicus. Congr. Conc. 8. August. 1621.
15. Male promoti, donec suspensi, non habent vocem: Barb. de *can. cap.* 4. num. 1.
16. Neque censurati juste. Idem *ibid.* num. 3. & *seq.*
17. Neque violentantes interdictum personale, vel locale scienter. Idem *ibid.* num. 8.
18. Neque irregulares ratione Ordinis, *ibid.* num. 9.
19. Potest habere vocem Praelatus principalis Ecclesiae Collegatae, licet non sit in sacris. Garz. *in addit. cap.* 5. *sub* num. 26.
20. Non autem prima Dignitas, quae in sacris non est, licet possit convocare Capitulum. Decisum refert Garz. *ibid.*
21. Capitula ne fiant, dum celebrantur Officia divina. Congr. Rit. 17. Nov. 1600. si fiant, amittuntur distributiones, ead. *ibid.*

De Auctoritate Capituli.

22. Consensus Capituli requiritur in administratione bonorum Ecclesiae, quamvis soli Praelato concessa specialiter videatur. DD. cum Barb. de *can. cap.* 42. num. 3.
23. Item in alienatione rerum Ecclesiasticarum. DD. *ibid.* num. 7.
24. Item in unione unius Ecclesiae alteri Ecclesiae, seu Dignitati, vel Praebendae alteri Episcopo faciendae, vel saltem post unionem. DD. *ibid.* num. 8.
25. Etiam ubi unio fit ab Episcopo uti delegato Sedis Apostolicae. Decisum refert Garz. de *benef. part.* 12. cap. 2. num. 158.
26. Item in omni negotio, quod concernit praedictum Ecclesiae Cathedralis, seu interesse Capituli, & in iis, quae spectant ad Episcopum, & Capitulum simul, Barb. *loco cit.* num. 14.
27. Consilium vero Capituli requirendum est in Episcopi tractatibus, vel negotiis, ut in institutionibus, & destitutionibus

ibus beneficiorum; in dispensationibus, & confirmationibus, & in aliis Ecclesiarum negotiis arduis. Idem, *ibid.* n. 19.

28. Item in Processionibus edicendis, dirigendis, & deducendis, *Congr. Rit.* 28. Martii 1628. 28. Sept. 1630.

29. Potest Capitulum ex manifesta, & rationabili causa, etiam Collegiata, nedum Cathedralis, cessare a Divinis si Episcopus consentiat, DD. cum Barb. *loc. cit.* n. 25.

30. Expensæ pro litibus capituli sunt extrahendæ ex communi massa omnium reddituum Canonicorum, tam ratione distributionum, quam Præbendarum. *Congr. Conc.* 15. Apr. 1628. apud Barbof. *loc. cit.* c. 24. n. 24.

Capitulum Sede Vacante.

1. **C**UM primum Ecclesia vacaverit, a Capitulo indicantur supplicationes, & præces publice, & privatim pro bono Pastore deligendo. *Trid. sess.* 24. cap. 1.
2. Capitulum, ubi fructum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum unum, vel plures decernat. Idem, *ibid.* c. 6.
3. Item infra octo dies a morte Episcopi constituat Vicarium, vel existentem confirmet. Idem *ibid.*
4. Octo dies currunt etiam a die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam. Decisum refert *Quar. in summa Bullar. V. Capitulum Sede Vacante n. 3. Terminum, &c.*
5. Et ante deputationem administrabit totum Capitulum. *Quaranta ibid. n. 2. V. Archidiaconus n. 4.*
6. Alioquin ad Metropolitanum devolvitur deputatio, vel si Metropolitana, aut exempta fuerit, ad antiquiorem respectu Metropolitanæ, ad proximiorum Episcopum respectu exemptæ, etiam Oeconomi, quam Vicarii. *Trid. supra cap. 6.*
7. Qui saltem in jure Canonico sit Doctor, vel Licentiat, vel alias idoneus. Idem *ibid.*
8. Potest eligi Curatus can. Congregatio Episcop. 19. Martii 1619.
9. Non Regularis persona, eadem 8. Maji 1615. 12. Aprilis 1619.
10. Neque Archidiaconus alienæ Ecclesiæ, eadem 19. Maji 1617.
11. Si plures nominentur Vicarii, magis idoneus, & habens qualitates concilii erit præferendus. Decisum refert *Quar. loc. cit.* n. 2.
12. Plures Vicarii eligi possunt, si adest consuetudo legitima. Decis. refert Idem, *ibid.* n. 9.
13. Cæteris paribus erit præferendus idoneus de Capitulo, & non exterius Decis. refert Idem, *loc. cit.* n. 6.
14. Si Canonicus non est, præfertur Vicarius Capitularis Archidiacono, & aliis. Barbof. *alleg.* 54. n. 167.
15. Neque potest revocari. Decis. refert *Ric. in Collect. dec. p. 5. Collect.* 1602. *in fine.*
16. Et causa judicanda erit a Sacra Congregatione supra causis Episcoporum. Decisum ab eadem refert *Quar. loc. cit.* 1. Septembr. 1603.
17. Electo Vicario, adhuc Capitulum retinet suum jus, nec abdicat, nisi exercitium juris. Idem *ibid.* n. 4.
18. Unde allegato Vicario suspecto, Capitulum eliget arbitros, aut causam alteri committet. Decisum refert Idem *num.* 5.
19. Salarium ei debetur non commune aliis. Idem n. 7. & *Congr. Episc.* 15. Octobr. 1601.
20. Neque potest sibi alium substituere, nisi ad modicum tempus, vel habeat a Capitulo facultatem, vel causa infirmitatis de consensu tamen Capituli, idem *Quar. n.* 10. Potest in Provincia Mediolan. Prov. 6.
21. At Vicarius cessat, præfinito tempore a Capitulo. *Quar. n.* 13.
22. Moriente Vicario etiam electo a Metropolitanano, Capitulum potest alium eligere, *ibid.* n. 4.
23. Cessat auctoritas Vicarii, & Capituli, quando novus Episcopus acquirit possessionem. Idem *Quar. ib.* n. 13.
24. Tenentur Vicarius, & Oeconomus rationem reddere Episcopo etiam si a Capitulo sint absoluti. *Trident. sess.* 24. cap. 16.
25. Et item Capitulum ipsum de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus. Idem *ibid.*
- Potest Vicarius, seu Capitulum, quæ sequuntur.
26. Infra annum a die vacationis potest dare licentiam ordinandi, aut litteras dimissorias ætatis non aliis. *Trident. sess.* 7. c. 10.
27. Sub poena interdicti, si aliis, & ordinatis in Majoribus ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Episcopi, & in minoribus nullitatis privilegii Clericalis. Idem *ibid.*
28. Ætatis potest etiam ex causa remittere interstitia. Decis. refert DD. apud Barbof. *alleg.* 18. n. 6.
29. Item dare potest Dimissorias pro prima Tonsura illi, qui præsentandus est a Patronis ad Beneficium etiam intra annum. *Congr. Episc.* 3. Januarii 1594.
30. Item dare Testimoniales litteras obtinenti facultatem a Papa suscipiendi Ordines de licentia Ordinarii, hoc est, de vita, & moribus. *Navar. conf.* 19. de temp. ordin. apud Barbof. *alleg.* 7. n. 14. & *Quar. loc. cit. quasi.* 10.
31. Occurrente vacatione Parochiali potest edicere concursum Vicarius, & sine Capitulo facere quæ spectant ad Episcopum. *Cong. Episc.* 3. Februar. 1604.

32. Potest recipere resignationes Beneficiorum, si tria concurrant, quæ affert Barbof. *alleg.* 66. n. 8.

33. Nimirum, quando fit ex causa necessitatis; quando collatio spectat ad Episcopum, & Capitulum simul, quando talis resignatio & collatio, fiunt ante provisionem factam de Præfato in Consistorio, etiam antequam possessionem capiat, eadem habet Garz. *part.* 11. cap. 3. num. 256. & cap. 4. num. 75.

34. Item instituere Præsentatos a Patronis. *Vivian. de jure patr. par.* 2. cap. 12. c. 2. n. 6.

35. Non potest conferre beneficia. Pius V. Anno 1568.

36. Nisi collatio spectabat prius ad Episcopum, & Capitulum. *Quar. loco cit.*

37. Potest Ecclesias commendare ad tempus, donec provideantur, *ibid.*

38. Dare licentiam ædificandi Ecclesiam, *ibid.*

39. Interponere auctoritatem in permutatione Beneficiorum, *ibid.* quando collatio partim spectat ad Capitulum, & partim ad Episcopum, vel quando collatio spectat ad tertium, non in aliis casibus. *ibid.*

40. Potest unire Beneficia ex causa in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus, dummodo nihil pereat de jure Episcop. *ibid.*

41. Potest privare Beneficiatos servatis servandis, *ibid.*

42. Potest visitare Diocesim, si necessitas adfit, aut vacatio longior. *Quar. loco cit.*

43. Potest dispensare cum illegitimis etiam ex damnato coitu, ad minores Ordines, & ad Beneficium simplex, cum causa, dic apud Barbof. *alleg.* 45. n. 25.

44. Sed ad unicum tantum Beneficium, n. 2.

45. Non ad dignitates, vel personatus, n. 29.

46. Nec in iis, quæ requirunt Ordinem sacrum, n. 30.

47. Nec in Canonicibus Cathedralis, n. 31. quod est verius ex *Trid.* quod requiritur in iis Ordo sacer.

48. Potest Capitulum ut Episcopus, in c. licent. *Concil. Trident. Barb. alleg.* 39. n. 16.

49. Non potest concedere Indulgentias, *ibid.* affirmant alii tutius est, quod a capitulo Concedatur alicui Episcopo, qui suo nomine id faceret. *Quar. loco cit.*

50. Item vocare alium Episcopum, & illi dare licentiam exercendi Pontificalia. *Quar. loco cit.*

51. Succedit Episcopo in Jurisdictione ordinaria, non delegata. *Quar. ibid.* jure communi, & proprio in jurisdictione contentiosa, vel necessaria. Idem, *ibid.*

52. Ubi *Concil. Trident.* committit aliquid Episcopis uti delegatis Sedis Apost. non potest Capitulum. *Barbof. alleg.* 92. num. 17.

53. Potest exequi littera directa ad Vicarium Episcopalem sub nomine Vicarii. *Congr. Episcop.* 5. Febr. 1601. *Negat Rot. in una Illoresi 4. Maji 1588. cor. Seraph.*

54. Item exequi in iis, quæ spectant ad Jurisdictionem, quidquid concessum erat Episcopo Defuncto per Bullas, aut Brevia, eadem *Congr.* 27. Januar. 1604.

55. Item mandare executioni litteras Episcopo Defuncto directas per Sac. Congregationem, & ab eo non executas, eadem 10. Aprilis 1615.

56. Privilegium Doctorandi competens Episcopo non transit in Capitulum, Sede Vacante, *Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. quæst.* 29. num. 6.

57. Si vero potest Episcopus uti jure communi Ordinario, transit. Idem *ibid.* n. 8.

V. *Archiepiscopus num.* 17. *Concilium Provinciale num.* 54. *Synodus Diocesana num.* 2. *Testamentum, n.* 16.

A D D I T I O.

1. Non potest esse Vicarius Capituli Parochus ruralis. *Congr. Episc.* 19. Julii 1519. sed de civitate potest, eadem *ibid.*
2. Debet esse Doctor, alias electio est nulla, *decisum refert Sbroz. de offic. Vicarii lib. 1. quæst.* 36. n. 12. *in addit.*
3. Neque debet esse Doctoratus a persona privata, sed ab Universitate. *Congr. Conc.* 29. Septemb. 1620.
4. Neque potest esse Doctor Theologus, eadem 28. Augusti. 1621.
5. A Capitulo electus potest ad tempus tantummodo exercere Jurisdictionem, ead. apud Garz. *de benef. in addit. part.* 5. cap. 7. num. 37.
6. Melius eligitur absolute. *Congr. Episc.* 29. Octobr. 1587.
7. Potest mutari ex causa bene visa Congregationi Episcoporum Rom. ead. 24. Novemb. & 26. Octobr. 1603.
8. Vicarius electus a Metropolitanano potest amoveri ad ejusdem nutum. *Congr. Conc.* 29. Septemb. 1625.
9. Ætas 23. annorum in Vicario Capitalari potest permitti, sed non expedit, ead. 11. Augusti. 1614.
10. Non debet Vicarius Capituli sedere in sede Archidiaconi, sed in alia sede portatili, si velit uti habitu Vicariali. *Congr. Rit.* 10. April. 1601.
11. Non potest substituere novos Examinatores pro concursu Parochialium in defectum absentium, vel Defunctorum, auctoritate propria, *decis. refert Sbroz. de offic. Vic. in addit. lib. 2. q. 211.*
12. Neque suppressere Beneficium, & unire Capitulo, *dec. refert Garz. p. 12. c. 2. n. 68.*

13. Neque potest habere pro præsentibus Dignitates, vel Canonicos, qui numquam in Ecclesia resederunt, & fidei professionem non emisserunt, *decisum refert Garz. part. 3. c. 3. num. 32.*

14. Neque potest exequi commisiones Apostolicas in forma dignum, & alias directas Episcopo, vel ejus Vicario. *Cong. Conc. 2. August. 1631.*

15. Neque potest locare emolumenta provenientia ex jurisdictione, sigillo, aut alias undecumque, sed debent futuro successori reservari, *ead. 17. Apr. 1627.*

16. Post annum a postrema Episcopi Visitatione, quando nec de proximo Ecclesia est Providenda de Pastore, potest visitare omnia, quæ poterat Episcopus, *ead. 3. Febr. & 10. Dec. 1629.*

17. Cum famulatu, æquitate, &c. juxta Conc. Trident. eadem 19. Maji 1629.

18. Potest etiam visitare Moniales non exemptas. *Decisum refert Garz. part. 5. cap. 7. n. 45.*

19. Potest in iis etiam, in quibus datur Episcopis perpetua delegatio a Sede Apostolica, puta visitare Moniales exemptas. *Barbos. de Canon. cap. 42. num. 107. & optime probat.*

20. Potest concedere facultatem Episcopo extero Ordinandi suos subditos, non autem subditos Capitulo. *DD. cum Barbos. loc. cit. n. 124.*

Cardinalis.

1. **C**oram quocumque Cardinali abstineat Episcopus a privatis etiam benedictionibus. *Cærem. Episcop. lib. 1. cap. 4.*

2. Coram Legato Archiepiscopus, etiam Cardinalis, deponat Crucem, *ibid.*

3. Et coram aliis Cardinalibus, si ipse non est Cardinalis, *ibid.*

4. Mantelletum ab Episcopo non Cardinali assumitur coram quocumque Cardinali, *ibid.*

5. Mozzetta deponitur coram Legato, nisi contraria adsit consuetudo, *ibid.*

6. Cujuscumque Cardinali debetur Sedes Episcopalis prælata; eo casu Episcopus in digniore loco Chori sedeat, vel ex opposito in Sede humiliori. *Idem ibid. c. 13.*

7. Cardinalis Episcopus ledeat cum alio Cardinali, etiam Legato, in sedibus Cameralibus, *ibid.*

8. Cardinali etiam non Legato, venienti ad Ecclesiam, Episcopus ibit obviam usque ad portam, & ei porriget aspersorium, *ibid. c. 15.*

9. Celebrans Episcopus coram Cardinali, deferat eidem munia Episcopalia: si recuset, ipse præstet, *ibid. c. 4.*

10. Celebrante Episcopo, ejusdem liber non datur osculandus Cardinali, sed alius Codex, *ibid. c. 29.*

11. Cardinalis Episcopus celebrans omnia peraget ipse coram Cardinali non Legato, *ibid. c. 4.*

12. Cardinalis Episcopus non celebrans, sed Missæ præfens cum alio Cardinali deferat huic eadem munia, quæ si recuset, vel remittat Celebranti, vel ipsemet peragat, *ibid.*

13. Sed pro Sollemni Benedictione accedat ad Altare, *ibidem.*

14. Non debet esse paratus Episcopus cum Mitra, alio Celebrante, si adest Cardinalis, *ibid. c. 23.*

15. Coram Cardinali in Missa nullus liber adhibetur ad legendum Introitum, *c. 20.*

16. Neque fiunt circuli Canonicorum, neque ante Legatum, *c. 21.*

17. Bis eo casu thurificandus erit Episcopus, *ibid. c. 23.*

18. Si Cardinalis est tantum Diaconus, & veniat in Ecclesiam sibi commendatam in Diocesi Episcopi, Pluviali uti potest. *Crassus ibid. 2. cap. 23.*

19. Non potest benedicere populum, neque rem aliquam, nec simpliciter, nec sollemniter, nisi specialem habeat a Papa facultatem, *ibid.*

20. Nec in Missa benedicere incensum, nec Ministris manum osculandam porrigere; neque post Evangelium incensari, nec aliud facere ultra gradum Diaconalem. *Idem ibid.*

21. In Missa privata Cappellani coram Cardinali, & Episcopo, datur osculandus liber Cappellani soli Cardinali: si plures sunt, nemini detur. *Cærem. Episcop. lib. 1. cap. 30.*

22. Cardinalibus extra Palatium Apostolicum, & absente Papa, debetur a Clericis non Prælati genuflexio. *Cærem. Pap. lib. 3. Selt. 1. c. 13.*

V. Canonic. munera erga Episcopum n. 23. Familiaris Card. num. 3.

Seminarium Clericorum num. 25.

Casus Reservati.

1. **L**icet Episcopis reservare sibi graviora peccata, & illa præsertim, quibus excommunicationis censura est annexa. *Trid. sess. 14. cap. 7.*

2. A reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & Ordinarii locorum nemo potest absolvere, absolventes ipso facto sunt excommunicati, reservata absolutione Papæ, & privantur Officiis,

Beneficiis &c. & inhabiles fiunt, &c. Confessiones item nullæ sunt. *Congr. Episc. 9. Januarii 1601.*

3. Qui in Italia habent Privilegia valida absolvendi ab aliis reservatis Papæ, non tamen possunt absolvere insequentibus casibus.

Violationis immunitatis Ecclesiasticæ, in terminis Bullæ Gregorii XIV.

Violationis Clausuræ Monialium ad malum finem.

Provocationis, & pugnæ in duello, in terminis, *Concil. Trid. & Greg. XIII.*

Injicientium manus violentas in Clericos, juxta *cap. si quis.*

Simoniam realis scienter contractæ, & confidentiæ beneficiæ, eadem 26. Nov. 1602. *cum Clem. VIII.*

4. Et nullo modo a prædictis, *num. 2. & 3.* five sint ad forum exterius deducti, five non deducti, possunt absolvere privilegiati, eadem sub Paulo V. 7. Januarii 1617. * ubi etiam comprehendit censuras reservatas Ordinario. *Nald. Casus refer. num. 15.*

5. Privilegia contra prædictos casus reservatos Ordinariis locorum & Bullæ Cœnæ, non revixerunt per confirmationes Privilegiorum post Concilium obtentas, eadem *Congreg. sub Urb. VIII. 17. Nov. 1628.*

6. Si quæ sunt privilegia in hac materia, scilicet absolvendi ab aliis reservatis Papæ (exceptis Bullæ Cœnæ casibus) extra Italiam, non sunt sublata, eadem *ibid.*

7. Non ergo reservent Episcopi casus Bullæ Cœnæ, neque specialiter Papæ reservatos eadem 26. Novembris 1602.

8. Neque promiscue eos, quibus est annexa excommunicatio nemini reservata, nisi ob frequentiam, scandalum, aut necessariam causam aliquos nominatim, eadem *ibid.*

9. Neque eos, in quibus est necessaria restitutio, vel executio pro absolutione, *ibid.*

10. Nec eos, qui versantur circa res parvi momenti, & qui frequenter eveniunt inter idiotas, licet sint mortiferi, eadem *ibid.*

11. Nec in carnalibus, ubi adest periculum scandalorum, vel cadere potest suspicio ob frequentem ad Ordinarios, eadem *ibid.*

12. Nec restitutionem incertorum sibi reservent, eadem 14. Junii 1619.

13. Nec eorum absolutionem, qui nocte per Civitatem inhoneste canentes, deambulant, ead. 6. Octobris 1615.

14. Nec eorum, qui violant dies festos, eadem 16. Januarii 1615.

15. Reservent paucos, eosque maxime necessarios, atrociores, & graviores, eadem 20. Novembris 1602. *

16. Casus reservati in Synodo sunt perpetui: qui vero singulis annis extra Synodum, morte reservantis expirant, nisi per successores confirmantur. *Zerola in praxi V. Casus reservati ad quartum.*

17. Licentia absolvendi a casibus Episcopo reservatis dari potest viva voce. *Congreg. Episc. 26. Novemb. 1602. V. Absolutio num. 36. 37.*

Confessarius, n. 17. 33. Eucharistiam num. 30. Legatus, num. 6. 8. Pœnitentiarius, n. 22. Restitutio incertorum.

Cathedraticum.

1. **T**axa Cathedratici est duorum solidorum juxta valorem locorum, & consuetudinem. *Barbos. de pot. Episc. alleg. 86. n. 43. 44.*

2. Non potest Episcopus imponere novam taxam nomine Cathedratici. *Congr. Episc. 15. Junii 1619.*

V. Visitatio Episcopi num. 41.

Censura, &c.

1. **L**icet Episcopis in Regularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare. *Trid. sess. 24. c. 6.*

2. Negatur hæc facultas inferioribus Episcopo, licet habent quasi Episcopalem jurisdictionem. *Decisum refert Garz. part. 7. c. II. num. 13. & 17.*

3. Item iis Episcopis, in quorum regione non est receptum *Conc. Trident. Decisum referunt DD. apud Barb. alleg. 49. n. 3.*

4. Conceditur Confessario Episcopi, si hic indigeat. *Barb. ibid. n. 15.*

5. Cui conceditur a Papa absolutio a Casibus Papalibus, licet non intelligatur concedere Casus in Bulla Cœnæ, conceditur tamen facultas absolvendi a Censuris reservatis Episcopo, quas ipsemet sibi reservavit. *Suar. de cens. disp. 7. sect. 5. num. II. 14. & 15.*

6. Potest Episcopus dispensare a simonia occulta, non tamen rehabilitare ad obtinenda Beneficia, seu retinenda. *Decisum referunt DD. apud Barbos. loc. cit. n. 44.*

7. Forensis potest dispensari in prædictis ab Episcopo, in cujus Diocesi commoratur, non autem a suo Episcopo absente. *Decisum refert Garz. part. 1. cap. 10. num. 139. in 3. declar.*

8. In dispensationibus prædictis potest ille tantum Episcopus,

pus, qui habet Jurisdictionem Ordinariam in eum, cui concedenda est dispensatio. Decisum refert Idem *ibid.*

9. Potest, etiam si sit extra suam Dioecesim, dispensare in prædictis. Barbos. *alleg.* 39. n. 7.

10. Occultum in his dicitur, quod non est notorium, licet sciatur ab aliquibus. Barb. *ibid.* n. 21. 25.

11. In sine causæ non probatum, est occultum. Idem *ibid.* num. 32.

12. Censuræ non debent publicari eo apparatu, & forma, quibus Romæ Bulla Cœnæ. Congr. Episc. 2. Maji 1601.

13. Publicatæ ab Ordinariis, nedum a Sede Apostolica, mandante Episcopo, publicentur a Regularibus in eorum Ecclesiis, & serventur. Trid. *sess.* 25. cap. 12. de Regular.

V. Absolutio per totum. Excommunicatio per totum. Legatus num. 7. Regularium jura sub Episc.

Census.

Vide Contractus.

A D D I T I O.

1. Tollit omnem contrariam consuetudinem, & possunt Episcopi cogere contumaces juris remediis. *Congreg. Rit. mense Decemb.* 1630.

2. Non tollit immemorabiles, & laudabiles consuetudines, sed abusus, ead. 10. Jan. 1604. 10. Aprilis & 19. Junii 1614. 17. Septemb. 1611. 28. Jan. 1612. Apr. 1615. 30. Jan. 1616.

3. Et procedit in omnibus locis Christianitatis totius 17. Julii 1606.

Cessatio a Divinis.

1. Non est Censura. Tolet. *lib.* 1. cap. 56.

2. Debet major pars Canoniorum convenire cum Episcopo, seu Vicario ad decernendam hanc poenam, *DD. in capit. quamvis de Offic. Ordin.*

3. Judex intra mensem debet monere Papam, ad quem debet pars, ad cujus instantiam ponitur, proficisci, alias est nulla. Tolet. *loc. cit.*

4. Eo tempore prohibetur Eucharistia, nisi per modum Viatici detur. Henriquez *l. V. interdillum cap.* 52.

5. Item prohibetur etiam Sacerdotibus Extrema unctio. Idem *cap.* 53.

6. Item sepultura Ecclesiastica. Tolet. & Henric. *ibid.* *loco cit.*

7. Episcopus potest, durante cessatione hac celebrare in Ecclesia, ubi ea posita est. Sayr. *lib.* 1. *decons.* cap. 19. num. 5.

8. Non tamen potest Ordines conferre, nisi deficient Sacerdotes, qui necessaria Sacramenta ministrent. Idem *ibidem* num. 11.

9. Ille, in cujus contumaciam ponitur, debet solvere damna, & distributiones Canoniorum, eleemosynas pro Defunctis, *de off. ordin. in 6. c. si Canonici*, si vero injuste, solvat Judex. Tolet. *sup.*

10. Non enim in hoc casu possunt Canonici percipere distributiones quotidianas. Monet. *de distrib. p.* 2. q. 16. n. 36. *concl.* 2.

11. Possunt tamen celebrari divina Officia in iis Festis, in quibus tempore interdicti. Idem *ibid.* n. 46.

Cingari.

1. Videat Episcopus, an Schismaticorum mores præferant. Prov. 5.

2. Quadragesimæ tempore quomodo vivant, *ibid.*

3. Si publice offendunt, ab Ecclesia tempore Divinorum Officiorum ejiciantur, *ibid.*

4. Qui filios suos Cingaris vendunt, eo ipso Excommunicationis poenam incurrunt. Prov. c. 7.

Clericus.

1. Nec cuiquam liceat Clericalem habitum sumere, antequam prima Tonsura initietur, sine licentia in scriptis. Prov. 3.

2. Clericalis habitus ad Episcopis in Clero procuratur congruus usque ad privationem Officiorum, & Beneficiorum inclusive. Trid. *sess.* 14. cap. 6.

3. Quicumque Clericus debet omnino gestare vestes talares, & Tonsuram, sub poena amissionis Beneficiorum, & Pensionum ipso facto. Sixtus V. Anno 1589.

4. Exceptis iis, qui non percipiunt de bonis Ecclesiasticis ultra duæatos 60. aureos de Camera, *ibid.*

5. Habitus Clericalis potest esse brevior inter agentibus, & ruri habitantibus. Congr. Episc. 18. Octobr. 1589.

6. Clericus pauper non habens habitum congruentem, excusatur. Decisum refert Ugol. *de pos. Episc. c.* 12. num. 3. *vers.* 5.

7. Color niger semper adhibeatur, nisi alium requirat dignitatis gradus. Prov. 1.

8. Neque serico vestimento domi, neque foris utantur, *ibidem.*

9. Laneus adhibeatur. Reticulo, aut sub birretto, ut vocant, ne utantur, nisi valetudinis gratia, & sine redimiculis, *ibid.*

10. Camisias ad collum crispas, & rugosas, vel artificio elaboratas, & ad manus, rejiciant, *ibid.*

11. Collare simplex, & modice latum honeste reclinetur.

12. Externa vestis simplex & talaris erit, *ibid.*

13. Turgidis caligis, & dissectis abstineant; calceos, & crepidas ad elegantiam ne induant, *ibid.*

14. Torques, armillas, ac monilia respuant, annulum ne gestent, nisi propter honoris gradum, quibus est concessus, *ibidem.*

15. Unicus ille sit, non magni pretii, & eum deponant Missam facturi. Prov. 4.

16. In morte propinquorum lugubres vestes more Laicorum ne induant, *ibid.*

17. Pensionem habens neque incedens in habitu, amittit Privilegium fori, licet non sit monitus. Decisum refert Garz. *p.* 1. c. 5. n. 79.

18. Non tamen privatur Privilegio Canonis: Decisum refert idem *ibidem.*

19. Clericus deferens habitum, non tenetur restituere id, quod percepit ex immunitate Ecclesiastica. *Congreg. Episc.* 3. Augusti 1592.

20. Clericus rediens e bello potest resumere habitum Clericalem, dummodo bellum fuerit justum, neque sit ideo irregularis. *Congreg.* eadem 12. Januarii 1598.

21. Tonsuram Clericalem gestent ad eam formam, quam ratio cujusque Ordinis arbitrio Episcopi postulabit, & conspicua sit omnibus abrafo capillo. Prov. 1.

22. Clericorum minorum Ordinum Tonsuræ forma in orbem deducta late pateat uncis duabus. Prov. 5.

23. Subdiaconalis aliquanto angustior Diaconali: hæc tribus uncis, Sacerdotalis quatuor, *ibid.*

24. Vel corona Sacerdotis ad mensuram majoris Hostiæ. *Conc. Palentinum* sub Urbano Sexto.

25. Corona Clerici ad mensuram minoris Hostiæ. *Concil. Tolet.* 4.

26. Corona Diaconi, & Subdiaconi, formæ mediæ.

27. Ille excusetur, qui ob infirmitatem non potest deferre Tonsuram. Decisum refert Ugol. *de pos. Episc. c.* 12. numero 3. *vers.* 3.

28. Comam, & Barbam ne studiose nutriant. Prov. 1.

29. Barba in superiore labro ita recidatur, ut pili in Sacrificio Missæ Sacramenta sumentem non impediunt, *ibid.*

30. Restituantur functiones Ordinum ab Ostiariatu ad Diaconatum in Ecclesiis, ut in suo quisque munere deserviat, assignatis Beneficiis simplicibus, vel aliis proventibus. *Trident. sess.* 23. cap. 17.

31. Si desint initiati minoribus Ordinibus, suffici possunt etiam conjugati, non bigami, qui Tonsuram, & habitum Clericalem in Ecclesia gestent. Idem *ibid.*

32. Proprium superpelliceum singuli habeant. Prov. 5.

33. Non sordidum, non lacerum, neque nimium in humeris elaboratum. *ibid.*

34. Neque cum eo extra Ecclesiam eant nisi ob Processiones, vel aliud Officium Ecclesiasticum. Prov. 3.

35. Non possunt cogi Clerici, ut Cathedrali inserviant diebus festis, si ibi non habent Beneficia, salva tamen consuetudine. *Congr. Episc.* 6. Septemb. 1593.

36. Neque debent cogi ad servitium Ecclesiæ sub poena excommunicationis, sed aliis poenis, eadem 7. Decemb. 1582.

37. Curent Episcopi, ut Clerici Parocho juvent in Festis, & item alii Sacerdotes. Prov. 3.

38. Ordinatus ad titulum Patrimonii, seu Pensionis, sedem non mutet sine licentia Ordinarii sub poena interdicti ab exercitio sacrorum. Prov. 7.

39. Iis qui non tenentur ad Residentiam, debent concedi Dimissiones, ut alio se transferant. *Congreg. Episc.* 5. Junii 1584.

40. Possunt ire per Dioecesim sine licentia, eadem *ibid.*

41. Qui discesserit cum Episcopi licentia, cum redierit, infra mensem certiorum eum faciat de suo reditu sub poena illegitimæ absentiæ. Prov. 6.

42. Nullus Clericus peregrinus sine commendatiis litteris Ordinarii sui ad divina celebranda, & Sacramenta ministranda admittatur. *Trid. sess.* 23. c. 16.

43. In sacris constituti Theologiæ, vel sacris Canonibus dent operam, in studiis generalibus. Leo X. Anno 1513.

44. Qui non Sacerdos Missam celebravit, aut adjuverit Confessionem Sacramentalem, tradatur Curiæ sæculari puniendus. *Clem. VIII. Anno* 1601. *

45. Item exercens Ordinem, quem non habet, est deponendus, vel perpetuo suspendendus, numquam ulterius promovendus. *Sylv. Ordo* 5. *quæst.* 8.

46. Nisi ex ludo id faciat, vel sine sollempnitate, vestibus, &c. idem *ibid.*

47. Qui Clericali statione discesserit, interdicatur Ordinum suorum munere, & aliis poenis puniatur. Prov. 4.

48. Canones innoventur de Clericorum vita, honestate, doctrina, luxu comestationibus, choreis, aleis, lusibus, ac qui-

quibuscumque criminibus, & negotiis Sæcularibus sub pœnis arbitrariis Episcoporum. Trid. *sess.* 22. c. 1.

49. Liberum sit Presbyteris confiteri, cui voluerint ex approbatis. Congreg. Episcop. 15. *Octobris* 1601.

50. Arma non deferant, nisi forte ob justam causam in itinere, de licentia Episcopi, & secreto. Prov. 1.

51. Nullo modo balistam, hastas, sclopetum, tela, & ejusmodi, *ibid.*

52. Personati non incedant, choreas non spectent; a venatione abstineant, *ibid.*

53. Comoediis, hastiludiis, & spectaculis inanibus ne intersint, *ibid.*

54. Prohibentur globi, qui malleis ligneis impelluntur, & ludus pilæ majoris, *ib. V. Excommunicatio num.* 37.

55. Valetudinis causa parvæ pilæ ludus conceditur, non tamen publice, nec intercedat pecunia, *ibid.*

56. Ne inter epulas canant, minusve inter nuptiales, aut laicales, *ibid.*

57. Convivia vitent, & cauponas, nisi in itinere, *ib.*

58. Ne Advocati, Procuratorive nomine causas agant, nisi Ecclesiæ suæ, propinquorum, & miserabilium personarum, concedente Episcopo, *ib.*

59. Ne in prophanis negotiis officium tabellionatus exerceant, *ibid.*

60. Ne artem medendi faciant, *ib.*

61. Ne aliena prædia, lucri causa, conducant, *ibid.*

62. Ne tutelam aliorum suscipiant, *ibid.*

63. Neque a suis sint instituti Tutores. Congreg. Episc. 14. *Junii* 1619.

64. Ne pro aliis fidejubeant. Prov. 1.

65. Ne alicujus Principis, aut alterius negotiorum sint Procuratores, sine licentia Episcopi, quotannis renovanda, *ibidem.*

66. Ne sint in famulatu laicorum etiam Principum, in obsequiis Clericali munere indignis, sine facultate in scriptis data, *ib.*

67. Ne sint præcursores, aut affectæ fœminarum, nec eis discumbentibus assistant, ancillenturve, *ibid.*

68. Ne doceant mulieres, etiam illustres, legere, scribere, canere, aut sonare, nisi ob ætatem, & mores approbarit Episcopus. Prov. 2.

69. Ne nocte post primam horam sine justa causa, & tunc cum lumine, de domo exeant. Prov. 1.

70. Ne habitent cum eis fœminæ quocumque vinculo cognationis, aut affinitatis conjunctæ, sine consensu Episcopi, *ibidem.*

71. Ne locent ædes, nec ex parte, in quibus ipsi habitare solent, aut debent laicis personis, nisi Ecclesia prematur magna inopia, & ea domus judicio Episcopi, dividi possit, *ib.*

72. In iis, si concedatur locatio, prohibetur tamen obnuptias, saltatio, comœdia, spectaculum. Prov. 2.

73. Neque tolerantur ibidem imagines indecoræ. Prov. 3.

74. In causis, ubi opus est, jurent Sacerdotes manu peccatori admota; præsentem tamen Superiorem, tactis Scripturis. Prov. 5.

75. In causis civilibus in foro sæculari examinari possunt, sed juramentum prius præstetur in Tribunali Episcopi. Congreg. Episc. 14. *Aprilis* 1615.

76. Possunt civiliter denunciare, aut querelare in officio damni dati, occasione damnorum datorum in suis prædiis: juramentum tamen detur in foro Ecclesiæ, eadem *ib.*

77. Non debet se subdere examini coram Judice laico, ubi timetur, posse indirecte oriri criminalitatem, eadem 19. *Julii* 1619.

78. Clerici post delicta patrata confugientes ad Ecclesias gaudent beneficio immunitatis extra causam Bullæ Greg. XIV. ead. 24. *Januarii* 1617.

79. Neque possunt inde extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis; si fiat secus, restituantur, eadem 17. *Augusti* 1618.

80. Declaratio validitatis Clericatus ad Superiorem Episcopi, non ad inferiorem spectat, eadem 17. *Novemb.* 1617.

81. Non tenentur Clerici ad solutionem onerum impostorum pro Physico, Chirurgo, & Ludimagistro, ead. 2. *Aug.* 1619.

82. Clerici cultores agrorum suorum, seu conductores agrorum Ecclesiasticorum, non debent molestari titulo negotiationis illicitæ, ead. 19. *Jan.* 1593.

83. Clericorum numerus ne sit major, quam postulent Ecclesiæ servitium, in præjudicium pauperum Laicorum. Congreg. Episc. 20. *Julii* 1592.

84. Clerici conjugati gaudent privilegio fori, etiam in divilibus præsertim in Regno Neapol. in quo adest consuetudo, teste Borello. *Dolt. Regnicola in add. ad Bell. in Spec. Princ. Rub.* 11. *S. Videamus ad 1. verbo Conjugati*, & ita censuit S. Congr. super controver. juridict. 27. *Febr.* 1630.

85. Idem non incedentes in habitu, nec inferrentes divinis, non gaudent privilegio fori. Conc. Trid. *sess.* 23. c. 6.

86. Diaconi Selvatici in Regno Neapolitano ad summum quatuor possunt dari Cathedralibus, seu Ecclesiis Superioribus. Congregat. super negotia Regni 10. *Kalen. Julii* 1623.

87. Collegiatis, & Parochialibus duo: aliis Ecclesiis, in quibus divina celebrantur, si Episcopo videbitur, unus, *ib.*

88. Qui gratias, & per se ipsos serviunt non criminosi, neque malæ famæ, *ibid.*

89. Hi non gaudent privilegio Canonis, fori autem in criminalibus omnino, & in civilibus quoad corporis districtio- nem tantum; & immunitate ab oneribus personalibus, non ab aliis, durante servitio, gaudent, *ibid.*

90. Sine præjudicio majoris Privilegii, & immunitatis legitima, si alicubi habent, *ibid.*

91. Ordinari in præmissis sint judices, præterquam si agatur de majori Privilegio dubio; Papæ enim reservatur, *ibid.*

92. Cum Clericis in jure aliquid præcipiatur, aut prohibetur, intelligitur de iis, qui sunt in sacris, aut Beneficiati. *Sà V. Clericus num.* 2.

V. Fori Privilegium num. 2. & *seqq. Hebræi n.* 45. *Juramentum n.* 45. *Monialium collocutio cum exteris. n.* 5. 6. *Sepultura. n.* 1. 2. *Spolia Clericorum. n.* 12. *Subsidium. Charitativum n.* 13. *Theologalis Præbenda, n.* 15. 16. *Torneamentum, n.* 3. 6. *Tutela n.* 1. *Ufura, n.* 10.

A D D I T I O.

1. Prohibetur procurare, & advocare, seu patrocinari apud judicem sæcularem. *DD. cum Barbosa de jure Eccles. l. 1. c. 40. n.* 83.

2. Advocare potest in causa propria, seu Ecclesiæ suæ, seu personarum miserabilium. *DD. ibid. num.* 86.

3. Item in causa conjunctorum, si alium, & idoneum habere non possit. *ib. n.* 87. & conjunctorum etiam conjunctione spirituali, ut sunt Concanonici, *ib.*

4. Item in causis vertentibus in Curia Romana, ubi de consuetudine receptum est, ut etiam alieno nomine Clericus litiget. *ib. n.* 88.

5. Item in uno tantum negotio poterit advocare, & eo finito aliud assumere. *ib. Sextus.*

6. Item potest domi suæ consilium in scriptis dare. *ibidem n.* 89.

7. Item si in minoribus est, nec habet stipendia Ecclesiastica, potest advocare: immo, & qui in sacris, si non habet unde vivat, *ib. num.* 90. 91.

8. Notariatus, seu tabellionatus officium non potest exercere, præsertim in sæcularibus negotiis, *ib. n.* 92.

9. Secus in spiritualibus, *ib. n.* 101.

10. Non potest, si in sacris est, aut beneficium habet. *ibidem num.* 93.

11. Secus, si in minoribus *num.* 98.

12. Et nisi in causa hæresis, seu in Curia Ecclesiastica, *num.* 94. 97.

13. Et nisi contraria sit consuetudo exercendi Notariatus a Clericis, *ib. n.* 102.

14. Potest esse testis in Contractibus, & Testamentis, *n.* 107.

15. Tempore pestis potest esse coram Judice sæculari sine licentia Episcopi, *ib.*

16. Potest vendere vinum suum, etiam minutim, cum advertentiis ab Episcopo præscribendis. *Congregat. Episcoporum 5. Maji* 1593.

17. Item vendere, & emere animalia necessaria ad cultum bonorum suorum quorumcumque, *ead. 13. Novembris* 1616.

18. Privilegio Canonis gaudet Clericus conjugatus cum unica, & virgine, incedens in habitu, & tonsura. *DD. commun.*

19. Item uxor ejus, si manus injectio fiat ei in odium viri. *Carol. de Crass. de off. Cler. eff. num.* 115. *cum DD. ibi citatis.*

20. Item Clericus degradatus verbaliter tantum. *Barbosa cum aliis, de jure Eccles. l. 1. cap. 39. §. 1. n.* 6.

21. Non gaudet Clericus hæreticus, bigamus, immiscens se enormitatibus, hoc est, faciens seditionem, prælia, aggressiones in populo. *Idem ib. n.* 8. 9. 11.

22. Neque Clericus minorum Ordinum dimisso habitu, & tonsura, negotiis sæcularibus se immiscens post trinam Episcopi monitionem. *Idem ib. n.* 11.

23. Neque is, qui per annum exercet artem ignominiosam, mimi, hæretionis &c. post trinam Episcopi monitionem, *ibid. num.* 13.

24. Neque, qui publice exercet Officium lanionis, aut cauponis, si conjugatus sit, vel habitum dimisit, post trinam Episcopi monitionem, *ibid. n.* 14.

25. Neque famuli, & filii Clericorum, etiam in casibus, in quibus gaudent Privilegio fori. *Idem ibid. n.* 15.

26. Licet prohibeantur Clerici tutores esse; possunt tamen suscipere tutelam proximiorum consanguineorum. *DD. cum Barbos. de jure Eccl. l. 1. c. 39. §. 5. n.* 73.

27. Et eo casu possunt negotiari res pupilli, non tamen causa turpis lucri. *Congr. Conc. c. 23. Novemb.* 1619.

28. Tutelam honorariam quoque possunt suscipere. *Gurtier. in tract. de tutel. p. 1. c. 1. num.* 3. quæ excludit negotia sæcularia.

29. Vide 7. Decisiones. *Congreg. Conc. apud Barb. de jure Eccl. l. 1. c. 40. n.* 127. circa legitimam Clericorum negotiationem, *cum aliis sex Decisionibus ejusdem S. Congr.*

30. Cap. Odoardus Privilegio non gaudet Clericus excommunicatus. *DD. cum Barbos. loco citat. l. 1. c. 39. §. 6. num.* 18.

31. Neque is, qui falso asseruit, se idoneas habere facultates, *ibid.* n. 19.
32. Neque dolo versatus cum creditore, n. 20.
33. Neque Laicus, effectus Clericus, post debita contracta in fraudem, n. 21.
34. Neque Clericus exercens illicitam negotiationem, n. 22.
35. Neque qui debita contraxit spe hujus Privilegii, *num.* 23.
36. Neque qui ludo, vel luxuriose bona consumpsit, n. 24.
37. Neque condemnatus per tres sententias conformes, *num.* 25. ubi alii hoc negant.
38. Neque obligatus in forma Cameræ, n. 29. ubi tamen alii oppositum docent.
39. Neque obligatus ad Pensionem solvendam. n. 27. ubi alii contra sentiunt.
40. Neque conventus actione reali, n. 28.
41. Neque pro debito ex delicto, n. 29.
42. Neque debitor pauperioris, n. 30.
43. Neque debitor ratione depositi apud se facti, n. 31.
44. Neque hæres non confecto inventario, n. 32.
45. Neque qui administravit aliena bona, n. 33.
46. Neque perjurus, vel suspectus de fuga, n. 34.
47. Neque qui negavit debitum, n. 35.
48. Neque Laicus fidejussor Clerici gaudet hoc Privilegio, n. 36.
49. Clericus fidejussor laici gaudeat, n. 37.

Clericus Concubinarius.

1. Clericus concubinam, aut mulierem suspectam in domo, vel extra detinere, aut cum ea consuetudinem illam habere non audeat. *Trid. sess. 25. c. 14.*
 2. Si monitus non abstineat, tertia parte fructuum quorumcumque Beneficiorum, & Pensionum, ipso facto sit privatus, fabricæ Ecclesiæ, aut pio loco arbitrio Episcopi applicanda, *ibid.*
 3. Si perseveret post secundam monitionem, privetur omnibus fructibus, applicandis, ut supra, & administratione Beneficiorum arbitrio Ordinarii, *ibid.*
 4. Si nihilominus eam non expellat, tunc Beneficiis, Officiis, Pensionibus perpetuo privetur, inhabilis efficiatur ad honores, Beneficia, & Officia, judicio Superiorum, *ibid.*
 5. Si dimissam repetat, aut aliam sibi adjungat, excommunicetur, *ibid.*
 6. Et hæc cognitio causæ ad ipsos Episcopos spectet, qui sine figura judicii procedere possunt, *ibid.*
 7. Clericis vero non habentibus Beneficia, imponatur poenæ carceris, suspensionis ab Ordine, inhabilitatis ad Beneficia, & aliis poenis juxta Canones, *ibid.*
 8. Quæ de concubinato, vel aliis impudiciis Clericorum statuta sunt, servanda erunt, etiam si quis modo cum una, modo cum alia muliere impudica deliquisse comprehendatur. *Prov. 6.*
- Non licet Episcopo bis dispensare cum Clerico super crimine publico concubinatus. *Ricc. in praxi resolut. 396.*
V. Sodomia num. 1. 2.

A D D I T I O.

1. Est ipso jure antiquo suspensus, quod innovatum est a *Trident. sess. 25. cap. 14.* & decisum refert *Philibertus no-ster Marchinus de ord. p. 5. c. 13. n. 15.*
2. Potest Episcopus absolvere ab hac suspensione, non tamen post actum Ordinis dispensare potest ab irregularitate. *Idem ibid. n. 19.*
3. Concubina Clerici potest puniri ab Episcopo, ex *Trid. sess. 24. c. 8. de refor. matr.*

Cleri Conventus.

1. Procuratores Cleri ad omnia, quæ accidere possunt, ne fiant neque in Synodo: sed tantum ad particularia negotia. *Congr. Episc. 21. Martii 1589.*
2. Curati Regulares tenentur interesse cum aliis Curatis Congregationi casuum conscientiarum, ead. 13. *Octobr. 1592.*
3. Confessarii sæculares possunt cogi, ut intersint lectioni de casibus conscientiarum, eadem 9. *Augusti 1594.*
4. Presbyteri non curati non possunt cogi ad Congregationem casuum conscientiarum, ead. 16. *Januarii 1601.*
5. Singulis mensibus in Diocesi modo in unam, modo in aliam Ecclesiam parochialem, Vicariorum foraneorum cura, Clerus cogatur: idque in orbem fiat. *Prov. 2.*
6. Non in Decembri, neque Januario, pro locorum, & temporum ratione. *Prov. 4.*
7. Tam in Urbe, quam in Diocesi pro Conventu Cleri menstruo edantur certæ regulæ, *ibid.*
8. Missam singuli celebrent: Missam Conventualem pro Defunctis, vel de Spiritu Sancto sollempniter cantent, concioque ab uno ex iis habeatur. *Prov. 1.*
9. Fiat Processio circa Cæmeterium, *ibid.*
10. In domo Parochi uno ferculo contenti cibum capiant, *ibidem.*
11. Aliquid legatur de casibus conscientiarum, seu Decre-

tis utilioribus, seu agatur de communibus Cleri defectibus, *ibidem.*

12. Ne tamen fiant hi Conventus in die Festo, neque in Festo loci, ubi habendus est Conventus. *Prov. 2.*
13. Die Dominico, antecedente Conventum, moneatur populus, ut intersit, *ibid.*
14. Quæ vero quæstionum explicationes habitæ erunt in iisdem Conventibus & si quæ minus explicatæ fuerint, eæ omnes ad Episcopum consignatæ litteris Vicarii foranei mittantur, cujus judicio illæ approbatæ in codicem referantur, custodiendum a Vicario Foraneo, *ibid.*
15. In festis locorum ne accedat Parochus ad alienam Ecclesiam, Missam facturum, sine licentia Episcopi in scriptis. *Prov. 4.*
16. Quæ licentia danda est iis tantum, qui omnibus consideratis, necessarii videntur ad celebritatem, *ibid.*
17. Quatuor, aut sex ad summum, nisi aliquando plures, adhibendi sint ex legato, vel alia de causa, *ibid.*
18. Si alii Sacerdotes convenire possunt, ne accedant Parochi, & de his non ii, qui majorem populum habent, *ibidem.*
19. Abeunte Parocho substituatur alius Sacerdos approbatus ad Missam, & functiones Parochiales, *ibid.*
20. Vel præcedente Festo die, moneat populum de absentia, ob Festum alibi celebrandum, *ibid.*
21. Exteri Sacerdotes non admittantur, neque in Choro, neque in mensa, neque in elemosynis distribuendis, *ibidem.*
22. Eligantur probati viri, a quibus Clerici inferioris Ordinis sæpe convocati, vitæ Ecclesiasticæ moribus instruantur. *Prov. 2.*
23. Eisdem semel, & iterum, quotannis recognoscat Episcopus coram se, ut progressiones eorum intelligat, *ibid.*
24. Singulis mensibus, vel alio stabilito tempore, testimonium ferant de Sacram. usu, functionibus, & studiis, & similibus ad præscriptam certam rationem. *Prov. 4.*

Coadjutor Episcopi, & aliorum.

1. Coadjutori Episcopi cum futura successione non licet ingredi civitatem Pontificaliter. *Congr. Rit. 31. Jan. 1591. apud Quar. in Addit. V. Archiep. auct. 17.*
2. Neque debet uti Cruce prælata ante se Coadjutor Archiepiscopi, ead. *ibid.*
3. Potest uti cappa exercens Pontificalia in Ecclesia, absente Episcopo: eo autem præsentem, uti debet mantelletto, & rocchetto, non mozzetta, etiam eo absente, ead. *ibid.*
4. Non debet sedere in Sede Episcopali, ead. *ibid.*
5. Coadjutori Episcopi debetur primum stallum in Choro, sive sedes cameralis, ead. 14. *Jan. 1623.*
6. Non fedet Celebrans, nisi in faldistorio, neque habet Diaconos Assistentes, neque Canonici parantur, neque ponitur septimum candelabrum, ead. 1. *Sept. 1607.*
7. Compellendi sunt Canonici, ut Coadjutori Episcopi sollempniter celebranti, & Pontificalia exercenti, assistant semper, eadem *apud Quar. supra.*
8. Idem Celebrans, præter Diaconum, & Subdiaconum debet habere Assistentem Canonicum pro libro, ead. 7. *Augusti 1627.*
9. Non utitur baculo nisi in Ordinationibus, eadem 1. *Septembr. 1607.*
10. Non debent Canonici accedere ad circulos ante eum, ead. *apud Quar. supra.*
11. Docet, ut Coadjutor Episcopi confessionem faciat cum Canonico Celebrante, & ut in fine Missæ benedicat populo, ead. *ibid.*
12. Potest, de licentia tamen Episcopi, benedicere populo, dum per civitatem incedit, ead. *ibid.*
13. Decet maxime, ut Canonici prodeant obviam illi ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti ad ostium Ecclesiæ, eumque discedentem ad idem ostium deducere, immo esset commendandum, si nonnulli Canonici ad ejus ædes accederent, ead. *ibid.*
14. Non potest largiri Indulgentias, nisi nomine Episcopi, si eas concesserit, ead. *ibid.*
15. Coadjutores cum futura successione a Papa tantum deputari possunt. *Fr. Leo for. parte 2. cap. 4. n. 77.*
16. Debet dari Coadjutor Beneficiato minus idoneo. *Trid. sess. 21. cap. 6.*
17. A solo Episcopo datur. *Doct. apud Bar. all. 63. n. 7.* & datur Archidiacono, si eget. *Monet. de distribut. p. 2. q. 1. num. 24.* non autem potest Episcopus dare alii Dignitati, seu Canonico, idem *ibid. num. 26.* quamquam hodie cessare videtur antiqua causa in Archidiacono, n. 28.
18. Potest dari ad tempus ob senium, vel morbum coadjuti. *Garz. p. 5. n. 5.*
19. Certa portio reddituum assignanda est Coadjutori. *Azor. part. 2. l. 8. c. 4. quæst. 1.*
20. Si redditus non sufficiunt prius provideatur infirmo Restori. *Ricc. in Praxi resolut. 44. n. 11.* prius Coadjutori. *Azor. p. 2. lib. 3. cap. 2. quæst. 9.*
21. Coadjutor Archidiaconi eo absente habet in Ecclesia ejusdem prærogativas. *Congreg. Rit. 28. Augusti 1628.*

22. Coadjutor Dignitatis fedet in loco supra Canonicos. Garz. par. 4. c. 5. n. 65.
23. Coadjutor Canonici post omnes Canonicos fedet. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. S. 9. n. 101.
24. Coadjutor Canonici Præbendæ Presbyteralis fedet ante Canonicos Diaconales. Leo in Thes. for. par. 2. capit. 4. num. 57. 58.
25. Regulariter Coadjutor potest omnia quæ Coadjutus, ib. num. 64.
26. Habet vocem activam & passivam in Capitulo, prout alii Canonici. Rot. in Salamantina Coadjutoria 1. Julii 1594. coram Pania.
27. Coadjutor infirmus, vel legitime impeditus lucratur distributiones, non Coadjutus infirmus. Leo ubi supra n. 65.
28. Coadjuto excommunicato Coadjutor lucratur distributiones, nisi intersit pro ipso Coadjuto ad ejusdem lucrum, idem ib. n. 67.
29. Forma Coadjutoria semper est consideranda, idem ib. num. 64.

V. Fidei Professio, num. 8. Fori Privilegium, n. 14. Parochorum munera, num. 40. Viset. circa Canonicos exemptos, n. 6.

A D D I T I O.

1. Non debet accendi septimum candelabrum in Missa Pontificali Coadjutoris Episcopi. Congregatio Rituum 1. Septembris 1607.
2. Rectori leproso dandus est Coadjutor. DD. cum Barbosa de jure Eccl. l. 3. c. 10. n. 9.
3. Item paralitico, ib. n. 10.
4. Et dementi, ib. n. 11.
5. Illiterato quoque, & imperito, ibi n. 12.
6. Et propter auctam populi numerositatem, n. 17.
7. Item suspecto de bonorum Ecclesiæ dilapidatione, ibidem num. 20.
8. Coadjutoria, nulla facta mentione de obtentis beneficiis, quæ habent, vitatur, & est nulla. Garz. p. 2. c. 5. in addit. sub n. 130. dub. 38.
9. Ad titulum Coadjutoria nemo potest ordinari, nisi ratione illius habeat congruam sustentationem, quasi titulo Pensionis. Garz. par. 2. c. 5. a n. 132. Monet. de opt. Canon. cap. 4. q. 8. n. 169.
10. Coadjutor in Dignitate præcedit omnes Canonicos absente Coadjutore. Cong. Rit. 22. Octobris 1619.
11. Et facit omnes functiones absentis in stallo ejusdem, ead. 12. Octobris 1619. & 29. Maji 1621.
12. Coadjutor Canonici fedet ultimus post Canonicos, vivente Coadjuto, ead. 16. Septembris 1606. 3. Decembr. 1616. 18. Augusti 1618. 10. Decembris 1619.
13. Non obstante quocumque statuto, ead. 10. Dec. 1619.
14. Si non est in sacris potest omnia facere, quæ sine paramentis sacris cum habitu Canonicali facere posset Coadjutus, ead. 19. Decemb. 1615.
15. Et ei tenentur Canonici inservire in omnibus functionibus Coadjuti, ead. 19. Jan. 1609.
16. Non tenetur ad onera Canonicorum juniorum, post quos fedet, ead. 16. Septemb. 1606. & 15. Aprilis 1606.
17. Non sibi optat, sed Coadjuto, ead. 16. Septemb. 1606.
18. Gaudet Coadjutor regula de annali, & triennali possessore, ead. ibid.
19. Possunt adesse Coadjutus in suo stallo, & Coajutor in ultimo stallo, in Missis sollempnibus & Processionibus. Bar. de Can. c. 29. n. 54.
20. Coadjutor non intelligitur comprehensus in statuto, quod ex aliqua causa jubilate facit Canonicos. Congreg. Rit. 15. Aprilis 1606. quicquid dicat Garz. p. 4. c. 5. n. 89.
21. Excommunicato Coadjuto, seu iuste carcerato, Coadjutor nihil illi lucratur. Congregat. Concil. 15. Decemb. 1618. Bar. de Can. c. 29. n. 17.
22. Neque potest lucrari Coadjuto non ordinato de more, licet ipse Coadjutor sit ordinatus. Congregatio Rituum 1. Decembris 1629.
23. Coadjutus numquam obligatus ad interessendum, si Coadjutor legitime impeditus non intersit, lucratur tamen distributiones. Congregatio Concilii 9. Novembris 1630. Barbosa cap. 29. num. 45.
24. Non gaudet privilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in absentia, puta ratione studii aut lecturæ in universitate. Garz. par. 4. cap. 5. in addit. post n. 130. dub. 30.
25. Non potest exercere officia, ad quæ Coadjutus est electus. Garz. par. 2. cap. 5. addit. sub num. 88.
26. Egrotans Coadjutor, aut legitime impeditus habetur pro præsentate, si actu serviebat. Idem ibid. num. 80. 71.
27. In Capitulo, ubi agitur de Coadjuto potest adesse Coadjutor; & e contra Coadjutus, ubi agitur de Coadjutore, nisi agatur de ipsa Coadjutoria. Garz. par. 4. cap. 5. num. 103.
28. Extra Ecclesiam Cathedrali in absentia Coadjuti, tamquam verus, & proprius Canonicus est censendus quoad præminentias veris Canonicis convenientes. Congregatio Rit. 15. Martii 1608.
29. Post mortem Coadjuti debet Coadjutor capere possessionem, ead. 21. Mart. 1609. 30. Jan. & 3 Jun. 1616. 7. Aug. 1627.

30. Et tunc tantum tenetur ad fidei professionem. Barbo: sa loco cit. cap. 29. num. 14.

31. Assignaturque illi ultima sedes post omnes Canonicos, decisum referunt DD. apud Barb. de Canon. cap. 29. n. 22.

Comites Palatini.

V. Exempti.

Commutatio ultimarum voluntatum.

1. **E**X justa, & necessaria causa debet fieri ultimarum voluntatum commutatio: & ab Episcopis summarie cognoscatur antequam executioni demandetur. Trident. sess. 22. c. 6.
2. Justas causas sex affert Barbof. de potest. Episc. alleg. 83. a num. 7. & seqq.
3. Non potest Episcopus commutare Defunctorum voluntatem. Barbofa ib. n. 2. & 3.
4. Potest autem concurrente justa, & rationabili causa legatum pium ad certum usum relictum commutare in alium pium; quamvis tale legatum possit adimpleri. Syl. legatum 4. q. 12. Barb. sup. n. 5.
5. An consensus hæredis requiratur, affirmat Abb. Negat Felin. apud Barb. ib.
6. An etiam consensus Ecclesiæ, cui legatur. Affirmat P. de Ubald. Negat Bartolus apud eundem, num. 6.
7. Item potest, quando legatum est circa pium opus incertum. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. q. 11. n. 341.
8. Item quando non sufficit ad opus certum a Testatore designatum, idem ib. n. 330.
9. Item pro una vice, vel ad tempus, idem ib. n. 332.
10. Item potest concedere modicam dilationem, idem ibidem num. 391.
11. Relictum factum pauperibus potest convertere in fabricam. Genuens. Man. Past. cap. 73. n. 5.
12. Relictum pro fabrica convertere in picturam, idem ib. num. 6.
13. Item potest exequi Testatoris voluntatem in alio loco, & alio modo, data negligentia illius Ecclesiæ, in cujus favorem Testator ordinavit. Monet. sup. n. 335.
14. Item si urgeat necessitas commutandi, neque adiri potest Papa, idem ib. 348.
15. Licet pateat aditus ad Legatum, seu Nuncium, qui tamen careat facultate commutandi, ib. 352. 362.
16. Potest item, si pia voluntas non potest de facto impleri, & de consensu hæredis mutari, ut aliquo modo impleatur, idem ib. 322.
17. Immo, si non est omnino impossibile, seu valde difficile, ib. 334.
18. Etiam si ex impossibilitate juris deficiat executio, ibidem 339.
19. Dummodo Testator probabiliter ignoraverit impossibilitatem executionis, ib. 343.
20. Et nisi impedimentum sit temporale, ib. 347.
21. Ex omissione Missarum, seu Officiorum non celebratorum, pecuniam quæ superest, potest Episcopus convertere in alium pium usum ejusdem Ecclesiæ, ib. 369.
22. Non autem potest Episcopus commutare, quæ pertinent ad suam Cathedrali, mensamve, aut Capituli sui, ibid. 378.
23. Neque in iis, quæ spectant ad subditos inferioribus Prælati, nisi ex horum negligentia, ib. 380.
24. Relictum pro sustentatione pauperum, in redemptionem captivorum non potest mutare. Genuensis loco cit. num. 8.
25. Relictum pro maritandis puellis non potest converti in usum nondum nubilium, idem ib. n. 14.
26. Item ad certum usum Ecclesiæ, nempe pro pilastris, non potest in alios usus ejusdem Ecclesiæ, sine causa, nisi aliquid superfit, idem ibid. num. 16.
27. Causæ denique commutationis sunt necessitas, & evidens utilitas. Monet. supra cap. 6. quæst. 2. num. 81.

V. Legatum num. 5.

Conceptio B. Virginis.

1. **Q**ui dicunt, mortaliter peccare, vel esse hæreticos eos, qui defendunt Conceptionem cum peccato originali, vel econtra affirmant, peccare eos, qui colunt Festum Conceptionis, sunt excommunicati. Sixtus IV. Pius V. Trident. sess. 5. & Paulus V. 31. Augusti 1617. *
2. In publicis concionibus, lectionibus, & aliis actibus nemo audeat asserere Conceptionem cum peccato, & asserens contrarium non impugnet aliam opinionem; neque agatur de ea aliquo modo, sub censuris, & poenis prædictarum Constitutionum. Pius V. ibid.
3. Datur facultas Episcopis, & Inquisitoribus contra transgressores, etiam Regulares, ibid.
4. Neque in colloquiis privatim, seu scriptis audeat quis asserere Conceptionem cum peccato; neque de hac opinione affirmativa agere sine speciali indulto Sedis Apostolicæ. Gregor. XV. 24. Maji 1622. * Dominicani tamen possunt inter se dumtaxat, non inter alios, neque cum aliis de materia ejusdem

dem Conceptionis differere : neque super hoc molestari debent, idem 28. Julii 1622. *

5. In Officio Festi Conceptionis ejusdem non aliud nomen, quam Conceptionis adhibeatur, sub pœnis prædictis, idem *supra*.

6. Cum facultate, ut *supra*, Ordinariis, & Inquisitoribus contra quoscumque, *ibid.* V. Regul. jura sunt Episcopis n. 64.

Concilium Provinciale

1. Celebretur quolibet triennio a Metropolitanano, seu eo impedito, ab antiquiore Episcopo. Trident. *sess.* 24. *capit.* 2.
2. Non ergo ab exempto Episcopo cogi potest, antiquiore suffraganeo. Decisum refertur, *in praxi Episcop.* V. Conc. ad 7.
3. Episcopi omnes, & alii, qui de jure, vel consuetudine, tenentur convenire. Trident. *supra*.
4. Debent vocari, ita quod non vocatus non tenetur ire, nisi in dictum fuisset frequens Concilium in præcedenti. Quar. V. Concil. Prov. num. 3.
5. Qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem vicinum Archiepiscopum semel eligant, in cuius Synodo interfint. Concil. Trid. *supra*.
6. Hæc electio mutari non potest. Decisum refert Quar. *loco cit.* num. 2.
7. Abbates habentes populum, & membra non exempta, a quibus appellatur ad Archiepiscopum, tenentur accedere. Quar. *in Addit. ubi supra* num. 3.
8. Abbates item habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, & cogentes Synodum tenentur, *ib.* V. Abbas, n. 46.
9. Commendatarii quoque Episcopalem jurisdictionem habentes, *ibid.*
10. Capitula Cathedralium vocari debent, idem *ib.*
11. Et eo magis, si vacat Sedes, *ib.* *in add.*
12. Capitula habentia quasi Episcopalem jurisdictionem sunt vocanda. Decisum refertur *ibid.*
13. De necessitate vocandi sunt Episcopi, non alii. Quar. *ibidem*.
14. Hoc est, Ordinarii, & quasi Episcopalem jurisdictionem habentes, *in add.* *ib.*
15. Item electi, & possessionem adepti licet non sint consecrati Episcopi.
16. Sufficit vocatio per edictum, *ibid.*
17. Quamdiu Concilium non erit absolutum, moram purgare potest Episcopus, *ib.* n. 4.
18. Non venientibus aliis, devolvitur auctoritas ad præsentem, *ib.* n. 5.
19. Gravis necessitas excusat absentem, *ib.* n. 6.
20. Qui subest duobus Metropolitanis, si eodem tempore ab iis vocetur, mittat ad alterum litteras cum Procuratore, *ibidem*.
21. Possunt compelli, ut veniant, *ib.* n. 7.
22. Sub pœna suspensionis a communibus negotiis cum aliis Episcopis : & post trinam monitionem excommunicationis, *ibid.*
23. Potest Episcopus pro dicto accessu petere subsidium ab Ecclesiis, si pauper est, *ib.* num. 8.
24. Archiepiscopus non potest petere aliquid a Prælati sub pœna quadrupli, *ib.*
25. Litteræ Pastorales Archiepiscopi ab Episcopis promulgentur de Concilio celebrando. Prov. 6.
26. In die Epiphaniæ in omnibus Cathedralibus inter dies festos illud evulgetur. Cærem. Episc. *lib.* 1. c. 31.
27. Item per unum saltem mensem ante, ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, *ibid.*
28. Tribus proximis diebus Dominicis in Metropolitana, & Parochialibus inter Concionem publicetur, *ibid.*
29. Dominico die ante initium Concilii omnes communicent, & orent assidue pro tanto negotio. Prov. 4.
30. Quinta quoque feria Missæ dicantur de Spiritu sancto a singulis Sacerdotibus in Provincia, & in Collegiatis cantentur. Prov. 2.
31. Vel saltem fiet commemoratio, si festo impeditur. Prov. 4.
32. Singulis diebus Dominicis Processio cum Litanis in Collegiatis, & Parochialibus habeatur, *ib.*
33. Et hæc fiat usque ad finem Concilii. Prov. 2.
34. Imo, & singulis diebus a Dominica tertia ante diem Concilii dicatur collecta de Spiritu sancto usque ad finem Concilii. Prov. 6.
35. Quisque Episcopus interea de consilio suorum peritorum materiam instruat pro Concilio. Prov. 4.
36. Duobus saltem comitatus, Diacono, & Subdiacono accedat. Prov. 6.
37. Obviam cuique Episcopo eant Vicarii Generales, Prælati, & alii, quos mittet Archiepiscopus per duo, aut tria miliaria, *ib.*
38. Cum ingreditur, mula vectus decora non recuset, rogatu, & concessu Archiepiscopi, in via populo benedicere, *ibid.*
39. Ad Basilicam majorem eat, oret, obvios in porta habens Canonicos, & Clericos ejusdem, *ib.*
40. Si occupati sint in Choro, duo, quatuorve illi obviam eant, *ibid.*

41. Campanæ pulsentur, & nisi divina celebrentur, organum quoque cum pia cantus modulatione, *ib.*
42. Inde ad Metropolitanum veniat, qui obviam procedens Episcopum benigne excipiat, *ib.*
43. Paulo ante Concilium instituat Oratio 40. Horarum in Metropolitana. Prov. 4.
44. Oratio sine intermissione curetur a Regularibus, Monialibus in civitate. Prov. 6.
45. In tota Diocesi idem præstetur, *ibid.*
46. Imo & in tota Provincia Episcopi curent, *ib.*
47. Congregationes Generales, quæ statæ in singulas hebdomadas habebuntur, significantur, tum campana, tum schedulis affixis. Prov. 4.
48. In Congregationibus utantur Rocchetto, & Mozzeta. Cærem. Episc. *lib.* 1. *cap.* 3. & Archiepiscopus stola rubea supra Mozzettam. Prov. 7.
49. Sedeant in Concilio secundum ordinationis suæ tempus Episcop. Cærem. Episc. *loco cit.* *cap.* 31.
50. Episcopus, qui fuit Archiepiscopus, sedebit immediate post Metropol. Quar. *in Addit. loco cit.* num. 9.
51. Exemptus sedeat super omnes suffraganeos Episcopos. Decisum refert prax. Episc. V. Concilium ad 4.
52. Aliorum ordo in sedendo habetur in Cærem. *lib.* 1. *cap. ultim.*
53. Abbates habentes quasi Episcopalem jurisdictionem, habent vocem decisivam, *in Addit. ad Quar. sup.* n. 3.
54. Capitulum Sede vacante habet vocem decisivam per Vicarium Capitularem, *in Addit. ib.*
55. Capitula habent vocem consultivam. Quarant. *ib.*
56. Totum Concilium est Judex, non singuli, *ib.* n. 10.
57. Principalis judex est Archiepiscopus de consilio aliorum, & consensu, idem *ibid.*
58. Et hoc modo pronunciare debet, *ib.*
59. Poterunt alii habere vocem etiam decisivam, accedente consensu omnium suffraganeorum, *in Addit. ib.*
60. Potest Suffraganeus impeditus constituere alium Suffraganeum cum speciali mandato ad decidendum. Navarr. *conf.* 3. de Offic. Deleg. in antiquis.
61. Vel potius ad præsentandum suum votum in scriptis super aliquo particulari negotio, non in genere. Quar. *in Addit. supra* n. 10.
62. Statur majori parti, licet dissentiat Archiepiscopus. Quar. *ibid.*
63. Si nolit ille ideo pronunciare, recurrendum est ad Papam, *ib.* n. 10.
64. Cognoscere autem potest de omnibus causis Ecclesiasticis totius Provinciæ, *ib.* n. 11.
65. Etiam finito Concilio, si ante finem coepta est cognitio, *ibid.*
66. Non potest cognoscere de persona Archiepiscopi, nisi ad effectum monendi eundem, *ib.*
67. Supplere potest negligentiam ejusdem, & cognoscere de causis appellationum, *ib.*
68. Item & de causis Metropolitanæ Ecclesiæ, *ib.*
69. Potest recusari Concilium, & haberi suspectum : & suspectus Episcopus in aliquo casu debet abesse, *ib.* n. 12.
70. Statuere potest juxta Canones ; apponere pœnas, vel gravare, sine præjudicio aliorum, *ib.* n. 13.
71. Ligantur subditi Episcopi suffraganei absentis, & laici quoque, in materia spirituali, idem *ib.*
72. Item, & exempti vocati ad Concilium Tridentinum, *sess.* 24. c. 2.
73. Caveatur multitudo statutorum, obligatio ad culpam, usus censurarum nimius. Quar. *supra* num. 13.
74. Non obligantur Regulares exempti. Navarr. *conf.* 2. de sepult. in antiq.
75. Non potest Concilium Provinciale dare facultatem poenitentem subdito Suffraganei eligendi Confessarium non approbatum a Suffraganeo ipso. Decisum refertur a Quar. *loc. cit.* die 16. Martii 1581.
76. Ex Concilio Tridentino debet cognoscere. De professione Fidei *sess.* 25. *cap.* 2. de ref. De Judicibus causarum *sess.* 25. c. 10. De Divinis Officiis *sess.* 24. c. 12. De tenuitate Cathedralium *sess.* 24. c. 13. De Examinatoribus, & Beneficiis curatis, *sess.* 24. c. 18. De Residentia, & licentiis, *sess.* 23. c. 1. De promovendis ad Cathedrales *sess.* 24. c. 1. De Visitatione earundem, *sess.* 24. c. 3. & c. 9. si dubitatur, ad quem spectet. De Monasteriis, negligente Episcopo, *sess.* 25. de Regularibus *cap.* 22. De locationibus contra Canones factis, *sess.* 25. *cap.* 11. De abusibus Indulgentiarum, miraculis, Reliquiis *sess.* 25. De minoribus causis Episcoporum criminalibus, nam *sess.* 24. c. 5. & *sess.* 13. c. 8. excipiuntur graviore. De collatione Beneficiorum indignis, *cap. Grave, de Præb.* De officiis publicis datis perperam, vel Judæis, vel Paganis, *cap. cum sit, de Judæis.*
77. Jejunium celebrent Episcopi cum suis familiis pridie diei Concilii. Prov. 4.
78. Vesperis campanæ pulsentur, quod item fiat pridie eujusque sessionis, *ibid.*

79. Immo in omnibus Ecclesiis a primis Vesperis per totam diem, & ipsa die sequenti, quousque Archiepiscopus ingressus fuerit Ecclesiam. Cærem. Episc. loco cit.

80. Die ipsa Concilii celebrent Episcopi, item Sacerdotes omnes: reliqui communicent, & præsertim familiares, de manu Episcoporum. Prov. 4.

81. In prima sessione Processio sollemnis fiat, convocato universo Clero, etiam Regulari, *ibid.*

82. Archiepiscopi habitus erit Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Mitra pretiosa. Cærem. Episc. loco cit.

83. Habitus Episcoporum erit supra Rocchettum, Amictus, Pluviale, Mitra auriphrygiata, *ibid.*

84. Abbatum Benedictorum erit Pluviale, Mitra simplex, *ibid.* Vide Abbas a num. 43.

85. Color Rubeus adhibetur, *ibid.*

86. Missa de Spiritu Sancto per Archiepiscopum cantabitur, *ibid.*

87. Sermo latinus ab eodem habebitur. Prov. 4.

88. Episcopi triplici ductu incensantur omnes. Zerol. part. 2. V. Concilium Tert.

89. In fine Missæ non datur sollemnis benedictio, sed in fine Sessionis. Cærem. sup.

90. Cætera, ut in Pontificali, & Cærem. Episcoporum.

91. In aliis sessionibus Missa, & sermo ab alio Episcopo, qui a Metropolitanano electus fuerit. Prov. 4.

92. Diebus festis mane saltem conciliares actiones omittantur, ut Episcopi Divinis Officiis vacent, *ibid.*

93. Decreto promulgato de Concilii initio, cantetur Hymnus, Te Deum. Prov. 6.

94. Festis diebus sollemni ritu Missa ab aliquo Episcopo celebretur, & Concio præterea ab eodem, vel alio Episcopo ad populum habeatur, præsentibus aliis Episcopis, *ibid.*

95. Ad Vesperas item conveniant, & intersint sacre tractationi, quam Metropolitanus, vel alius Episcopus habuerit, *ibidem.*

96. Populus quoque supplicationibus obeat Ecclesias insigniores; & audiat quotidie, vel saltem tribus feriis Conciones in Metropolitana, *ibid.*

97. Singulis diebus Clerus Civitatis in Cappella Archiepiscopali Clericales aliquas studiorum excitationes ineat ad præscriptum, *ibid.*

98. Pro familiaribus Episcoporum Theologus Metropolitanus, seu alius explicet eis Psalmos, vel sacros alios libros, quo tempore Congregationes Episcoporum habentur, *ibid.*

99. Nullus Episcopus abeat sine causa, & sine licentia. Prov. 4.

100. Non possunt illiciti recedere ante finem Concilii, sub poena excommunicationis, a qua absolvuntur ab ipsa Synodo tantum. Quar. in Addit. supra num. 41.

101. Si quis abiit, Procuratorem relinquat. Prov. 4.

102. Comprobatis Decretis in sessione, Chorus canat, Te Deum. Prov. 6.

103. Antequam dimittatur Concilium legantur Sanctiones Tridentinæ, & aliæ, quæ ad mores attinent Episcoporum, & ex Pontificali promissiones factæ in eorum Consecratione. Prov. 4.

104. Episcopi ordine accedentes ad Altare majus in ultima sessione, assentiendo subscribant post Metropolitanum, *ibid.*

105. Idem præsent Procuratores antequam abeant, *ibid.*

106. Si non fecerint, excommunicationis poenam incurrant, *ibid.*

107. Post acclamationes, & osculum pacis, recedant in pace. Cærem. Episc. loco cit.

108. Non sunt publicanda Decreta inconsulto Romano Pont. Sixtus V. A. 1584.

109. Postridie illius diei, quo sessio ultima habita est, Missa sollemnis fiat ab aliquo Episcopo pro defunctis Episcopis cum oratione latina, & absolutione sollemni 4. Juniorum Episcoporum. Prov. 5.

110. In discessu Episcoporum, paulo ante quisque eat in Ecclesiam Metropolitanam oraturus, Prov. 6.

111. Infra sex menses a reditu de Concilio debent Episcopi notificare Decreta Concilii approbata a Sede Apostol. Quar. loco cit. num. 14.

112. Alias incurrunt suspensionem ab Officio bimestrem. Barbof. alleg. III. n. 21.

113. Non potest Conc. Provinc. concedere Indulgentias ultra dies 40. Henrinez afferit de communi DD. de Indulg. c. 31. §. 4.

114. Generale potest concedere Indulgentias plenarias. Leo in Thes. fori Eccles. p. 1. cap. 7. n. 17.

A D D I T I O.

Decreta Concilii Provincialis per approbationem, quæ fit Romæ a S. C. non intelliguntur confirmata a Sede Apostolica, sed tantum permilla. Congr. Conc. Trid.

Convenientibus ad Concilium Provinciale, Metropolitanano, & Suffraganeo Cardinalibus hæc videntur observanda, quæ in Provinciali septimo Mediolanensi.

1. Metropolitanus ibit obviam Suffraganeo Cardinali extra urbem per duo circiter milliaria.

2. Si vehantur eadem lectica, præcedit Crux Archiepiscopalis, & Suffraganeus in digniori loco sedens, benedicet populo.

3. Si super mulas equitant, ambo hinc inde benedicunt; quod præstitit aliquando, me teste, S. Carolus cum Cardinali non Suffraganeo veniente ad urbem.

4. Si rheda vehuntur, non solet Crux præcedere.

5. In Congregationibus pro negotiis Synodalibus sedent ambo pares in sedibus nobilioribus, quam alii Suffraganei, & sub baldachino: sed dignior locus a dextris est Metropolitanis: cujus etiam est totam actionem dirigere.

6. Stola adhuc adhibetur, ut supra, a Metropolitanano; & Episcopi sedent cum Rocchetto, & Mozzetta.

7. In Ecclesia paratur sedes Cameralis æque alta cum pari baldachino ac sedes Metropolitanis, & ex adverso in cornu Epistolæ, pro Suffraganeo.

8. In qua fedet Cardinalis Suffraganeus tempore Missæ Pontificalis Metropolitanis, cum Cappa rubea, sine assistentibus; accedunt tamen, quoties opus est, duo Canonici Cathedralis, ut exuat, induantque Cardinalem, & cum eo dicant, Confessionem, Introitum, Epistolam, Evangelium, & alia, quæ legit, & dicit Metropolitanus, in Sede sua, exceptis Collectis, ministrantibus aliis librum, & candelam.

9. Episcopi retinent ad Missam Pluvialia, & Mitras, quæ, iis præsentibus, erunt e damasceno serico: & incensantur tantum duplici ductu, coram Cardinali.

10. In Processionibus ad Ecclesiam, sive pro Synodo, incedunt pares. Metropolitanus a dextris, & solus benedicens, cum Mazzeriis solitis ante Crucem Archiepiscopalem.

11. Induunt ambo Pluvialia; cum Mitra auriphrygiata Suffraganeus: cum pretiosa Metropolitanus: & cum Amictu, Alba, Stola, &c. & eodem modo sedent pares in sessionibus publicis Concilii, supra tres gradus altiores Episcopis, sine Baldachino pro ratione loci.

12. In Professione Fidei emittenda, genuflectente altero, alter cum aliis stat sine Mitra: sedent mitrati ad Professionem Fidei per Episcopos genuflexos emissam.

13. Cantante Missam alio Episcopo, seu Canonico, sedent ambo illi in cornu dextro Altaris, in sedibus cameralibus æqualibus, cum Cappa; Metropolitanus in digniori loco, prope Altare scilicet, sine assistentibus, & sine circulis Canonico-rum: cum cæteris ritibus Cærem. Episc.

14. Impedito Cardinali Suffraganeo, ne Congregationibus intersit, mittuntur duo Episcopi, ut votum illius exquirant, & ad alios reportent.

V. Supra. V. Cardinalis, num. 7. & seqq.

V. Canonice collatio, num. 6. Dispensatio, num. 8. Subsidiium Charitativum, num. 8.

Concilium Tridentinum.

1. Prohibentur Glossæ, Commentaria, Annotationes, & Scholia super Decreta Concilii Tridentini, præterquam a Deputatis a Papa. Pius IV. Anno 1563.

2. Sub poena suspensionis ab ingressu Ecclesiæ iis Prælatibus, qui prædicta ediderint, *ibid.*

3. Declarationes Concilii Tridentini non probant in Foro contentioso, afferantur authenticæ cum sigillo, & subscriptionibus Officialium. Congreg. Concilii in Decreto impresso die 2. Augusti 1631. *

4. Prohibentur omnino transactiones Concilii Tridentini in Gallicam, vel alias linguas. Cong. Concilii 2. Junii 1629. * addit poenas Indicis librorum prohibitorum. Congreg. Indicis 15. Novembris 1629.

5. Revocata sunt omnia Privilegia in iis, quibus contrariatur Concilio Tridentino. Pius IV. 13. Martii 1565.

6. Ne exigantur juramenta contra Decreta Concilii Trid. sub poena suspensionis a Divinis, vel interdicti, vel excommunicationis pro varietate personarum, Papæ reservata. Gregorius XIII. Anno 1584.

V. Libri prohibiti, num. 15. 16.

Concio Sacra.

1. Episcopus concionari potest in Ecclesiis Regularium. Congreg. Episcop. 17. Januarii 1584.

2. Si concionatur Episcopus in propria Ecclesia, non potest præterelegere eleemosynam solitam dari aliis Concionatoribus, eadem 30. Januar. 1615.

3. Quo tempore Episcopus concionem habet, nemo alius neque Regularis concionentur. Prov. 4. ex Decr. Clem. V.

4. Non potest Episcopus concionari extra suam Diocesim. Decis. a Clem. VIII. referunt DD. apud Barb. alleg. 76. n. 2.

5. Curati animarum festis saltem diebus populo prædicent. Trid. sess. 5. cap. 2. sess. 24. cap. 4.

6. Idem per se, vel per alios impensis suis prædicent omnibus diebus festis, & in Quadragesima, & Adventu quotidie,

vel saltem tribus hebdomada diebus, & alias opportune, Episcopi iudicio, *sess. 24. cap. 4.*

7. Qui e Parochis concionari nescit, de scripto Homiliae pronunciet. *Prov. 1.*

8. Parochi ad Altare concionaturi stabunt aperto capite, neque tunc Altaris candelæ extinguantur. *Prov. 6.*

9. Si pulpitem ascendant inter Missarum sollempnia, casulam deponant, & eo casu caput regant, sedeant, ut maluerint. *ib.*

10. Munus prædicationis committi potest per Episcopum etiam Clerico, qui non sit in sacris. *Decisum referunt DD. cit. a Barbos. alleg. cit. num. 45.*

11. Nullus secularis, sive regularis, etiam in Ecclesia sua contradicente Episcopo, prædicare præsumat. *Trid. sess. 24. c. 4.*

12. Regulares in suis Ecclesiis non nisi approbati a suis Superioribus, & de licentia eorundem cum benedictione Episcopi prædicare possunt. *Idem sess. 5. cap. 2.*

13. Extra suas Ecclesias concionaturi licentiam ab Episcopo cum benedictione petant, *ibid.*

14. Quætuarii neque per se, neque per alios prædicent. *ib.*

15. Concionatores quicumque ante, & post concionem Quadragesimæ adeant ipsum Episcopum. *Prov. 7.*

16. Tenentur prædicatores benedictionem petere ab Episcopo quovis tempore, nedum in Quadragesima, & Adventu. *Congr. Episcop. 16. Octobr. 1601.*

17. Qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, sine licentia Episcopi, prædicare præsumserint, puniri possunt ab Episcopo. *Gregor. XV. 5. Febr. 1622.*

18. Item, & ii, qui in suis Ecclesiis, Ordinum suorum, non petita Episcopi benedictione, aut ipso contradicente. *Idem ib.*

19. De Parochi licentia potest approbatus Concionator prædicare in Parochiali. *Decisum referunt Barbos. alleg. 76. n. 25.*

20. potest Ordinarius ab eisdem exigere professionem fidei, si ita videbitur expedire. *Decisum referunt Fr. Leo in Thesaur. part. 1. cap. 9. num. 9.*

21. In Cathedrali solus Episcopus eligit, & deputat Concionatorem, sublata omni consuetudine immemorabili contraria. *Decisum referunt Barbos. supra num. 6.*

22. Est autem in optione Episcopi, vel eligere, vel retinere consuetudinem, ita ut si ipse eligat, non compellat alios ad expensas; si relinquat aliis electionem, ad expensas eisdem cogere possit. *Decisum referunt idem ibid. num. 11.*

23. In aliis Ecclesiis ad Episcopum pertinet electio impensis eorum, qui illas præstare tenentur, aut solent. *Decis. referunt ibidem.*

24. Non tamen sublata est immemorabilis consuetudo, ubi facultas nominandi Prædicatorem in Ecclesiis non Cathedralibus alteri, quam Episcopo, competeret. *Decisum referunt idem ibid. num. 6.*

25. Citra consuetudinem contrariam potest Episcopus eligere Concionatorem, sed alimenta, & eleemosynam eidem ipse præstare debet. *Cong. Episc. 6. Febr. 1615.*

26. Qui per ambitum quævisse locum concionandi deprehensus fuerit, eo loco ne concionetur. *Prov. 7.*

27. Ordinaria Concio fiat post Evangelium. *Prov. 4.*

28. In laudem Defuncti non nisi post Missam, *ibid.*

29. Eo tempore non dicantur Missæ, neque Horæ Canonicae, neque submissa voce, neque in Altari subterraneo, *ibid.*

30. Nocturnæ fiant Conciones, *Prov. 3.*

31. Cum sollempnes Processiones fiunt, Jubilæum, & similia celebrantur, de iisdem Conciones habeantur, *ibid.*

32. Idem fiat in Pentecoste de Confirmatione, *ibid.*

33. Sacram Scripturam de communi SS. Patrum sensu interpretentur. *Prov. 1.*

34. Prædicans errores, aut scandala disseminans interdicitur ab Episcopo. *Trid. sess. 5. cap. 2.*

35. Ne certum Antichristi diem, aut Iudicii prædicent. *Leo X. Anno 1516.*

36. Neque suas revelationes. *Idem ibid.*

37. Neque vitia Episcoporum, aut aliorum Prælatorum singillatim mordeant. *Idem ibid.*

38. Et hæc tria prohibentur sub pœna excommunicationis reservata absolutione Papæ, *ibid.*

39. Ne historias apocryphas narrent, neque miracula non probata, neque fabulas ineptas, neque hæreticorum opiniones referant apud imperitos. *Prov. 1.*

40. Ne quemquam nominatim, aut tacite illum designantes insectentur, *ibid.*

41. Indulgentias ne publicent sine consensu Episcopi. *ib.*

42. Non possunt commendare pauperes in propriis Ecclesiis sine licentia Episcopi, sed tantum propria Monasteria. *Cong. Episcop. 8. Maji 1602.*

43. Neque collectam pecuniæ proponant, & in Diocesi Vicarius Foraneus consulatur. *Prov. 6.*

44. Neque liceat eleemosynæ causa Concionatori se ipsum commendare; non tamen veritum sit piis hominibus de licentia Episcopi id facere, *ibid.*

45. Canonici, & Cleri Concioni sæpissime interfint. *Provinc. 1.*

46. Jubeantur adesse sub pœnis arbitrariis. *Prov. 2.*

47. Et in habitu choralis. *Prov. 4.*

48. Viri a mulieribus dividantur. *Prov. 1.*

49. Qui Parochi Conciones non integras audiunt, ex quodam contemptu, graviter puniantur. *Prov. 3.*

50. Non potest Episcopus cogere populum mulctis, & pœnis ad audiendam Concionem in Parochiali. *Decisum referunt Praxis Episcop. V. predic. ad 4.*

51. Possunt Regulares certo die prohiberi, ne concionentur, ut totus populus conveniat ad Cathedralium. *Congreg. Episc. 17. Novembris 1592.*

52. Neque possunt sermocinari in congregationibus secularium hora illa, in qua Episcopus ipse prædicare voluerit, vel coram se facere sollempniter prædicari. *Congr. Conc. Decreto impresso 1525. Rom.*

53. Prohiberi quoque potest Concio non solita extra Cathedralium tempore Advent. & Quadragesimæ. *Congr. Episcop. 10. Febr. 1604.*

54. Neque prohibere in Parochiali Conciones Quadragesimales eo titulo, ut frequentior sit populus in Cathedrali, eadem 20. Febr. 1601.

55. Populus detrectans subministrare victum de more Concionatori, solitamque eleemosynam, compellatur etiam interdicti pœna. *Prov. 4.*

56. Prædicatorum eleemosynam ne universitates moderentur, Episcopi curent. *Congr. Episc. 3. Julii 1590.*

57. Si ex publico Civitatis ærario Concionatori solent eleemosynæ dari, ea consuetudo servetur. *Decisum referunt Barb. alleg. 76. num. 13.*

58. Nulla vero ex parte merces tribui solita Concionatori exigenda est a Pensionariis. *Decisum referunt Barb. ibid.*

59. Ubi sunt Hebræi in Sabbatis Conciones illis habeantur, non in loco sacro, cura Ordinarii. *Greg. XIII. Anno 1584.*

60. Conveniant illi a 12. Annis supra, ita ut tertia saltem eorum pars interfuit, sub pœnis interdicti commercii & aliis arbitrio Ordinarii. *ibid.*

V. Archiepiscopus, num. 30. Eucharistia, num. 57. Excommunicatio, num. 34. Exequis, num. 58. 59. 60. Interdictum, num. 26. Monialium cura spiritualis, n. 38. 39. Montes pietatis, num. 3. Quadragesima, num. 9. Regularium jura sub Episcopis, num. 32. & seqq. Suspendio, num. 15. Vicarius Foraneus, num. 10. Visitatio Episcopi, 3. num. 36.

A D D I T I O.

1. Concionante Episcopo prohibetur aliorum Concio. *Cong. Conc. 2. Maji 1629.*

2. Non tamen Parochi, eo tempore prohibentur concionari, eadem Jun. 1613.

3. Parocho Concionanti non tenetur universitas loci dare aliquid, quod solet aliis dari Concionatoribus, ead. 20. Martii 1621.

Concubinarius.

1. **T**er admonitus ab Ordinario excommunicatus, nec absolvatur nisi paruerit. *Trid. sess. 24. c. 8. de Matr.*

2. Si neglexerit censuram, severe contra eum procedatur, *ibidem.*

3. Mulieres, sive conjugatæ, sive solutæ, cum Concubinariis publice vivunt post tertiam monitionem puniantur ab Ordinario, & extra locum, vel Diocesim ejiciantur, *ibid.*

4. Semel ad Pœnitentiam, & Communionem admitti si in luto eodem peccatorum hæserint, ne amplius ad Communionem admittantur, nisi emendati. *Provinc. 1.*

Confessarius.

1. **E**piscopi vigore Privilegii, de quo in cap. fin. de pœn. & remiss. non possunt eligere sibi Sacerdotem sibi non subitum in Confessarium sine approbatione proprii Ordinarii. *Decisum referunt DD. apud Barbosam alleg. 25. n. 9.*

2. Neque potest Concilium Provinciale dare facultatem pœnitenti subdito Suffraganei eligendi sibi Confessarium non approbatum ab ipso Suffraganeo. *Vide sup. Concil. Provincial. num. 71.*

3. Non possunt deputari Confessarii a laicis vigore jurispatronatus. *Congreg. Episc. 22. Maji 1615.*

4. Parochi censentur approbati in Civitate, vel oppido, ubi sita est Parochialis ad Confessiones audiendas; non autem passim per totam Diocesim. *Decisum referunt Praxis nova Episcop. p. 2. c. 1. num. 10.*

5. Et dimissa Parochiali, non habetur idoneus. *Decisum ibid. referunt.*

6. Nemo, neque etiam Regularis audire potest Confessiones secularium etiam Sacerdotum, nisi aut Parochiale habeat Beneficium, aut ab Episcopo per examen, si videbitur necessarium, approbetur. *Trid. sess. 23. cap. 15.*

7. Neque alius, præterquam Episcopus, potest approbare Confessarios. *Decisum referunt Barbos. alleg. 25. num. 12.*

8. Nimirum Episcopi loci, ubi auditur Confessio. *Navar. in Man. c. 27. n. 266. Decisum referunt Campanil. Rubric. 12. cap. 13. num. 77.*

9. Sublata sunt Privilegia audiendi Confessiones sine prævio examine. *Urbanus VIII. Anno 1628. 12. Septemb. **

10. Semel examinati, & approbati non debent iterum ab eodem Episcopo examinari, nisi a Successore, si velit. *Pius V. Anno 1571.*

11. Qui fuerint approbati sine examine, possunt suspendi, & examinari. Congr. Episc. 31. Julii 1615.
12. Possunt admitti ad tempus. Congr. Episc. 7. Julii 1594. & Decis. 2. Julii 1587. refert Confessus, in summa tit. 17. cap. 4.
13. Licentia ad beneplacitum revocari potest. Congr. Episc. 12. Martii 1519.
14. Expiratque mortuo concedente. Henriq. lib. 6. cap. 6. §. 7. in fine.
15. Approbentur Confessarii in scriptis. Prov. 4.
16. Valet tamen approbatio in voce DD. cit. a Barbof. loco cit. num. 10.
17. In facultate, quæ datur Confessariis, addatur semper clausula, ne absolvat a reservatis. Prov. 7.
18. Non approbati, si audiant, excommunicati sunt. Pr. 1.
19. Et Confessio est nulla. Prov. 3.
20. Prohibiti audire Confessiones, si absolvant, tenet absolutio, si fuerant approbati, nisi eis auferatur jurisdictio. Sá, Conf. num. 11.
21. Ideo tabella Confessariorum approbatorum, ubi sunt plures, habeatur in Sacristia. Prov. 1.
22. Regulares habeant testimonium suorum Superiorum. Prov. 4.
23. Non possunt Confessarii Regulares suspendi ab audientibus Confessionibus, nisi ex nova causa, & ad Confessiones attingente; aut ob non servatum interdictum ab Episcopo positum. Congreg. Episcop. 20. Novemb. 1615. *
24. Neque potest adimi facultas audiendi Confessiones omnibus simul unius Conventus, inconsulta Sac. Congreg. eadem *ibid.*
25. Prælati Regulares, seu alii Religiosi non approbati ab Episcopo non possunt audire Confessiones sæcularium, qui sunt de familia lato modo sumpta, & serviunt Monasterio. Decisum refert Amendar. apud Barbof. alleg. 25. num. 46.
26. Secus si vere sunt de familia, & continui comensales, *ibid.*
27. Possunt audiri ægroti in domibus eorum. Possunt tamen Episcopi sub pœna suspensionis a Confessionibus audientibus præcipere, ut Confessarii moneant Parochos de audita Confessione. Congreg. Episcop. 1. Julii 1006.
28. Dent testimonium de audita Confessione ægrotorum pro Medico, & Parocho. Prov. 4.
29. In articulo mortis, præsentem Parocho sine causa non recusando, non potest quilibet Sacerdos absolvere. DD. apud Barbof. alleg. 25. num. 51. ubi, & aliqui docent, posse.
30. Confessionalia, ne sint in cappellis, & cellulis, sed in Ecclesia aperto loco. Prov. 7.
31. Sera claudantur, imagines piæ affigantur, lamina forata, & tenuis tela adhibeatur. Prov. 4.
32. Nulla sit ibi capsula pro elemosynis, *ibid.*
33. Habeatur ibi Bulla Cœnæ, & Tabella casuum referuatorum, *ibid.*
34. Superpelliceum, & Stola adhibeatur. Prov. 5.
35. Regulares audiant cum habitu Chori, *ibid.*
36. Ne audiantur mulieres ante ortum solis, neque post occasum. Prov. 1.
37. Neque in cellis, sed in sedibus tabella media, *ibid.*
38. Nec sine causa in privatis ædibus, *ibid.*
39. Qui mulierem in Confessione extra sedem solitam, in qua cratis ferrea, ligneave sit, audierit, ipso facto suspensus est a munere Confessarii. Prov. 7.
40. Restitutio incertorum Episcopo reservatur. Prov. 4. *ib.* Vide casus reservati, num. 12.
41. Non applicant sibi pecuniariam pœnam. Prov. 3.
42. Neque sibi dari patiantur, etiam pro Missis. *ibid.*
43. Neque pecuniæ distribuendæ suscipiant onus, *ibid.*
44. Qui in ipso ministerio pecuniam, vel aliud acceperit, ipso facto suspensionem a Divinis incurrit, licet sponte detur. Prov. 7.
45. In Paschate dent singulis testimonium de audita Confessione. Prov. 4.
46. Formula testimonii cura Episcopi imprimatur, *ibid.*
47. Non licet per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Congreg. Officii 19. Julii 1602.
48. Sollicitantes in confessione mulieres ubique puniantur. Pius IV. Anno 1561. Gregor. XV. 1612. *
49. Sive sint peccata inter Confessarium, & pœnitentem; sive agat Confessarius, ut cum aliis fiant, sive ante, sive post, immediate, seu occasione Confessionis, ea etiam non secuta; sive extra Confessionem in loco Confessionis, sive sermones, sive tractatus habuerint, severissime puniantur, *ibid.* (1)
50. Moneant Confessarii sollicitatos teneri ad denunciandum sollicitantes; alias graviter puniri possunt non monentes, seu negantes adesse obligationem revelandi, *ibid.* (2)
51. Qui criminis socius fuerit, aut quoquo modo parti-

ceps, sciat sibi esse interdictum munus audiendi eos, quos habuerit culpæ socios. Prov. 7. (3)

V. Absolutio, num. 7. 34. & seqq. Casus reservati, n. 17. Clericus, num. 49. Cleri conventus, num. 3. Conc. Provinciale, num. 75. Confraternitates, num. 33. 34. Doctrina Christiana, num. 16. 18. Extrema Unctio, num. 1. Fidei Professio, num. 27. Legatus, num. 5. 8. Regularium jura sub Episcopis, 15. 16. 18. 85.

A D D I T I O.

1. Ex causa concernente Confessiones potest Episcopus suspendere Confessarium approbatum absolute, & revocare licentiam audiendi Confessiones. Cong. Episc. 30. Aug. 1630.
2. Ea item, si Confessarius sit scandalosus, ita ut iudicio Episcopi, cujus oneratur conscientia, a Confessionibus sit repellendus, aut suspendendus, eadem *ibid.*
3. Præcipitur omnibus Ordinariis, ut in actu approbationis Confessariorum, eisdem legatur, & intimetur Constit. Greg. XV. contra sollicitantes, & præsertim, S. ita Decret. S. Offic. 3. Octob. 1626.
4. Qui sollicitaverit ad turpia in Confessione, vel ante, vel post eam per quamcumque gratiam factam, vel faciendam non potest restitui, ut valeat Confessiones Sæcularium audire. Congr. S. Officii 2. Decemb. 1562. apud Laur. de Franch. tom. 1. conrov. quæst. 4. de hac materia.
5. Neque ille, qui abjuravit alias secrete vel publice, aut alias quomodocumque, ead. 13. Aprilis 1630.
6. Qui de levi abjuravit, non est impeditus audire Confessiones, etiam Sæcularium, eadem *ibid.*
7. Si sollicitati noluerint manifestare sollicitantes, potest Episcopus dare auctoritatem Confessario recipiendi in scriptis cum juramento denuntiationem personæ sollicitatæ, quæ consensit, quam statim tenebitur Confessarius deferre Episcopo, vel inquisitori Decr. S. Off. 27. Sept. 1624. per litteras datas ad Archiep. a Card. Millino.

Confirmatio

1. **D**ebet ministrari cum pluviali, Stola, & Baculo. Congreg. Episcop. 19. Februarii 1585.
2. In die feriali potest ministrari, & a non jejuno. Sylv. Confirmatio, quæst. un.
3. In Palatio Episcopi, seu loco honesto, potest. Henriq. lib. 3. Confirm. cap. 6. §. 7. in fine.
4. Neque accedant ii, qui de aliena sunt Diœcesi. Prov. 4. Sá, Confirmatio, num. 3.
5. Confirmans tamen non sibi subditos non incurrit culpam, neque pœnam ex præsumptione, quod placeat Episcopo alieno. Henriq. loco cit. §. 6.
6. Minoribus septennio ne ministretur, nisi aliud Episcopo videatur, ex causa. Prov. 1.
7. Potest puer trium annorum confirmari. Barbof. loco cit. M. Ant. Genuens. in Man. Past. cap. 54. num. 3.
8. Muti, & surdi possunt confirmari. Barb. loco cit. num. 20.
9. Et perpetuo amentes. Idem num. 21.
10. Adulti prius peccata confiteantur, & jejuni confirmentur, si mane ministratur: caput etiam mudent. Prov. 5.
11. Stabunt adulti, ita ut pedem dextrum pedi compatri dextro siquique superponat, *ibid.*
12. Mares primo, tum foeminae confirmentur, *ibid.*
13. Mutandum nomen in melius, si primum non congruit, *ib.*
14. Confirmati frons abstergetur a Sacerdote, tum a Clerico in sacris lavetur, *ibid.*
15. Pannus Chrismatis, si opus est, poterit iterum poni super alium confirmatum. Durand. in Rat. lib. 6. c. 84. n. 8.
16. Nullus excommunicatus, interdictus, vel gravioribus facinoribus alligatus, aut Christianæ Fidei rudimenta non edoctus, accedat ad hoc recipiendum Sacramentum. Pontific. Roman.
17. Patrinus debet esse alius ab eo, qui fuit in Baptismo. DD. apud Barbofam alleg. cit. num. 51.
18. De numero Patrinorum dic, ut supra in Baptismo cum Tolet. in summa lib. 2. cap. 24. num. 11.
19. Non refert, an Patrinus sit major ætate. DD. apud Barbofam num. 39. loco cit.
20. Ne sint Monachi, vel Abbates, cap. non liceat, de consecr. dist. 4.
21. Neque excommunicati, interdicti, facinorosi, aut igno- rantes rudimenta Fidei. Pontif. Rom.
22. Sint Confirmati. Sylv. V. Conf. n. 4.
23. Nullus præsentet nisi unum, aut duos, non plures, *ibid.* & Pontif. Rom.
24. Nihil donetur a Patrinis. Prov. 1.
25. Describantur Confirmati in libro, *ibid.*

26. Epi-

(3) Etiam in articulo mortis, si alius Sacerdos, etiam simplex, neque ad Confessiones audiendas approbatus, sine infamia, vel scandalo vocari, aut accedere possit. Benedictus XIV. Const. Apostolice muneris 1745. Quod si complex hujusmodi Sacerdos prædictæ infamiae, vel scandali pericula confingat, ubi non sunt, vel hujusmodi periculum removere neglexerit, cum posset, & sic complicem absolverit, valida quidem erit absolutio, si Pœnitens fuerit rite dispositus, Sacerdos tamen Excommunicationem majorem Papæ reservatam incurret, quemadmodum alius quicumque extra dictum mortis articulum complicem absolvens. Idem *ibid.* Nulla autem erit complicitas absolutio extra prædictum mortis articulum. Idem Const. Sacramentum Pœnitentiæ 1741.

(1) Sacerdotes vel in actu Sacramentalis Confessionis, vel illius occasione, aut prætextu ad turpia sollicitantes perpetuam inhabilitationem incurunt ad Sacrificii celebrationem, uti & Sacerdotes abutentes Sacrificio Missæ ad fortilegia. Benedictus XIV. in Decreto die 5. Aug. 1745.

(2) Denunciatio faciendâ est, etiam si longum tempus post sollicitationem effluerit. Benedictus XIV. in Const. anno 1741.

26. Episcopus exiens per villas, & oppida, ut Sacramentum Confirmationis ministret, a nemine est procurandus. Decretum refert Barb. *alleg. cir. n. 10. oppositum docent Genuens. in Manual. Pastor. c. 35. n. 16. & Campan. Rub. 11. c. 26. n. 105.*
27. Negligentia Episcopi notabilis in confirmando, mortale peccatum est. Sà, *V. Confirmatio, num. 12.*
28. Reiteratio Confirmationis an inducat irregularitatem; Ajunt; Negant DD. apud Barbos. *alleg. 30. num. 28. 29. 30. V. Interdictum, num. 30. Irregularitas, num. 35. Monialium receptio, num. 36. Sacramenta, num. 3.*

A D D I T I O.

1. Episcopus alienus ministrans hoc Sacramentum debet ab Episcopo Diocesano provideri. Congr. Episcop. 15. Maji 1582. & apud Barbos. *de jure Eccl. lib. 1. cap. 11. num. 42.*
2. Ordinatus ante Confirmationem, etiam scienter, non est irregularis. *Navar. in Man. cap. 22. num. 9. & Barb. de pot. Episc. alleg. 2. num. 14. contra Majolum, & alios.*

Confraternitates.

1. **U**na tantum ejusdem generis, sive a Regularibus, sive a Sæcularibus in singulis locis institui potest. Clem. VIII. Anno 1604.
2. Non licet Regularibus instituere Confraternitates cum usu sacrorum sine Ordinario loci. Congr. Episc. 6. Dec. 1616.
3. De consensu Ordinarii instituantur omnes, qui & statuta probent. Clem. VIII. *sup.*
4. Privilegia, & Indulgentias nominatim concessas communicare licet, non alias, cum recognitione earundem ab Ordinario per duos de Capitulo Cathedralis Ecclesiæ faciendæ, *ib.*
5. Expediantur litteræ aggregationum.
6. Institutionum gratis, *ibid.* seu sub pœna privationis Officiorum, & nullitatis Actorum, *ibid.*
7. Confraternitates Sanctissimi Sacramenti ubique erectæ, vel erigendæ absque nova concessione, communicatione, vel aggregatione participes sunt quorumcumque privilegiorum, concessionum, indulgentiarum, & gratiarum Archiconfraternitati de Minerva concessarum, & concedendarum, statim ac earundem erectio Apostolica, vel auctoritate ordinaria facta fuerit. Cong. Indulg. 15. Febr. 1608. *
8. Facultates concessæ Dominicanis pro societate Rosarii, locum non habent in societatibus ejusdem extra eorum Ecclesiæ. Congr. Episc. 13. Maji 1603.
9. Unicuique Confratriæ præficiatur idoneus Sacerdos. Provinc. 6.
10. Officiales quotannis eligantur, & cum secretis suffragiis. Congr. Episcop. 18. Julii 1594.
11. Electio Officialium ad confratres, confirmatio ad Episcopum spectat, exceptis iis, quæ sub immediata Regum potestate existunt, eadem 11. Aug. 1617.
12. Fiat præsentem Parocho, vel alio Sacerdote deputato ab Episcopo, nisi aliud Episcopo videatur. Prov. 5.
13. Nihil inde emolumenti accipiatur, neque Officiales ipsi eligant Successores. Congr. Episc. 24. Aprilis 1584.
14. Electione Officialium prorogata sine Ordinarii licentia, acta omnia sint deinceps nulla. Prov. 7.
15. Ne admittantur in iis, qui doctrinam ignorant Christianam. Prov. 5.
16. Neque homines facinorosi, turpis vitæ, aut infamiæ labæ notati, *ibid.*
17. Qui adscripti, & moniti non se emendarint, amoveantur, *ibid.*
18. Amictus ne detur alicui, nisi præsentem Parocho, vel alio Sacerdote, qui amictum stata prece benedicat, *ibid.*
19. Neque amictum domi, aut alibi, quam in schola asservet, & confratriæ dimittatur, quocumque casu ille recedat. *ib.*
20. Arma ne quis gerat una cum sacro amictu, *ibid.*
21. In Oratoriis Confratrum ne retineatur Eucharistiæ Sacramentum. Congr. Episcop. 21. Maji 1594.
22. Si concedatur ibi servari Eucharistiæ, Sacerdos ibi ab Ordinario approbatus resideat, Prov. 7.
23. Neque apponatur oratio 40. horarum sine licentia Episcopi. Congr. Episcop. 20. Aug. 1601.
24. Prohibetur item processio Sanctissimi Sacramenti. Provinc. 7.
25. In Dominicis, & Festis diebus Missæ Sacrificium ne fiat ibi, nisi tempore, & hora ab Ordinario præscribenda, *ibid.*
26. Feria V. & Sabbato Sancto ne ibi Missa celebretur, neque cuiquam, ne ipsi quidem confratribus a Dominica Palmarum, usque ad Dominicam in Albis inclusive Eucharistiæ ministrare liceat, *ibid.*
27. Neque in Nativitate Domini, Ascensione, Pentecoste, Assumptione B. V. & omnium Sanctorum Festo, *ibid.*
28. Nullæ benedictiones ibi fiant candelarum, ramorum, ovorum, & frugum, sub pœna Sacerdoti benedicenti suspensionis a Divinis eo ipso; Confratribus autem arbitrio Episcopi, *ibid.*
29. Officium B. V. tantum, & submissa voce recitent, non autem cantent, *ibid.*
30. Vesperas eodem modo, *ibid.*
31. Officia recitent, vel ante, vel post Officia Cathedralis,

& Parochialis Ecclesiæ, neque impediunt Doctrinam Christianam. Prov. 5.

32. Non benedictionem, neque thurificationem sibi invicem, vel aliis impartiantur. Prov. 4.

33. Confessarii quicumque eligendi approbentur a Superioribus, & Ordinario: & absolvere possunt juxta Privilegia Confraternitatum, quatenus sunt in usu, & non adversantur. Trid. Concil. neque constitutionibus Pontificiis. Clemens VIII. *ubi supra.*

34. Non a casibus Bullæ Coenæ, nec a reservatis Papæ, vel Ordinario loci, neque ab excommunicatione lata ab homine, neque in irregularitate dispensare possunt, *ibid.*

35. Eleemosynæ colligi debent ab præscriptum Ordinarii, remotis capsis, & mentis, *ibid.*

36. Neque liceat sine licentia Episcopi quaritare eleemosynam. Prov. 5.

37. Oneribus satisfaciant, aut in propria Parochiali, aut in Ecclesiis intra ejus Parochiæ fines ab Episcopo designatis, nisi testatores aliud statuerint. Prov. 7.

38. Anniversaria, & quæ septimo, vel trigesimo die fiunt Officia, in Parochialibus fiant, nisi habeant jus sepulturæ, *ib.*

39. Et cum Parocho quoque præsentem, qui Officium peragat, & quando scilicet ibi cadaver est sepultum, *ibid.*

40. Duplicata eo casu detur Parocho eleemosyna, *ibid.*

41. Parochus intra cujus fines est Ecclesia Confraternitatis, debet adesse funeribus, quæ fiunt in dicta Ecclesia, & idem debet cantare Missas sollempnes, alioquin cantet Cappellanus. Congr. Episcop. 20. Augusti 1501. *V. Parochorum munera, num. 21.*

42. Ne invitent Confratrem tacite, vel expresse, ut sibi eligat sepulturam in eorum Ecclesiis, in quibus est jus sepulturæ, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Prov. 7.

43. Et quidquid inde detrimenti coeperit Ecclesia Parochialis, seu alia, cui sepeliendi jus competeat, totum refarciant, *ibid.*

44. Neque possint associare funus ullum, nisi, qui obiit unus sit ex ipsis, vel facultatem in scriptis obtinuerint ab Ordinario; quibus casibus nihil consequantur. *ibid. V. exequia n. 29.*

45. Psalmodia ad mortuorum corpora, thurificatio, aquæ aspersio laicis Confratribus ne permittatur. *ibid.*

46. Sepultura nemini in eorum Oratoriis, Ecclesiisve concedatur, nisi Episcopo constet id ei licere; ubi vero jus sepulturæ concessum est confratribus, nemini alio, neque jure electionis; sed neque ipsis quidem confratribus; nisi per sex menses ante obitum sint adscripti. Prov. 5.

47. Ad sollempnes Cleri processiones accedant. Prov. 2.

48. Fiat processio quotannis ab omnibus simul Confratern. in Civitate; in Diocesi vero in propriis locis sumpta ab iisdem sacra Communione, in gratiarum Actionem de dono indulgentiæ concessa a Sede Apostolica. Prov. 3.

49. Dignior locus detur antiquiori Confraternitati, quæ habitum prius assumpserit de Episcopi, aut Papæ facultate, & solita fuerit antea obire supplicationes, licet tempore sit inferior, & minoribus gaudeat Privilegiis. Prov. 6.

50. Cum processiones agunt, Sacerdotem secum habeant. Prov. 5.

51. Neque Crucem, quæ per Clericos præferri solet, deferant, sed imaginem Crucifixi, & Sanctorum. Prov. 7.

52. Nocturne obeant ipsi processiones sine licentia Episcopi, & cum certis regulis. Prov. 6.

V. Indulgentia n. 24. Jus patronatus, n. 36. Monialium Ecclesia, num. 15. Præcedentia, num. 2. 3. Processio n. 13. 49. Seminarium Clericorum, num. 33. Visitatio Episcopi, num. 4. 23. 24. 25. 42.

A D D I T I O.

1. Confraternitati Rosarii non competit præcedentia super alias, quæ ante illam habent habitum. Congr. Rit. 9. Decembr. 1617.

2. Item die de Confraternitate Corporis Christi in processione ejusdem, ead. 30. Septemb. 1628.

3. Non possunt Confraternitates in suis Ecclesiis per suos Cappellanos facere sollempniter celebrare, confessiones audire, sepelire, Sacramenta ministrare, & similia, quæ ad solum Parochum spectant, sine licentia Ordinarii, & Parochi, eadem 18. Maji 1602. 14. Januar. 1612.

Conservatores.

1. **L**itteræ Conservatoriæ non suffragantur ad hoc, ut coram suo quisque Ordinario in criminalibus, & mixtis causis non possit accusari, & contra eum inquiri, c. 9. Trident. *sess. 14. c. 5.*

2. In civilibus etiam causis, si ipse auctor fecerit aliquem trahere in judicium, ei non licet apud suos Conservatores judices, *ibid.*

3. Litterarum Conservatoriarum beneficium ultra quinquennium non valet, *ibid.*

4. Et durante quinquennio mutari non possunt, nisi ex causa legitima. Gregor. XV. Anno 1621. *

5. Expirat etiam Officium morte concedentis, nisi negotia sint incepta, DD. apud Barbos. *alleg. 106. n. 50.*

6. Vicarii Generales non possunt esse Conservatores. DD. apud Barbof. *ibid.* n. 13. Affirmant alii posse, *ibid.*
7. Neque Priores, seu Guardiani, aut alii Regulares. Cong. Episcop. 6. Octob. 1617. apud Barbof. *supra* n. 15.
8. Debent autem esse Judices electi in Provinciali, vel Diocesana Synodo. Gregor. XV. *supra*.
9. Alioquin per annum coram Ordinario cognoscantur causæ, *ibid.*
10. Electio facta exhibetur Ordinario infra duos menses, alias coram eo agantur causæ, *ibid.*
11. Non possunt deputare Subconservatores. DD. apud Barbof. *supra* n. 4.
12. Neque habent jurisdictionem, nisi in casibus, * in quibus Regulares sunt rei; neque extra civitates, aut Dioceses, in quibus deputantur. Greg. XV. *supra*.
13. Non tamen sublata est facultas, quam habent Conservatores defendendi Regulares a manifestis injuriis, ac violentiis, dummodo observent formam præscriptam in Constitutionibus Innoc. IV. & Bonif. VIII. relatis in cap. 1. & fin. de Offic. deleg. in 6. declar. Congr. Concil. edita Anno 1624. *
14. Constitutio Gregorii XV. de Conservatoribus non afficit Religionem Jerosolymitanam, nisi quoad Judices Conservatores, eidemque Religioni adhuc ejusmodi Judices Conservatores eligendi competit. Congreg. Concil. 6. Febr. 1627. & Urbanus VIII. 17. Febr. 1628. *
15. Orta controversia inter Conservatorem, & Ordinarium super jurisdictione, per arbitros judicetur. Trid. *supra*.
16. Et hi eligantur ante progressum causæ. Gregor. XV. *supra*.
17. Nullum habeant proprium tribunal. Trid. *loco cit.*
18. In Mediolanensi Provincia servetur Constitutio Gregorii XIII. Prov. 7. nimirum
19. Quod ii in Curia tantum Episcopali, loci, ubi deputati sunt, jus reddere teneantur, alibi minime, ne partibus quidem consentientibus.
20. Causas, quæ judicialem requirunt indaginem, non debent attingere.
21. Sed eas tantum cognoscant, quæ a jure sunt concessæ de manifestis injuriis, & violentiis.
22. Neque facultatis fines excedant sub poena annuæ suspensionis ab Officio, & nullitatis processus: pars autem excommunicationi subiaceat.
23. Orta controversia præter arbitros, licere Conservatori ad suum confugere Superiorem.
24. In causis ne pronuncient, prout in cædula, neque habeant terminum pro servato; sed libere sententiam ferant, & de scripto publicent.
25. Popinas accipere non possunt, si constitutum habent stipendium; alioquin eas moderatas juxta taxam Greg. XIII. per manus Notarii, sententia publicata.
26. Quicquid ultra taxam receperint, restituant; neque valent dantium remissio, liberalitas, aut gratia, etiam in foro conscientiarum.
27. Depositio pecuniæ notetur a Notario quo die facta est.
28. Neque deponatur nisi post traditam Notario sententiam.
29. Ante diffinitivam nihil omnino accipiant, neque pro interlocutoriis, aliisque Decretis, neque pro legendis scripturis, & processibus.
30. Assessores, seu arbitri, nihil eo nomine accipiant, ob visas scripturas, aut decisivum suffragium, & in foro conscientiarum tenentur restituere.
31. Esculenta, & poculenta triduo consumptibilia non prohibentur accipi.
32. Advocatos, Procuratores, Solicitatores, qui causas apud ipsos agant, neque verbo nominent, aliove modo designent, neque domi in contubernio habeant.
33. Notarios sibi sumant e Curis tantum Episcopalibus.
34. Qui taxam sui Ordinarii sequantur, & exigant, præterquam in casibus a Greg. XIII. expressis, in quibus, si taxæ minores sunt Ordinariorum, eæ omnino servantur. Hæc omnia Gregor. XIII. 4. Jun. 1580. * V. Regularium jura sub Episcopis num. 55. seqq.

A D D I T I O.

1. Abbates Olivetani possunt eligi in Conservatores. Congr. Conc. 2. Mart. 1610. si fuerint electi Judices Synodales.

Contractus.

1. Societates cum capitali salvo sunt usurariæ, etiam in casu fortuito. Sixtus V. Anno 1586.
2. Sub poena nullitatis prohibentur, & aliis usuræ poenis, *ibidem*.
3. Census creari debet super re immobili, fructifera, & certis finibus designata. Pius V. Anno 1589.
4. Item in pecunia numerata, coram Notario, & testibus in actu instrumenti, *ibid.*
4. Sine ulla conventionem de casu fortuito, *ibid.*
6. Cum libertate vendendi rem illam absque laudemio, &c. & quomocumque alienandi, *ibid.*
7. In venditione tamen præferatur dominus census, & per mensem expectetur, *ibid.*

Gavant. Tom. III.

8. Pacta de lucro cessante ob moram solutionis seu alia similia, nulla sint, *ibid.*
9. Neque census augetur, neque novus creetur super eadem re, vel alia pro censibus temporis præteriti, vel futuri, *ibidem*.
10. Neque imponantur onera, quæ sunt extra naturam hujus contractus, *ibid.*
11. Pereunte re in totum, vel ex parte, pro rata parcat census, & pro rata possit extinguì, *ibid.*
12. Pro extinctione fiat denunciatio ante duos menses, & post denunciationem intra annum omnino salvatur pretium, *ib.*
13. Si non extinguatur, adhuc semper extinguì potest, *ibid.*
14. Neque pactum ullum fiat ob non extinctum census, *ib.*
15. Aliter creati census habeantur fœneratitii. *ibid.*
16. Res infructifera ea esse declaratur, quæ tota, vel ex parte infructuosa perpetuo redditur, non aliquibus annis. Pius V. 1570.
17. Neque prohibetur, quin possint repeti expensæ, quæ sunt litigando contra morosum debitorem, *ibid.*
18. Neque prohibentur fidejussores, aut hypotheca bonorum pro evictione rei gravatæ censu, aut pro solutione census, *ib.*
19. In casu dotis assignandæ, non est necessaria pecunia coram Notario, & satis est etiam idonea schedula bancaria pro pecunia numerata, *ibid.*
20. Census super bonis Communitatum status Ecclesiastici non possunt excedere septem pro centenariis. Clem. VIII. apud Nalb. V. Censuræ n. 15.

Convertitæ.

1. Constitutiones Convertitarum servantur. Trid. *sess. 25. cap. 18. de Reg.*
2. Numerus certus ne in iis constituatur, nec habeat locum in iis, quod loco dotis, & alimentorum in aliis Monialibus est decretum. Prov. 6.
3. In iis recipiendis sufficit consensus majoris partis Capituli, *ibid.*
4. Item in iis admittendis ad professionem, *ibid.*
5. Professio emittatur ea ætate, eoque temporis spatio, quibus jure communi liceat, aut earum statutis est cautum, *ibidem*.
6. Quæ post annum probationis non sunt habiles ad professionem, aut eam se emittere recusant, e Monasteriis, nisi causis jure permissis, ne ejiciantur; sed tempus Novitiatus prorogetur, *ibid.*
7. Neque eæ, quæ non sunt habiles ad Officium, etiam si domus illa non egeat Conversis, contra institutum repellantur, *ibid.*
- V. Monialium Clausura, per totum.
- Monialium educatio activa, num. 4.
- Monialium cura temporalis, num. 19.

Corporale

1. EX lino debet esse, *cap. Consulto de cons. dist. 1.*
2. Ex canabe fieri potest. Azor. *lib. 10. cap. 28. quæst. 8.*
3. In extrema parte ejusdem addi potest sericum, & aurum. Suar. 3. *part. dist. 81. sess. 6.*
4. Crux acu pingi potest in anteriori parte. Acta Mediol. *Eccl. de sac. supellect.*
5. Benedicitur una cum palla. Pont. Rom.
6. Non debet tangi a laicis, nec a sacratis foeminis, *cap. Sacras dist. 23.*
7. Neque lavari debet in vase communi. Ordo Rom.
8. Post primam lotionem potest tangi, & reparari a non sacratis, antequam iterum adhibeatur. Sylv. V. *Corporalia q. 1.*
9. Post usum, & post lotionem non debet iterum benedici. Idem *ibid. q. 2.*

Curiales.

V. *exempti, num. 3. 4.*

Decimæ

1. SOLvantur integræ ab iis, ad quos spectant. Trident. *sess. 25. cap. 12.*
2. Qui eas subtrahunt, aut impediunt, excommunicantur, nec absolvantur, nisi plena restitutione sequuta, *ibid.*
3. Evulgetur hoc Decretum Concilii in Dominica prima Adventus. Prov. 1.
4. Non potest Episcopus alicui concedere immunitatem a Decimis per viam privilegii. Monet. *de Decim. c. 5. q. 2. conc. 1.*
5. Potest remittere Decimas, maxime suæ mensuræ debitas ex justa causa, *ibid.*
6. Item interponere Decretum, & consensum in compositione super solutione Decimarum, *ibid.*
7. Decimarum Ecclesiasticarum investituras in perpetuum factas laicis, sed minus legitime, declaret irritas Episcopus in earum recognitione. Prov. 3.
8. Privilegium concessum Religiosis aliis de non solvendis Decimis, etiam ex agris antiquitus cultis, non extenditur

ad eas, in quarum possessione is est, cui de jure competunt Decimæ. Monet. *sup. concl. 3.*

9. Consuetudo nihil solvendi Ecclesiæ ministris, quantumcumque longa, non valet, quando minister sustentari non potest in Parochia. *ibid. q. 4. concl. 2.*

10. Valet compositio inter Personas Ecclesiasticas, ut Decimæ uni Ecclesiæ debitæ, solvantur alteri. Idem *ibid. quest. 6. concl. 1. & 2.*

11. Accedente consensu Episcopi, *ibid. concl. 1. & 2.*

12. Valet compositio, & transactio super Decimis decursis sine consensu Superioris, *ibid. concl. 3.*

13. Non valet de futuris sine consensu Papæ, *ibid. concl. 4.*

14. Valet, si compensetur Ecclesia aliis in rebus de consensu Episcopi, *ibid.*

15. Decimæ Episcopales possunt remitti personis Ecclesiasticis de consensu Capituli. Idem *quest. 7. concl. 1.*

16. Non potest remitti Decima Parochialis alicui laico de consensu Episcopi, *ibid. concl. 2.*

17. Consuetudo circa portionem, & quantitatem Decimæ attendenda est, *ibid. q. 4. concl. 1.*

18. Exactio Decimarum Capituli, etiam ab iis de Capitulo ad suum usum conduci potest, facultate ab Episcopo data, cum gravis causa urgebit. Prov. 4.

19. Qui decimas debet, biduo ante moneat Rectorem, quam bona sua in domum suam portet, nisi aliter sit cautum. Prov. 3.

20. Debent inferri in horrea Clericorum, ubi sine magno sumptu, & labore id fieri possit. Monet. *cap. 6. q. 1. concl. 1.*

21. Non possunt asportari fructus donec Clerici certiores fiant de collatione, nisi obstet consuetudo, *ibid. concl. 2. & 4.*

22. Decimæ prædiales debent solvi statim ac fructus collecti sunt, *ibid. q. 2. concl. 1.*

23. Decimæ personales regulariter in fine anni, *ib. concl. 2.*

24. Attenditur consuetudo, *ibid. concl. 4.*

25. Non possunt propria auctoritate capi, sed peti debent, *ibid. q. 3. concl. 4.*

26. Potest Episcopus nomine cujuslibet Ecclesiæ Parochialis subjectæ ad Decimas agere, quando non est Curatus, qui agat. Idem *cap. 7. q. 1. concl. 7.*

27. Non solvens excommunicari potest, ac debet. Idem *ibid. cap. 8. quest. 5. concl. 1.*

28. Potest iudex ex officio procedere contra non solventem, *ibid. q. 6. concl. 1.*

29. Causa Decimarum est executiva, appellatione remota, invocato etiam brachio sæculari, nulla compensationis habitatione, *ibid. q. 4. cora.*

30. Si quæstio sit de Decimis inter Clericos causa est summaria, *ibid. cap. 8. q. 4. concl. 1.*

31. In visitatione potest Visitator cogere subditos ad solvendum Parocho Decimas, *ibid. d. q. 6. concl. 2.*

32. Possunt denegari Decimæ deneganti injuste Sacramenta, *ibid. cap. 7. quest. 1. concl. 11.*

33. Potest Episcopus etiam Decimarum assignatione augere redditus Ecclesiæ Parochialis adeo exiguos, ut debitis nequant oneribus satisfacere, *ibid. cap. 8. q. 8. q. 6. concl. 3.*

34. Laicus conductor Decimæ debet conveniri coram Iudice Ecclesiastico. Idem *ibid. q. 1. num. 17.*

A D D I T I O.

1. Clerici non tenentur solvere Decimam suorum Beneficiorum. DD. cum Barbosa *de jure Eccl. 3. c. 26. §. 3. num. 8.*

2. Sed bonorum suorum sæcularium, quicumque ii sint, licet non sint subditi Parocho, *ibid. num. 10.*

3. Pertinentes ad Ecclesiam Matricem non transeunt ipso jure in Parochialem Ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud Matricem, nisi eas Episcopus novo Parocho assignaverit ad præscriptum Conc. Trid. Cong. Conc. 11. Mart. 1617.

4. Decimæ ratione prædiorum acquiritorum per Regulares solvendæ sunt, donec doceant de sufficienti privilegio, ead. 4. & 18. Decemb. 1627. 1. Sept. 1629. 13. Apr. 1630.

Degradatio.

1. AN sit necessaria Degradatio realis in casibus, in quibus Clerici in minoribus sunt puniendi a laico Iudice: Affirmant, Negant DD. apud Barb. *alleg. 110. num. 8.*

2. Ad sollemnem Clerici Degradationem, quot & qui concurrant. Vide Tr. *sess. 13. cap. 4.*

3. Episcopus electus, non consecratus, non potest actualiter Clericum degradare. Barb. *de pot. Episc. alleg. cit. n. 24.*

4. Episcopus cognoscit contra exemptos in omnibus criminibus requirentibus actualem Degradationem. DD. apud Barb. *ibid. num. 28.*

5. Assistentes Degradationi debent adesse in cognitione causæ, & in pronuncianda sententia ferre suffragium, *ibid. num. 25.*

6. Prælati Religiosorum non habent facultatem Degradandi suos subditos, *ibid.*

7. Verbaalem Degradationem merentur adulterium, concubinitas, perseverans post monitionem in simonia notoria, stuprum, incertus, furtum, perjurium, homicidium, etiam si sit patratum solo consilio delictum, quo quis sua culpa permittit decidere suam Parochianum sine Baptismo, & alia,

quæ inferunt irregularitatem. Monet. *de distribut. quest. 17. num. 6.*

8. Realem merentur hæresis, crimen falsi in litteris Apost. & conspirationis in proprium Episcopum. DD. apud Barb. *cit. loc. n. 11.*

9. Item quando quis commisit immane delictum, puta homicidium qualificatum: & in proditoriis, parricidio, fraticidio, combustione Ecclesiæ, assassinio: & similibus, *ib. n. 13.*

10. Item non Ordinatus, Celebrans, vel sacramentalem audiens Confessionem. Clem. VIII. 1. Decembris 1601.

11. Item sollicitans mulierem in Confessione, si delictum sit grave. Gregor. XV. *in suo Decreto.* *

12. Item criminis nefandi reus. Pius V. in Bulla. V. *de exercuerit.* Barbos. *alleg. 44. num. 25.*

13. Item reus de abortu animato. Quaranta. V. *Abortis n. 6.*

14. Degradatum non potest restituere Episcopus. Sylvest. *Degradatio quest. 9.*

15. Nisi verbaliter tantum Degradatum. Tolet. *lib. p. cap. 50. num. 7.*

Diaconi Selvatici.

V. Clericus, num. 86.

Dispensatio.

1. DISPENSATIONES quacumque auctoritate concedendæ summarie recognoscantur a locorum Ordinariis. Trident. *sess. 22. cap. 5.*

2. Fiant causa cognita, urgenti, & justa ratione, summa maturitate, & gratia, aliter censentur surreptitiæ. Idem *sess. 25. cap. 18.*

3. Circa Canones Pontificios, qui imponunt legem ipsis Episcopis, non potest Episcopus dispensare, nisi reperiat hoc concessum. Sylv. V. *Dispensatio q. 136.*

4. Quoties in jure exprimitur, ut cum aliquo possit dispensari, & non dicitur, per quem, dispensare potest Episcopus. Tolet. *lib. 1. cap. 99. num. 4.*

5. Et potest in materia levi. Sá, *Dispensatio num. 9.*

6. Dispensatio non impeditur, si dum Papa tribuit facultatem dispensandi, dispensandus iterum copulam habeat cum ea, pro qua impetratur Dispensatio. Bonac. *de leg. disp. 1. quest. 1. punct. 5. propos. unic. num. 4.*

7. Dispensationem obtinentem cum ea clausula: *justis de causis animum nostrum moventibus*: non tenetur eas Commissario significare. Decisum refert Nald. *Dispensatio num. 18.*

8. Archiepiscopus non potest dispensare in Decretis Synodi Provincialis. Barbosa *de potest. Episc. Alleg. 34. n. 8.*

9. Episcopus potest dispensare in propriis Constitutionibus sine causa. DD. apud eundem *ibid. n. 2.*

10. Et in Dioecesana Synodi Decretis, *ib. n. 3.*

11. Nisi ille juramento ea firmaverit, *ib. n. 5.*

12. Et nisi constitutio transferat in contractum in alterius commodum, *ibid. n. 6.*

13. Et nisi sint confirmata auctoritate Apostolica, *n. 9.*

14. Potest dispensare cum illegitimo ad beneficium simplex, cui est unita Parochialis. DD. apud eundem *alleg. 66. num. 48. Plura infra V. Illegitimi.*

15. Potest item ex causa in voto, & juramento, non in præjudicium tertii, cui sit jus quæsitum; Mirand. *in Man. Prælat. tom. 1. q. 47. art. 4. concl. 1.*

16. Etiam electus, non consecratus. Barb. *alleg. 36. n. 6.*

17. Respectu subditorum, non eorum, qui habitationem ibi tantum habent, ut scholares, *ibid. n. 17.*

18. Item in voto continentiae, si detur urgens causa, & periculum in mora, si adeatur Papa, idem *alleg. 37. n. 8.*

19. Item in voto castitatis ad tempus, *ibid.*

20. Item de non contrahendo matrimonio, *n. 17.*

21. Item in voto virginitatis, si intendat solum fugere primum actum venereum, *n. 18.*

22. Item in voto suscipiendi sacros Ordines, *n. 19.*

23. Non potest in quinque votis, seu juramentis de Religione, castitate perpetua, peregrinatione in terram sanctam, ad limina Apostolorum, & Compostellam. DD. communiter, etiam si sint conditionata, *ibid. n. 5.*

24. In dilatione horum ad aliud tempus si vovens sibi tempus præfinivit, potest dispensare. Barbosa *loco cit. n. 13. 16.*

25. De voto peregrinationis ad Ædem Laurentianam, an sit Papa reservatum? Affirmat Navarr. dubitat Suarez apud Barbosam *alleg. 37. n. 3.*

26. Si vota prædicta quinque fiant in poenam alicujus peccati, an possit Episcopus dispensare? affirmant, negant DD. *ibid. n. 7.*

27. In matrimonii impedimentis solo jure Pontificio dirimentibus non potest Episcopus. Decisum refert Garz. *de benefico. par. 11. cap. 5. num. 344.*

28. In impedimentis, quæ non dirimunt contractum, potest, Sanchez *lib. 7. disp. 17. num. 15.*

29. Potest etiam in sequentibus dirimentibus. Primo, quando est occultum, bonaque fide matrimonium est publicum, nec ad Papam facilis est recusus, neque possunt conjuges separari. DD. apud Barbosam *alleg. 35. n. 3.* Secundo ex magna necessitate, & urgentissima cum periculo infamiae, &c. *num. 5.*

Tertio, quando impedimenta superveniunt matrimonio, & impediunt petitionem debiti, n. 8.

30. Si tamen adfit Nuncius Apostolicus habens facultatem dispensandi, ad hunc tutius recurritur, num. 10.

31. Vicarius Generalis sine mandato speciali non potest in prædictis, num. 13.

32. In dubio an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare, illam non desiderari, vel ad cautelam dispensare, num. 18.

33. Potest item cum minoribus non habentibus requisitam ætatem ad matrimonium, quando sunt prope ætatem, & dubium est an malitia suppleat ætatem, n. 20.

34. Item cum eo, qui post votum simplex castitatis contraxit matrimonium ratum, ut possit petere debitum. Idem alleg. 37. n. 9.

35. Et cum eo, qui post matrimonium emisit votum castitatis, ut possit petere debitum, vivente conjugæ tantum, n. 10.

36. Et cum iis, qui mutuo consensu emiserunt votum castitatis, si detur periculum incontinentiæ, & aditus ad Papam sit difficilis, n. 11.

37. Et cum eo, qui commisit incestum, ut petat debitum, num. 12.

38. In dispensatione matrimoniali pœnitentia inuncta incestuoso potest ab Episcopo delegato commutari ex causa. Decisum Romæ refert Genuens. in praxi Neapol. cap. 20.

39. Qui potest dispensare, potest etiam commutare, non e contra. Barbosa alleg. 37. n. 21. & 25.

V. Censura, n. 1. & seqq. Clericus concubinarius, n. 9. Irregularitas per totum. Ordines majores, n. 45. Regularium jura sub Episcopis, n. 77.

Doctor.

1. Episcopus in dando gradu Doctoratus non servans Clementinam 2. de Magistrat. suspenditur per sex menses a potestate dandi gradus, ut ib.

2. Doctoratus a Comite Palatino in quacumque facultate nullius est nunc auctoritatis, quoad dignitates, & beneficia. Pius V. Anno 1565. apud Nald. Doll. n. 11.

3. Conferens gradum Doctoris, nisi sub certa limitatione, sit suspensus a collatione gradus. Barbosa alleg. III. n. 38.

4. Theologus præcedit, post Canonista, deinde Legista, ultimo Medicus. Sylv. V. Doctor, q. 2.

V. Cap. Sede vac. n. 56. Fidei Professio n. 24.

A D D I T I O.

Ratione Doctoratus inter Canonicos Presbyteros nulla datur præcedentia, nec præminentia. Cong. Rit. 19. Mart. 1611.

Doctoralis Præbenda.

1. Canonici Doctoris hujus Præbendæ, officium est, defendere jura Ecclesiæ, sive spectent ad bona, sive ad præminentiam Ecclesiarum. Garz. de benef. tom. 5. p. 5. c. 4.

2. Neque dari debet illi in hanc causam aliquod aliud stipendium. Idem ibid.

3. Sed debeat eo casu haberi tamquam præsens in Choro. Idem ibid.

4. Si exit a loco, debetur conveniens stipendium pro itinere, &c. Idem ibid.

Doctrina Christiana.

1. In Dominicis, & festis diebus in singulis Parochiis doceantur pueri fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, ab iis, ad quos spectant, censuris etiam adhibitis contra eos, qui docere debent. Trid. sess. 24. c. 4.

2. Sodalitas Doctrinæ Christianæ instituat. Prov. 2.

3. Ubi non potest, duo, vel tres homines ad id aptiores eligantur, qui adjuvent, ibid.

4. Instituantur scholæ, etiam extra Parochiales Ecclesias, in locis commodioribus. Prov. 4.

5. Constituantur loca ab Ordinariis, pro tradenda Doctrina Christiana. Pius V. Anno 1571.

6. In singulis Vicariatibus constituatur aliquis Ecclesiasticus, qui scholas visitet, & tertio quoque mense Vicarium Generalem certiore faciat de eorum statu. Prov. 7.

7. Scholæ omnes eo ordine ubique instituantur, ut unum corpus confletur sub Urbano Priore Generali, ib.

8. A prandio convocentur pueri. Prov. 1.

9. Clerici quicumque Choro non addicti Parochum adjuvent. Prov. 5.

10. Gravier moneantur patres, & domini, qui negligunt eam doceri filios, & servos suos, iisque Confessarii gravissimam pœnam imponant, ib.

11. Non possunt compelli pueri ad discendam Doctrinam Christianam pœnis, & mulctis, sed ii quorum interest docere. Decisum refert Prax. Episcop. V. Doctrina Christiana S. 3.

12. Musicæ cantiones, symphonica instrumenta arceantur ab his scholis. Prov. 7.

13. Visitentur a Præfectis scholæ, neque eo tempore, quo scholæ habentur, concio fiat. Prov. 3.

Gavarr. Tom. III.

14. Indulgentiæ concessæ in hanc causam semel evulgentur ante Kalendas Maji, & in Kalendis ipsis fiat Communio cum Processione generali. ibid.

15. Intra Missarum quoque sollempnia Parochi recitent Orationem Dom. Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, & Decalogum repetente populo rudiori, & sapius explicent. Prov. 5.

16. Antequam confiteantur, eadem pœnitentes recitent. ib.

17. Quæ si nescierint, & post certum tempus, ne audiantur, inconsulto Deputato ab Episcopo, seu Vicario Foraneo. ibidem.

18. Aliquibus remitti potest prædictorum recitatio, judicio eorum Confessariorum, quibus id Episcopus concesserit. Pr. 6. V. Confraternitates, num. 31.

A D D I T I O.

Potest Episcopus per viam præcepti pœnalis obstringere Parochos ad docendum doctrinam Christianam; non autem sub pœna peccati mortalis. Congregat. Episcop. 22. Novembr. 1592.

Duellum.

1. Qui locum ad monomachiam in terris suis concesserint; eo ipso sunt excommunicati, & jurisdictione, dominiove loci, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur. Trid. sess. 25. cap. 19.

2. Si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. ib.

3. Si ex conducto permiserint, aut non prohibuerint, mandantes, instigantes, auxilium, consilium, favorem dantes, equos, arma, pecuniam, com meatum, scienter ministrantes, aut ex composito spectatores, vel socii, eisdem censuris subjaceant, quibus duellantes, etiam si illi impediti pugnam non commiserint. Greg. XIII. Anno 1582.

4. Qui pugnam commiserint, & eorum patrini, excommunicationis, bonorum proscriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnas incurrant, & uti homicidæ puniantur. Trident. loc. cit.

5. Si ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura, ibid.

6. Qui ex conducto, statuto tempore, & in loco convento monomachiam commiserint, etiam si nulli patrini, sociive ad id vocati sint, nec loci securitas habita, nullave litteræ provocatoriæ, aut denuntiationis chartulæ processerint, censuris Concil. Trid. & pœnis tenentur, ac si certamen invisissent publico, & solito abusu. Gregor. loco cit.

7. Extenduntur prædicta ad omnem locum. Clem. VIII. Anno 1592.

8. Et quomodocumque, & titulo quovis ineatur duellum, ibidem.

9. Et qui scripta in hanc causam dictarint, scripserint, detulerint, affixerint, imprefferint, subscripserint, seu verbo denunciaverint, ibid.

10. Non comprehenduntur hoc loco Epistolæ privatæ, quæ ordinarie scribuntur. Congreg. Episc. 6. Septembr. 1593.

11. Qui consilium, &c. ut supra num. 3. etiam effectu non secuto nec accessu, nec actu proximo ad pugnam, prædictas censuras, & pœnas subeant. Clem. sup.

12. Excommunicatio est Papæ reservata. Idem ibid.

13. Pœnæ aliæ privationis beneficiorum, officiorum inhabilitatis ad illa imponuntur, ibid.

V. Casus Reservati, num. 3.

Ecclesia.

1. Ecclesia nova ne construatur sine licentia Episcopi. DD. apud Barbof. de potest. Episc. alleg. num. 1.

2. Neque Regularium in loco non exempto. Idem ib. n. 3.

3. Attendatur autem præjudicium Parochialis Ecclesiæ. ib. n. 5.

4. Sufficit, quod Episcopi consensus sit tacitus. Idem loco cit. num. 2.

5. In locis exemptis necessaria est licentia Papæ. Sylv. V. Ecclesiæ, quest. 1.

6. Non debet ædificari sine dote; alioquin Episcopus de suo dotare debet. DD. Barbof. alleg. 74. num. 2.

7. Quæ sufficiat rectori, & Clerico ad victum. Id. ib. n. 3.

8. Non potest Episcopus assignare fabricæ Ecclesiæ pauperis de fructibus superfluis alterius Ecclesiæ, ibid. n. 17. concedit Sanchez cum aliis, lib. 3. de matrimonio disp. 19. n. 14.

9. Non potest impedire ædificum Ecclesiæ sufficienter dotatæ, sine causa rationabili. Decisum in Rota Rom. 18. Februar. 1591. coram Mansica.

10. Ecclesia sufficienter dotata pro omnibus etiam Cappellis, non est necessario dotanda unaquæque Cappella. Nald. Cappellania, num. 6.

11. Ecclesia mutari non potest de loco ad locum sine licentia Papæ, & Episcopi. Barbof. alleg. 26. num. 8.

12. Ecclesiæ collapsæ, vel quæ nequeunt instaurari, vocatis iis, quorum interest, transferri possunt in Matrices, aut alias vicinas arbitrio Episcopi cum beneficiis simplicibus, etiam de jurepatronatus, erectis Altaribus, cum oneribus priorum Ecclesiarum. Trident. sess. 21. cap. 7.

13. Reparationi Cathedralis ad Episcopum spectant suppleat

Capitulum de superfluis fructibus beneficiorum vacantium. Barbos. alleg. 64. num. 5.

14. Vel compellantur Parochiani, num. 6.
 15. Parochiales reficiantur ex fructibus; qui si non sufficiant, cogantur Patroni, aut Parochiani, aut certe transferantur, ut supra. Trident. loco cit. cap. 7.
 16. Populo nolente suam Ecclesiam instaurare, diruatur. Decisum refert Ricc. in praxi resol. 201.
 17. Pensionarius tenetur pro rata ad reparationem Ecclesie, si non est liber ab onere. Nav. cons. un. de Ecclesi. adif.
 18. Non sunt profananda Cappella sine causa; & earum cementsa potius tribuenda sunt Ecclesie, quae est caput dictarum Cappellarum. Decisum refert Ricc. in praxi d. res. 201.
 19. Ecclesia diruta in profanos usus, non sordidos, erecta ibi Cruce, converti potest. Trident. loco cit.
 20. Profanari non potest, ut fiat ibi domus pro Curato, sine licentia Sedis Apostolicae. Congr. Episc. 6. Aug. 1601.
 21. Lapides, cementsa, ligna vendi possunt, laicis etiam, non tamen ad usum sordidum. Prov. 5.
 22. Sacrilegii poenas incurrunt, qui lapides, vel ornamenta e templis divinis eripiunt, ut ipsa in usum proprios convertant. Sixt. IV. apud Nald. sacrilegium, num. 13.
 23. Transferantur eo casu Reliquiae Sanctorum, & Sacrae Imagines decenter. Prov. 4.
 24. Ossa item Defunctorum transferantur cum Psalmis, ib.
 25. Forma Ecclesie haec esse debet.
 26. Habeatur ratio prospectus, situs, & separationis ab aedibus, ut circumdari queat, ibid.
 27. Ne a domibus vicinis pateat fenestra in Ecclesiam. Cong. Episc. 5. Mart. 1619.
 28. Imago Christi crucifixi magna in alto statuatur. Pr. 4.
 29. Altare majus Orientem spectet; si potest, ibid.
 30. Altaria ne aedificentur sub Organo, aut pulpito, ibid.
 31. Neque ubi celebrans terga vertat Altari majori, ibid.
 32. Ubi fornix non est, tegmen altari fiat saltem e tela caerulea, ibid.
 33. Sepiantur Altaria, ibid.
 34. Sacrarium extruatur in Cappella majori, aut prope Sacristiam cum fera, & clave, ibid.
 35. Suggestus congruit potius, ut sit a latere Evangelii, ibidem.
 36. Sedilia tantum communia fiant, ibid.
 37. Et si fiant ad usum proprios, nullum tamen jus acquiratur dominis eorum in Ecclesia. Sylvester.
- V. Sepultura, quest. 3. secundum.
38. Nisi dentur Patronis, honoris causa. Genuens. in Praxi cap. 32.
 39. Vas aquae benedictae intus existat, non foris, & a dextero latere ingredientis. Prov. 4.
 40. Simplex Ecclesia unam tantum Campanam habeat, ib.
 41. In frontispicio, & praesertim Parochialis Ecclesie, adsint imagines Sanctorum Titularium, ibid.
 42. In Pavimento nulla Crux sculpatur, ibid.
 43. Sepulchra fiant Canonicorum, & Parochorum communia respective. Prov. 5.
 44. Longe ab Altaribus extruantur Sepulchra. Prov. 4.
 45. Nec in alto, & longe minus laicorum. Prov. 1.
 46. Duplici tegumento claudantur, neque Sacra imago, neque Crux in iis sculpatur. Prov. 4.
 47. Vestibulum saltem ante portam sit pro Cathedrisino baptizandorum, ibid.
 48. Arma, fagittae, & ejusmodi ne appendantur in Ecclesiis. Congr. Episc. 19. Martii 1585.
 49. Noctu custodienda est. Prov. 1.
 50. De forma cujuscumque ex praedictis. Vide instr. Fabr. Eccl. approbata in Prov. 3.
- V. Benedictio, num. 1. 2. 4. 16.
- Jusparronatus, num. 7. 4.
- Subsidium charitativum, num. 5.

A D D I T I O.

1. Fenestrae prohibentur in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit: Congreg. Episc. 11. Septembris 1615. & apud Barbos. de jure Ecclesi. lib. 1. cap. 11. num. 28.
2. Solus Episcopus eas habere potest. Congreg. Rit. 19. Jan. 1614.

Ecclesia Collegiata

1. Probatur ex sigillo, arca communi, stallis, congregationibus. DD. apud Barbos. de jure Ecclesi. 2. cap. 6. num. 6.
2. Numerus trium Canonicorum sufficit, ibid. num. 8.
3. Insignis ea dicitur, quae in loco insigni, ibid. num. 15.
4. Statuta Ecclesie Collegiatae quaerenda sunt a proprio Episcopo. Congr. Rit. 28. Septemb. 1602.
5. Potest Collegiata in processionibus publicis deferre propriam Crucem, etiam praesente Capitulo Cathedralis, eadem 24. Augusti 1609.
6. Canonici Collegiatae non debent incedere parati in processionibus, sicut Canonici Cathedralis, ead. 19. Maji 1607.
7. Prior Collegiatae, si interest in Cathedrali, incensatur

duplici ductu Thuribuli, ut Canonici Cathedralis, eadem 19. Augusti 1619.

3. Ecclesie Regularium non sunt Collegiatae in odiosis. Roderic. de quest. regul. tom. 1. q. 43. cir. 12.

9. Sunt autem propriae Conventuales. Innoc. IV. in Bulla ejusdem 7. Bullarii, & in Clem. I. de celebrat. Missae, ex Conc. Viennen. Vide Cherub. in Comp. Bull. loc. cit. schol. 1.

Ecclesia Consecratio.

1. Non potest consecrari, nisi ab Episcopo proprio, vel alieno de licentia proprii. Barbos. alleg. 27. num. 1.
 2. Neque ab Abbatibus eorum propria Ecclesia. Tambur. de jure Abb. tom. 1. disq. 23. quest. 7.
 3. Neque ea debet consecrari, quae sine dote ex Barbos. loc. cit. num. 3. alias tenetur Episcopus dotare. Vivian. de jureparron. part. 1. lib. 2. cap. 3. num. 16.
 4. De novo reparata in totum, ut dicatur alia, versus est consecranda. Barbos. ibid. num. 13.
 5. Reparata per partes non amittunt Consecrationem. Azor. part. 2. lib. 16. cap. 26. q. 11.
 6. Pridie Consecrationis populus jejunet, & ipso die festum colat sine opere. Prov. 4.
 7. Ob impedimenta potest fieri sine circuitionibus extra eam. Congregat. Rit. 17. Julii 1604.
 8. Non debet fieri sine Missa. Barbos. loc. cit. num. 10.
 9. Consecrator in actu Consecrationis potest statuere alium diem pro Annivers. celebritate. Cong. Rit. 19. Febr. 1585.
 10. Extra actum vero non potest mutari ab Episcopo, ead. 19. Octob. 1604.
 11. Si concurrant plures Episcopi cum Archiepiscopo ad Consecrationem non possunt concedere plus, quam unus Episcopus, felicitet unum annum Indulgentiae. Henriquez de Indulgent. cap. 32. §. 1.
 12. Pro Consecratione Ecclesie potest Episcopus recipere procuracionem. Genuens. in Man. Pastor. cap. 35. num. 12.
 13. Nihil novi aedificii fiat in Ecclesia Consecrata, inconsulto Episcopo. Prov. 3.
 14. Anniversaria Consecrationis Ecclesie dies sollempniter agatur: si dies ignoratur, certus statuatur, ibid.
 15. Incidatur in lapide Consecrationis memoria. Provinc. 4.
 16. Unus testis sufficit ad probandam Consecrationem. Barbos. loco cit. num. 5.
 17. Liber conficiatur, in quo Ecclesiarum Consecrationes, & benedictiones scribantur, & in Archivo Episcopali reponatur. Prov. 4.
 18. Dedicatio Ecclesie Cathedralis habet Officium in tota Dioecesi, & Octavam in Civitate tantum. Congr. Rit. 2. Maji 1619.
 19. Si Parochialis est festum, mane saltem abstineant vicini ab officinis; si Collegiatae, ab ejusdem Clero fiat Officium. Prov. 3.
 20. Si occurrant duo festa Dedicacionum, Cathedralis, & Ecclesie propriae, in hac fiat de propria. Rot. Rom. decisio 616. part. 1. in Recentioribus.
- V. Altare, num. 1. Benedictio, num. 2. Indulgentia num. 12. 15.

A D D I T I O.

1. Si de Consecratione dubitatur, ob vetustatem, & abolitionem monumentorum, potest consecrari. Facul. 1. apud Ciaconium Anno 275. pag. 74.
2. Si incepta Consecratione correptus morbo Episcopus deficiat, & praesertim antequam ungantur Cruces, resumenda est a capite Consecratio. Cong. Rit. 12. Apr. 1614.

Ecclesia Reconciliatio.

1. Polluitur Ecclesia effusione sanguinis, & feminis peccaminosa, & notoria. DD. communiter.
2. Item ob sepultum ibidem excommunicatum, hoc est, notorium Clerici percussorem, vel denunciatum, nisi signa Poenitentiae dederit; est communis.
3. Item ob sepultum infidelem, vel haereticum. Azor. part. 2. lib. 9. cap. 3. quest. 1.
4. Non autem, si sepeliatur ibi Cathecumenus. Ugol. de pot. Episc. cap. 26. num. 5.
5. Ecclesia consecrata non potest reconciliari, nisi per Episc. Azor. loco cit. q. 5.
6. Neque potest delegari simplici Sacerdoti. Barbos. de pot. Episc. alleg. 28. num. 56.
7. In casu, de quo supra num. 3. erunt abradendi parietes. Azor. loco cit. vers. 5.
8. Absente Episcopo, & longe distante potest idem ex causa justa concedere, ut in Ecclesia consecrata, & polluta ante Reconciliationem celebretur. DD. apud Barbos. sup. n. 61.
9. Tutius est in tali casu concedere, ut in loco non Sacro celebretur, attento jure communi, vel post Tridentin. in privatis Oratoriis, aut locis destinatis ad Divina. Idem, ibidem num. 62.
10. Ecclesia benedicta tantum, reconciliari potest per simpli-

simplicem Sacerdotem per solam aquæ lustralis asperisionem. Tol. in sum. lib. 5. cap. 8. n. 15. cum aliis.

11. Non est necessaria benedictio aquæ ab Episcopo. Barbosa loco cit. n. 56.

12. Ante Reconciliationem nemo potest ibi sepeliri. Sylv. V. consecr. 2. q. 9.

13. Neque possunt ibi recitari Divina Officia. Idem ibid. quest. 7.

14. Si hodie polluitur Ecclesia, & ignoratur, & post octo dies ad notitiam venerit, intereaque fuerit celebratum, non est opus Reconciliatione. Alfonf. Castr. lib. 2. cap. ult. in fine de lege penal.

15. Celebrans in Ecclesia polluta, quæ erat consecrata, ab ingressu Ecclesiæ tantum est suspensus. Sylv. V. consecr. 2. q. 9.

16. Prædicta de pollutione Ecclesiæ non habent locum in Oratoriis. Suar. tomo 3. dist. 81. sect. 4. coll. 8.

V. Benedictio, num. 4.

Excommunicatio, num. 35.

Ecclesiarum Reverentia.

1. **A**B Ecclesiis musicæ lascivæ, sæculares actiones, vana colloquia, deambulationes, strepitus arceantur. Trid. sess. 22. observ. in celebr. Miss.

2. Vana, sæda, profana, strepitus iudiciorum, deambulationes, &c. dum Divina celebrantur, arceantur. Pius V. Anno 1566.

3. Sub poena 25. aureorum, & aliis arbitrio Ordinarii, ib.

4. Qui ibidem impudica dixerit, seu fecerit, eadem poena puniatur, & carceris per mensem, si cum mulieribus id acciderit, ib.

5. Qui eadem gesserit cum aliis personis, poenam luat aureorum decem, ib.

6. Capitula, Rectores, Vicarii, Sacristiæ, Ostiarii, Custodes moneant prædictos delinquentes, & Ordinariis deferant puniendos, alias duorum aureorum poenam incurrant, ib.

7. Mendicantes ad Portam Ecclesiæ stare faciant, sub poena duorum aureorum Capitulis negligentibus, & auri dimidii Parochis, ib.

8. Regulares deputent aliquem ad prædicta, alias ab Ordinario corripiantur gravissime, & a Superioribus inobedientes puniantur, ib.

9. Capse, & cadaverum deposita supra terram existentia, amoveantur, ib.

10. Custodes Ecclesiæ ne noctu quemquam in Ecclesia morari sinant. Prov. 1.

11. Ne quid frugum terræ reponatur in Ecclesia. Prov. 4.

12. Ne affigantur res, seu schedulæ de rebus prophanis valvis Ecclesiæ, ib.

13. Ne res venales ejus parietibus hæreant, ib.

14. Ne super Cappellas, ubi celebratur, sit locus ad dormiendum, vel habitatio prophana, ib.

15. Ne per Ecclesiam fiat transitus cum oneribus, ib.

16. Intra Presbyterium ne detur locus magistratibus, aut laicis Officialibus. Congreg. Episc. 12. Jan. 1604.

17. A Choro, & Sacristia laici arceantur. Prov. 1.

18. Ne Altaribus hæreant laici, neque fonti baptismali, ibidem.

19. Ne fodeant, neque stent averfi ab Eucharistiæ Sacramento, ib.

20. Ne in Portis morentur, ib.

21. Ne scholæ Grammaticæ pro pueris ibidem fiant. Provinc. 4.

22. Occisorum cadavera ne in Ecclesiis suspiciantur, sed alio portentur. Prov. 1.

23. Turcæ, aut mancipia ne permittantur ibidem tempore Divinorum Officiorum. Congreg. Episcop. 23. Julii 1693.

24. Canes venatici, volucres, hantæ, sclopeti ne inferantur in Ecclesiam. Prov. 1.

25. Divisio sexuum procuretur. Prov. 4.

26. Ad Cappellas subterraneas statuatur certum tempus pro mulieribus tantum, ib.

27. Velato capite mulieres sint in Ecclesia. Prov. 3.

28. Sub poena Interdicti, ib.

29. Ne convocentur in Ecclesia ad consultanda laicorum negotia. Congreg. Episcop. 3. Februar. 1604.

30. Ne in cœmeterio, ac si area esset, tritura fiat, neque telæ extendantur, neque ibi mulieres, aut alii fabrile quid operentur. Prov. 6.

V. Immunitas Ecclesiastica, num. 1. 2.

Regularium jura sub Episc. num. 43. 47.

Repræsentationes sacra, num. 1.

A D D I T I O.

1. Laici non debent in Choro stare, nec sedere. Congreg. Rituum 4. Februarii 1600.

2. Etiam si sint illustres, & de Magistratu, eadem 21. Februarii 1604. 24. Octobris 1609.

3. Et laicorum scamna, & loca moderari possunt arbitrio Episcopi, eadem 10. Decembris 1604.

4. Non possunt in Ecclesia examinari res, etiam si extra lo-

cum immunem juramentum præstetur, Congreg. Immun. 7. Decembris 1632.

Edicta.

1. **P**ontificiæ Constitutiones Romæ editæ de novo, duobus saltem post mensibus in Diocesis evulgentur. Provinc. 2.

2. Et in librum referantur a Cancellario Episcopi, ib.

3. Satis erit, si affigantur certis locis publicis, nisi alius modus in Bulla præscribatur. Prov. 3.

4. Vulgari sermone, & summatim, si opus est. Prov. 4.

5. Idem fiat de Episcopalibus edictis, ib.

6. Certi dies singulis mensibus Kalendarii instar, notati statuuntur, quibus, vel Pontifici, vel Tridentini, vel Dioecesana, vel Provincialia Decreta a Parochis publicentur, ib.

7. Decretum Provinc. 7. de sumenda Eucharistia in Paschate, non alibi quam in Parochia, sine licentia Episcopi, evulgetur in Quadragesima. Prov. 7.

8. Decretum de Medicis ne inconfessos visitent, publicentur Dominica 1. Adventus, ib.

9. Decretum de Notariis pia legata non denunciantibus die Dominica ult. Adventus, & secunda Quadragesimæ promulgetur. Prov. 3.

10. Aliud item de Confratribus invitantibus alios ad eligendam sepulturam in Oratoriis Confratrum, evulgetur semel in anno, si Parochis expedire videbitur. Prov. 7.

Episcopus.

1. **Q**uæ attinent ad propriam Episcopi personam, hoc loco sunt indicanda: nam alii tituli hujus operis ad eumdem pertinent.

2. Provisus a Sede Apostolica sine litteris Apostolicis recipiens administrationem suæ Ecclesiæ suspenditur ab administratione fructuum ejusdem: item recipientes, vel ei obediens suspenduntur a perceptione suorum beneficiorum, donec absolvantur a Sede Apostolica. Barbosa alleg. 111. n. 35.

3. In ingressu Episcopi delatores Baldachini incedant pedites, & capite nudo. Congreg. Rit. 27. Julii 1624.

4. Processurus cum Mozzetta, eam deponere debet coram Cardinalibus, etiam non Legatis, ex consuetudine Italiæ, eadem 10. Julii 1621.

5. Et coram suo Archiepiscopo, eadem 31. Januarii 1626. nisi aliud sit statutum, ut in Prov. Mediol.

6. Processurus cum Cappa, sufficit, si ea induat in ea camera, in qua Canonici conveniunt, eadem 20. Nov. 1628.

7. Sedere potest in loco, quem ipse voluerit. Tridentin. sess. 25. cap. 6.

8. Potest Episcopus portare secum Altare Viaticum, & in itinere, & in quolibet loco suæ habitationis decenti Missam celebrare, vel celebrari facere, c. ult. de Privileg. in 6. Ugol. de potest. Episc. c. 2. §. 2. num. 4.

9. Etiam in aliena Diocesi, non tamen Romæ. Decisum refert idem Ugolin. ib. lib. 1. cap. 2. §. 2. contra Navarum cons. 1. de Privilegiis.

10. Etiam si non sit consecratus. Suar. de cens. disput. 28. sess. 2. num. 7.

11. Non potest Episcopus eligere sibi Confessarium non sibi subditum, qui a proprio suo Episcopo non sit approbatus. Decisum refert Riccius in Praxi decis. 548. num. 2. & Ugol. sup. num. 4. V. Absolutio num. 7.

12. Potest in aliena Diocesi facere sibi deferre caudam. Sylv. V. Patriarch. Tertium.

13. Debet diebus festis celebrare. Nald. Episcopus num. 9.

14. Pro ovibus applicare Sacrificium aliquando debet, Trident. sess. 23. cap. 1.

15. Resideat, neque potest abesse ultra tres menses. Trid. sess. 6. c. 1. & sess. 23. c. 1.

16. Sub poenis ibidem contentis.

17. Non tamen abfit in Adventu, Natali Domini, Quadragesima, Paschate, Pentecoste, Festo Corporis Christi, ibidem.

18. Nec in festis sine justa causa. Sà Episcopus 42.

19. Urgens necessitas, Christiana charitas, reipub. evidens utilitas, debita obedientia, seu licentia in scriptis concedenda, & approbata a Papa, vel Metropolitanano, vel unico Episcopo, sunt causæ legitimæ absentiæ. Trid. loco cit.

20. Non licet abesse propter morbum perpetuum. Decisum refert Barbosa supra num. 9.

21. Licet autem, ob persecutionem suæ personæ, idem ib. num. 8.

22. Non potest emittere votum de peregrinatione longinqua sine licentia Papæ. Barbosa de potestate Episcop. alleg. 53. num. 22.

23. Neque sine eadem intrare Religionem. ib. n. 23.

24. Episcopus Canones non servans, aut non servate faciens, est perjurus. Sylv. V. Episcopus quest. 11.

25. Bona empta ex redditibus Episcopatus ipso jure transeunt in dominium Ecclesiæ. Barbosa alleg. 114. n. 17.

26. Bona Episcopi Titularis acquiruntur Papæ, idem ibidem num. 31.

27. Potest Episcopus donare in vita, non causa mortis, idem

idem *ibid.* num. 32. 33. etiam Regularis. Filliuc. tom. 2. tr. 34. c. 3. quest. 6. n. 60.

28. Potest conservare patrimonium, & expendere bona Ecclesie in prophanos usus. Barbosa *ibid.* num. 36. negant alii, *ibid.* num. 38.

29. Episcopus Regularis, neque de patrimonialibus, neque de acquisitis potest testari, idem *ibid.* n. 20.

30. In vita non potest tam ample disponere, quam Episcopus Sæcularis, DD. *ibid.* n. 22.

31. In infirmitate non potest quilibet Episcopus immoderatas facere eleemosynas, idem n. 35.

32. Non potest Episcopus de bonis intuitu Episcopatus acquisitis testari. Barbosa *alleg.* 114. n. 9.

33. Potest testari de aliis bonis patrimonialibus ex industria sua acquisitis, quamvis ratione ordinis, puta si Vice-Rex, vel Nuncius fuerit, idem *ibid.* n. 10.

34. Habita licentia testandi a Papa non expirat ob mortem Papæ, *ibid.* n. 25.

35. Et potest condere plura testam. n. 26.

36. Licentia superveniens post factum testamentum valet, *ibid.* num. 27.

37. Bona Episcopi Regularis sine legitimo testamento debentur Ecclesie, non Monasterio, *ibid.* n. 28.

38. Episcopus non servans ea, quæ statuta sunt a Joanne XXII. in *extrav.* 2. de *elect.* quoad perceptionem fructuum Episcopatus anni primi, & secundi, non relicta portione statuta Successori, ibidem, suspenditur a Pontificalibus, & ingressu Ecclesie. Barbosa *ibid.* n. 32.

39. Ingressus Ecclesie prohibitus facit ne in Ecclesia possit celebrare Divina, & durante Interdicto, non potest Episcopus sepeliri in Ecclesia, neque in cœmeterio, nisi pœnitentiam egerit, & sit irregularis, si in Ecclesia Divina celebret, *ibid.* n. 33.

40. Translatus ad aliam Ecclesiam non potest deferre libros, & alia, quæ in priori Episcopatu ex ejus redditibus, licet in morte ea velit reddere priori Ecclesie. Suarez *de relig. lib.* 3. c. 16. n. 24. 25.

V. *Archiepiscopus*, n. 2. 3.

Benedictio, n. 20.

Suffraganeus Episcopus, n. 1.

Usura, num. 8.

A D D I T I O.

Episcopus Regularis recuperat jus succedendi, etiam quoad renunciata, ad favorem tamen suæ Ecclesie. *Congreg. Concilii* 11. *Januarii* 1631.

Eucharistia.

1. **E**Xtra Parochiales Ecclesias non conceditur retineri assidue. *Congreg. Episcop.* 15. *Jan.* 1619.

2. Nisi a Papa. Decisum refert Genuens. in *Praxi Neapol.* c. 110.

3. Neque in Ecclesiis Tertiariarum, quæ possessionem sollemnem non emittunt trium votorum, nec in clausura vivunt. *Congreg. Episc.* 20. *Dec.* 1616.

4. In Parochialibus retineatur in Altare majori, eadem 6. *Dec.* 1594.

5. Pyxides ne sint ebone ex eadem 26. *Julii* 1588.

6. Duæ sint Pyxides in Parochialibus, altera pro infirmis, quæ cum sacculo serico albo, & chordulis pro montibus ad collum appensa, diserviat. *Prov.* 4.

7. Tabernaculum panno albo serico vestiatur intus, & cooperato albo foris, ritu Romano, *ibid.*

8. Clavis sit penes Rectorem tantum, *ibid.*

9. In Tabernaculo nihil aliud asservetur. *Congreg. Rituum* 22. *Febr.* 1593.

10. Renoventur particule octavo quoque die, quinque saltem in Pyxide sint. *Prov.* 4.

11. Hostias ne laicus homo, neque fœmina conficiant. *ib.*

12. Velo coloris albi Pyxides semper vestiuntur, *Rit. Rom. De Tabernaculo gestatorio.* V. *Processio*, n. 36.

13. Ante Eucharistiam semper ardeat lampas. *Prov.* 1.

14. Non adhibeatur contra grandinem, puta in valvis Ecclesie, benedicendo aerem. *Prov.* 3.

15. Decet magis, ut Sollemnitatis Corporis Christi celebretur in Cathedrali, a qua, & ad quam fieri debet Processio. Decisum refert Barbosa *alleg.* 22. n. 7. V. *Processio* n. 31. 39.

16. Non deferatur humeris, sed manibus tantum. *Congr. Rit.* 2. *Junii* 1618.

17. Nec deferatur per vias Hebræorum. *Congreg. Episcop.* 22. *Februarii* 1593.

18. Feria V. Coenæ Domini Clerus, & Canonici in Missa sollemni communicent. *Congreg. Rit.* 27. *Septembris* 1608.

19. Feria v. & vi. majoris hebdomadæ non deferatur extra Ecclesiam. *Congreg. Episcop.* 6. *Augusti* 1591.

20. Feria vi. ejusdem non deferatur noctu, & abrogata est consuetudo, tamquam abusus, eadem 22. *Martii* 1596.

21. Nemo sumat in Paschate Eucharistiam extra Parochialem sine licentia Episcopi in scriptis. *Prov.* 7.

22. Communicans in hebdomada majore, vel infra octavam Paschæ satisfacit præcepto. *Eugen.* IV. *Anno* 1446.

23. Qui satisfacit Paschati in Parochiali, non tamen potest in ipso die Paschatis Eucharistiam fumere in Ecclesia Regularium non habentium curam animarum. *Congreg. Concil.* 23. *Januar.* 1586. 14. *Martii* 1615.

24. Famuli sæculares in Monasteriis degentes ad Parochialem in Paschate ire debent. *Congreg.* eadem 20. *Febr.* 1576.

25. Qui abfuerit, doceat de facta communione. *Prov.* 3.

26. Concubinarij, fœneratores, & blasphemij alias moniti arceantur a Communione. *Prov.* 1.

27. Qui non communicarint, deferantur ad Episcopum, ad sex dies post octavam Paschæ. *Prov.* 1.

28. Non meretrices. Sæ *Confessio* n. 42.

29. Non deferens Parochus ob periculum mortis, seu non denuncians interdictos, excusatur. *Bonac. deleg. disp.* 2. q. 8. *punct.* 2. n. 10.

30. Interdicantur non communicati ab ingressu Ecclesie. *Prov.* 2.

31. Ob solam omissionem Paschalis Communionis, & confessionis potest Episcopus procedere etiam ad excommunicationem; & si velit, ad pœnas etiam pecuniarias: non autem expedit, ut sibi reservet hunc casum. *Congregat. Concil.* 30. *Januarii* 1587.

32. Clerici præterea singulis mensibus, Diaconi, & Subdiaconi bis in mense communicent; cujus fidem exhibeant tertio quoque mense. *Provinc.* 1.

33. Diaconis, & Clero communio detur ad Altare, Laicis remotius. *Provinc.* 4.

34. Sacerdotibus addita Stola in modum Crucis. *Bracc.* 3. *Canon.* 3.

35. Adolescentes prius examinentur. *Provinc.* 1.

36. Ministretur Laicis cum distinctione sexus. *Provinc.* 5.

37. Ministrans Episcopus Eucharistiam extra Missam, induat Pluviale cum Stola, *Provinc.* 5.

38. Ministrans Eucharistiam, vel inserviens ministranti nihil omnino recipiat, neque a sponte dantibus, sub pœna suspensionis a Divinis ipso facto. *Prov.* 7.

39. Neque pro eleemosynis pelliculæ exponantur. *Provinc.* 4.

40. Pro communicando ægrotto pridie Vesperis detur etiam signum cum campana. *Prov.* 5.

41. Neque noctu sine necessitate deferatur, *ibid.*

42. Parocho impedito, deferat ille, qui audire potest confessiones. *Prov.* 4.

43. Parentur necessaria, & munda apud ægrotum a sodalibus Societatis. *Prov.* 5.

44. Umbella adsit cum luminibus, & campanula, *ibid.*

45. Pluviale adhibeatur in locis insignioribus. *Prov.* 3.

46. Umbella ruralis ab uno gestanda rite adsit, *ibid.*

47. Duæ ferantur particule, altera pro reditu nisi loci distantia, aut alia causa aliud suadeat. *Prov.* 1. & 2.

48. Purificatio ne unquam detur in vase sacro, neque formam Calicis habente. *Prov.* 1.

49. Reis capitali sententia damnatis, etiam mane quando exequenda est, potest dari Eucharistia. *Congr. Episc.* 26. *Junii* 1590. etiam non jejunis. Emmanuel Sæ, *Eucharist.* n. 2.

50. Numquam deferatur ad ægrotos, ut eam tantum adorent. Decisum refert Praxis Episc. V. *Euchar.* ad quintum.

51. Sodalitas Corporis Christi instituat. *Prov.* 1.

52. Indulgentiæ pro associanda Eucharistia concessæ sæpius publicentur. *Prov.* 1.

53. Non exponatur cum sollemnitate a Regalibus sine licentia Ordinarii. *Congr. Rit.* 26. *Februar.* 1628.

54. Pro personis particularibus exponatur in ostiolo Tabernaculi, aut in Pyxide velata cum luminibus & assistentia. *Congreg. Episc.* 7. *Septemb.* 1598.

55. Putrefactis Hostiis, (quod absit) in Pixide, custos earum 30. diebus pœniteat. Sylv. *Euch.* 2. *quest.* 9. *sextum.*

56. Qui incaute eam dimiserit, licet nihil nefandum acciderit, tribus mensibus ab Officio suspendatur. Idem *ibid.* *septimum.*

57. Ne fiat concio coram Sacramento in Altari exposito, capite tecto. *Congreg. Rit.* 16. *Febr.* 1630.

V. *Benedictio*, num. 15. *Canonorum munera*, num. 48.

50. *Cessatio a Divinis*, num. 4. *Confraternitates*, num. 21.

51. *Ex seqq. Excommunicatio* num. 49. *Interdictum*, num. 21. 31.

52. *Ex seqq. Pestis* num. 6. 7. *Processio*, a num. 32. *Regularium jure sub Episcopis*, num. 22. *Regularium jura circa Tertiarios*, num. 2.

Examinatores.

1. **P**RO concursu Parochialium debent in Synodo eligi saltem sex. *Trident. sess.* 24. *cap.* 18.

2. Pro examine Confessariorum, & Ordinandorum potest Episcopus eligere, quos voluerit. *Gau. de Synodo part.* 1. *cap.* 31.

3. Debent esse Magistri in Theologia, aut Doctores, vel Licentiatum in jure Canonico. *Trid. loc. cit.*

4. Ex Ordine Mendicantium assumi possunt, *ibid.*

5. Ex Ordine aliorum Regularium. *Gavant. loc. cit.*

6. Si desint prædicti, possunt eligi alij Clerici magis idonei. Decisum refert Mallobr. in *Praxi de concursu Requis.* 11. *dub.* 2. *in fine.*

7. Nommandi Regulares de nomine, & cognomine, nedum de titulo officii; alias Succellor in officio non est legitimus Examinator. Rota apud Garz. *de benef. par. 9. c. 2. dub. 22.*
8. Debent jurare ad sacra Dei Evangelia in Synodo Electi. Trid. *loco cit.*
9. Durat officium, donec alia Synodus habeatur. Decifum refert Fr. Leo *in thef. fori Ecclef. parte 2. cap. 3. n. 25.*
10. Mortuis Electis, potest Epifcopus alios eligere extra Synodum de confenfu Capituli ufque ad Synodum, ex Decr. Clem. VIII. relato a Garz. *d. c. 2. n. 72.*
11. Imo, fi tempore concursus nullus fit Examinator, potest Epifcopus deputare novos sine Synodo. Rota 29. Novemb. 1594. coram Litta apud Ricc. *in Praxi refolut. 355. in edit. 2.*
12. Tres debent esse in examine pro Parochialibus. Trid. *loco cit.*
13. Nec Examinator quemquam Collegæ commendet. Provinc. 5.
14. Non accedant, nisi vocati ab Epifcopo, *ibid.*
15. Excludatur ille, qui privatum examinandum docuit, *ibid.*
16. A stata prece incipiant examen, *ibid.*
17. Attendant, vestes, vultum, gestus examinandi, *ib.*
18. Fiat examen circa ætatem, mores, doctrinam, prudentiam, & alia opportuna. Trid. *loco cit.*
- Vide supra Benefic. Parochialium provifio a num. 22. usque ad 30.*
19. Si vota sunt paria, Epifcopus vel Vicarius accedere potest, quibus maluerit. Trident. *loco cit.*
20. Idem fiat si vota sint singularia, *ibid.*
21. In examine ad Ordines, seu Confessiones, aut Conciones, tres adfint. Prov. 5.
22. Et præfente Epifcopo, seu Vicario si voluerit adesse. Prov. 4.
23. Non potest Epifcopus statuere aliquod stipendium, etiam minimum Examinatoribus Synodalibus: & si Synodus ipsa statueret, Decretum esset nullum. Decifum refert Garz. *d. cap. 2. num. 374.*
24. Caveant ne quidquam prorsus occasione examinis Paroch. Ecclesiarum, nec ante, nec post accipiant, alioquin finoniæ vitium tam ipsi, quam dantes incurrant. Trident. *loco citato.*
25. Ne absolvi queant, nisi dimiffis beneficiis, quæ quomodocumque obtinebant, & ad alia imposterum inhabiles reddantur, *ibid.*
26. In Synodo Provinciali, si opus erit, teneantur rationem reddere, & graviter puniri possunt, si quid contra officium eos fecisse comperiantur, *ibid.*
- V. Benefic. collat. num. 16. & seqq.*

A D D I T I O.

1. Electi alias in Synodo, & non confirmati in posteriori Synodo non sunt idonei in examine beneficiorum Parochialium. Congreg. Concilii 13. Julii 1630. & Barbosa *de offic. Paroch. p. 1. cap. 2. n. 67.*
 2. Si inter Examinatores aliquis adfit, qui non fit Examinator Synodalis, concursus est nullus. Congregat. eadem Anno 1629. & decifum refert Garz. *de benefic. q. 2. c. 2. num. 83. 324. 341. Barbosa loco cit. n. 71.*
- Intellige si votum suum det cum aliis: fecus si tantum interroget, & alii suffragia ferant, in numero debito.

Excommiffa.

1. Super electione Papæ, & creatione Cardinalium sponsiones, & Excommiffa prohibentur. Gregorius XIV. Anno 1591.
2. Sub pœna nullitatis, applicationis pecuniarium piis locis; privationis beneficiorum, inhabilitatis, excommunicationis reservatæ Papæ, *ibid.*

Excommunicatio

1. AD finem revelationis pro deperditis, aut subtractis rebus non inferatur, nisi ab Epifcopo ex re non vulgari, & causa mature cognita. Trid. *sess. 25. c. 3.*
2. Data a Vicario Generali pro perditis valet. Decifum refert Barb. *alleg. 96. n. 6.*
3. Non valet. Decifum referunt alii, *ibid.*
4. A Capitulo, sede vacante, valet, *ibid. n. 7. & 10.*
5. Vicarius Apostolicus eam concedere potest per monitorium. Decifum 26. Octobris 1590. apud Barbofam *n. 10.*
6. Potest Epifcopus communicare hanc facultatem Vicario Foraneo, specialiter, & expresse. Decifum refert Barb. *ibid. numer. 9.*
7. Inferiores Epifcopo non possunt dare monitoria. Decifum referunt DD. *ibid. num. 12.*
8. Debent dari in subsidium, deficiente omni alia probatione. DD. *ibid. num. 14.*
9. Et ad instantiam tantum partis, cujus interest, *ibid. num. 19. & 24.*
10. Cum speciali mandato ad obtinendum, idem *n. 22.*

11. Non ad instantiam excommunicati, seu notorie criminosi. Prov. 4.
12. Pro civili interesse, non pro criminali. Congreg. Epifcop. 22. Aprilis 1616.
13. Non pro re omnino occulta. Prov. 4.
14. Neque pro re jamdiu amiffa, ut verifimile fit non haberi de ea memoriam, *ibidem.*
15. In Curia Romana attenditur valor aureorum quinquaginta. Barbofa *loco cit. n. 30.*
16. Non dentur contra aliquem impotentem satisfacere. Prov. 4.
17. Neque nominari debet persona, quæ præfumitur rem habere. Barbofa *cit. n. 33.*
18. Possunt dari monitoria ante coeptam litem, & ea pendente, quoties jura permittunt, examinari testes, & articulos produci, idem *n. 38.*
19. Forma monitorii habetur apud Quar. *in summ. V. Excommunicatio ad finem revel.*
20. In monitoriis expeditis a Papa observentur verba, sed possunt vulgari lingua publicari. Decifum apud Quar. *ibid.*
21. Non promulgentur in festis sollemnioribus Domini, & sanctorum. Prov. 4.
22. Nec in loco, ubi timetur ejus contemptus, *ibidem.*
23. Pro executione Papalium monitoriorum, Vicarius nihil accipiat. Congregat. Epifcop. 25. Octobris 1588.
24. Qui deponunt, non tenentur jurare. Barbofa *loco cit. num. 34.*
25. Nisi in monitoriis juramentum decernatur, *ibid.*
26. Antequam feratur sententia, habeatur relatio de promulgatione, locis, & temporibus: tum iterum de causa deliberetur. Prov. 4.
27. In causis judicialibus, quando executio realis, & personalis fieri potest, abftineat a censuris, seu interdicto, sed per multas pecuniarias, etiam contra laicos procedant. Trident. *sess. 25. cap. 3.*
28. Si executio prædicta fieri nequit, sitque erga judicem contumacia, tunc excommunicatio poterit inferri, *ibid.*
29. Eadem in criminalibus fieri possunt, & debent, si delicti qualitas id postulet, *ibid.*
30. Servata forma juris, in cap. sacro cap. contingit de sent. excomm.
31. Quam si omittat Prælati inferior Epifcopo, vel Epifcopi Vicarius, sine iusta causa, est interdictus ab ingressu Ecclesie per mensem. Navar. *cap. 27. n. 8.*
32. Causas iustas non præmittendi monitione, lege in praxi Epifc. *V. excommunicatio.*
33. Non est imponenda excommunicatio ob festorum violationem. Congreg. Epifcop. 16. Januarii 1615.
34. Neque contra non audientes quotidie Concionem in Quadragesima, eadem 15. Martii 1583.
35. Neque contra polluentes Ecclesiam, eadem 10. Maji 1619.
36. Neque facile contra alloquentes Moniales, eadem 15. Januarii 1616. & 1. Septembris 1617.
37. Neque contra Clericos ludentes, aut ludere spectantes, eadem 5. Febr. 1616.
38. Neque contra eos, qui practicas faciunt ad beneficia, antequam vacent, eadem 19. Januarii 1618.
39. Nulla excommunicatio debet ferri ab Epifcopo Pontificaliter induto, neque debet pingi excommunicatus inter Dæmones, eadem 14. Novembris 1592.
40. Excommunicatus ab Epifcopo, & denunciatus publice ad valvas Cathedralis, & Parochialis Ecclesie: tum a Curatis, & Diocesanis, qui primo saltem Dominico die cujusque mensis, illum populo denuncient usque ad absolutio-nem. Prov. 2.
41. Si Excommunicatus, vel interdictus publice, qui a Sacerdote Celebrante nominatim monitus, ut exeat de Ecclesia, auferit permanere; excommunicationis novo vinculo irreptus est, fedi Apostolicæ reservatæ a Clemente V. Prov. 5.
42. Si tres menses manserit in eo statu, illius nomen Epifcopus denunciet reliquis Provincie Epifcopis, tum illis, quorum Dioceses sunt finitimæ. Prov. 2.
43. Excommunicatus per annum infordefcens, habeatur tamquam de hæresi suspectus. Trid. *cit. supra.*
44. Statutum Epifcopi valet, quod obstinate perseverans in excommunicatione, quolibet mense solvat certam pecunie quantitatem. Genuenf. *in Man. Past. cap. 65. num. 6.*
45. Excommunicatio lata pro re gravi potest sæpius aggravari singulis Dominicis, & festis, pulsatis campanis. Gen. *ib.*
46. Potest etiam prohiberi uxor, in casibus gravioribus, ne communicet cum marito excommunicato, excepto debito conjugali. Sanchez *lib. 9. disp. 14. n. 7. & 13.*
47. In omni Sacrificia habeatur Tabella cum nominibus excommunicatorum, & interdictorum. Prov. 6.
48. Mittantur etiam eorum nomina ad Regulares, *ib.*
49. Excommunicati paulo ante Pascha, non sunt molestandi, si non communicant in Paschate. Congreg. Epifcoporum 25. Maji 1601.
50. Summarium quoque excommunicationum, & qua de causa infligantur, communi lingua publicentur in Cathedrali, die primo Dominico Quadragesimæ; & in iis Parochialibus, in quibus Epifcopus censuerit. Prov. 3.

51. Nefas fit faculari Magiftratu prohibere Judici Ecclefiaftico ne excommunicet, aut mandare, ut revocet excommunicationem latam, eo prætextu, quod prædicta non fint obfervata: cum hæc cognitio pertineat ad Ecclefiafticos. Trident. *feff. cit. cap. 3.*

52. Vitandi vero funt excommunicati in duplici genere tantum, percuffores publici Clericorum, & publice denunciati. DD. communiter.

53. Notorius percuffor dicitur, qui vifus eft a sex perfonis faltem. Navarr. *cap. 25. n. 73.*

54. Potest excommunicatus audire Concionem in Ecclefia. Abbas in *cap. refponfo n. 2. & 3. de fent. excomm. V. Benediftio n. 18. Benef. Refignatio, num. 18. Bona Ecclefiaftica, num. 1. 23. 25. Cenfura n. 12. 13. Cingari n. 4. Concubinari, num. 1. Gratis, n. 1. 2. Miraculum n. 3. Monialium receptio num. 1. 2. 6. Monialium alimenta, num. 1. Monialium communes leges, num. 24. Monialium educatio activa, num. 1. Montes Pietatis, num. 3. 6. Quadragefima, num. 4. Sepultura, num. 16. 23. Torneamentum. n. 1. 4. Vicarius Generalis, num. 28. 29.*

Exempti.

1. Universitates generales, Collegia Doctorum, feu Scholarium, & Regularia loca, necnon Hospitalia actu hospitalitatem fervantia, & perfonæ prædictorum funt exemptæ. Trid. *feff. 14. cap. 5.*

2. Item ii, qui Monafteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut Militiis privilegiatis actu ferviunt, & intra eorum fepta resident, aut fecundum regulam earundem militiarum profeffionem fecerint, idem *feff. 24. cap. 11.*

3. Nihil detractum effe Ordinariis intelligatur ex Privilegiis, feu titulis honorariis Protonotariatus, Comitum Palatini, Cappellani Regii, aut ejufmodi aliis, quo minus ii ipsis Ordinariis tamquam Sedis Apoftolicæ Delegatis plene fubjecti exigant, *ibidem.*

4. Et ratione Beneficiorum Ordinariis fubjiciuntur omnes, etiam fi refideant in Curia Romana, aut familiares fint Cardinalium, non obftantibus quibuscumque inhibitionibus, idem *ibidem.*

5. Referendarii non poffunt excommunicari, vel interdici ab Epifcopo. Zerola *parte 2. V. Referendarii.*

6. Neque fubfunt Ordinariis una cum Cappellanis, familiaribus, & fervitoribus. Paul. III. Anno 1540. Sixtus V. Anno 1586.

7. Item, & Auditores Rotæ Romanæ funt exempti ab Ordinariis, Clemens VIII. Anno 1525.

8. Item & eorum loca tenentes, idem *ibidem.*

9. Subcolletores Cameræ Apoftolicæ, fi non ferviunt amplius, fub Ordinario funt. Congregatio Epifcopor. 1. Octobris 1602.

10. Epifcopus refidens etiam extra Vifitationis actum, potest unire excessus Clericorum Privilegiatorum, ut Delegatus Sedis Apoftolicæ. Trid. *feff. 14. cap. 4.*

11. Ex defectu iuftitiæ, fi non potest haberi recursus ad Papam, feu Superiorem Exemptorum, potest adiri Ordinarius. Barbosa *alleg. 105. num. 67.*

12. Potest Epifcopus capere Exemptum, & remittere ad competentem, fi fugæ fit periculum, & quando non potest expectari auctoritas Judicis Exemptorum. DD. apud eundem, *ibid. num. 64.*

13. Epifcopo fubduntur Exempti ad hoc, ut per eum poffint denunciari, & mandari, ut evitentur, quando funt notorie excommunicati. DD. apud Barbofam *loco cit. n. 73.*

V. *Concilium Provinciale, n. 5. § 1. 72. Proceffio, n. 7. Protonotarii, num. 1. Regularium jura fub Epifcopo, per totum. Subfidium Charitativum, num. 16. Synodus Diœcefana, n. 11. 20. Tertiarii, num. 89. 10. Vifitatio Epifc. n. 6. 12. 20. 24. 28. 29. 30. 32. 33. 34.*

A D D I T I O.

Commissarii Fabricæ S. Petri fubduntur Ordinariis locorum. Congreg. Epifcop. 1. Septembris 1603.

Exequiæ.

1. Sub quovis prætextu non retardetur Sepultura mortuorum. Congreg. Epifc. 5. Maji 1617.

2. Ante folis ortum, & post occafum ne efferantur mortui sine licentia Epifcopi. Prov. 1.

3. Neque nisi post 12. horas ab obitu: qui vero repentina morte obeunt, non ante horas viginti quatuor. Prov. 6.

4. Hæredes Defunctorum poffunt vocare numerum Sacerdotum fibi bene vifum. Congreg. Epifc. 5. Maji 1617.

5. Et ceram pro libito dare, eadem *ibid.*

6. Licet a Defuncto accerfiri tantum Regulares jubeantur, non tamen excluditur proprius Parochus, eadem 24. Aprilis 1584.

7. In vocandis ad funus præferantur ii, qui funt de gremio Parochialis Ecclefie. Prov. 4.

8. Vocati adfint ipsi, neque habeatur ratio non vocatorum, etiamfi adfint, neque præfertim, nomine aliorum, *ibid.*

9. Ne efferantur a quoquam, nec etiam a Regularibus quibuscumque quovis prætextu, non vocato, & expectato Parochus Defuncti, eoque præfente, nisi ipse aliud permiferit, vel adesse recuset. Congreg. Epifc. 12. Januarii 1600.

10. Non obftante quacumque speciali confuetudine, eadem 1. Julii 1606. *

11. Regulares conveniant ad Ecclefiam Parochialem, feu aliam, in qua Defunctus jacet, eadem 26. Augufti 1616.

12. Totus Clerus conveniat in Ecclefiam faltem proximam ædibus Defuncti. Prov. 1.

13. Cruces tot adhibeantur, quot Collegiæ vocantur, & fub Cruce Rectoriæ procedant alii invitati Clerici, *ibid.*

14. Crux autem Parochialis regulariter deferri tantum debet, nisi probetur contraria confuetudo canonice præfcripta. Congreg. Epifc. 29. Julii 1616.

15. Regulares teneant locum folitum in Proceffionibus. Prov. 1.

16. Curatus Regularis, ad cujus Ecclefiam defertur cadaver, procedat inter Curatos, & Regulares; & illi, quibus ille Curatus est, procedant loco fuo. Congreg. Epifcopor. 14. Augufti 1643.

17. Duo Parochi, a quo, & ad quem funus efferitur, etiamfi alter fit Regularis, Cotta, & Stola induti pares incedant. Prov. 1.

18. At fecus; fi alter fit Dignitate conftitutus, & cum fuo Capitulo interfuit, quia eo cafu alter Parochus præire Capitulo debet. Prov. 7.

19. Parochi Defuncti locus in funete, erit a finiftris Superioris illius Ecclefie, ad quem defertur. Congreg. Epifc. 2. Julii 1591.

20. Accenfe candelæ deferantur a Clero, nec extinguantur nisi Officio absoluto. Prov. 5.

21. Regulares, ad quos defertur, neque domi, neque in via Officium facere poffunt, ut Parochi. Congreg. Epifcop. 28. Octobris 1584.

22. Non portent laicum Ecclefiaftici, neque inferiorem gradu Clericum, qui funt in Superiori. Prov. 6.

23. Diaconi Diaconum efferant, Sacerdotes Sacerdotem, *ibidem.*

24. Epifcopum efferant Dignitates, & Canonici, *ibid.*

25. Recto tramite ad Ecclefiam Regularium funt deferendi Defuncti. Congreg. Epifc. 11. Decembr. 1615. *Nald. V. Sepultura, num. 13.*

26. Parochus deducet funus ufque ad Ecclefiam Regularium, in qua Regulares Officium circa cadaver peragent, nisi contraria adfit confuetudo. Congr. Epifc. 18. Junii 1591. 5. Junii 1615. 31. Jan. 1617.

27. Non inferantur in Ecclefiam inter Miffæ majoris celebrationem. Prov. 1.

28. Omnes autem circumftent, Officia celebrantes, *ibid.*

29. Neque a laicis Confratribus celebrentur. Prov. 6.

30. Miffam, etiam Dominico die, cantare coram Defuncto licet, *ibid.* & Rit. Rom.

31. Taxa fiat ab Epifcopo de fingulis, quæ in hoc genere accidunt. Prov. 1.

32. Fiat Tabella, in qua præfcribatur cereorum numerus, & pondus, tum elemofyna, propofitus poenis, ut obfervetur. Prov. 7.

33. Pallium commune pro ferretro, aut fumptibus populi, aut Cleri fiat, cui ideo dari debet aliquid ab hæredibus Defunctorum juxta taxam Epifcopi. Prov. 1.

34. Comparatum detur deinde gratis. Prov. 4.

V. *Supellex Sacra, num. 1.*

35. Pallium nobiliorum cedat in ornamentum Ecclefie tantum, non ad ufum Defunctorum. Prov. 1.

36. Pro Crucibus nihil omnino detur. Prov. 4.

37. Quod nomine campanarum, feu Sacrifiæ datur, Epifcopo concedente id vere in eos ufus infumatur, *ibid.*

38. Qui Crucem tulerit, vel campanas pulfaverit, accipiat quod eo nomine statutum est, *ibid.*

39. Qui funt in facris, æque habeant, ac Sacerdotes, *ibid.*

40. Cerei circum cadaver, & in Altaribus accenfi, Sacrifiæ addicantur. Prov. 1.

41. Adhibeantur ii ad Miffas, neque ullo modo vendantur sine licentia Epifcopi. Prov. 2.

42. Qui supererunt, Rectoris erunt, eorumve, ad quos de jure, *ibid.*

43. Excipiuntur ii, qui Clericis dantur, vel funeralium nomine, Cathedrali, & Parochiali, *ibid.*

44. Nulla pactio, neque pignus fiat; pia tamen confuetudines ferventur. Prov. 1.

45. Et ad eas cogantur hæredes ab Epifcopo, Prov. 2.

46. Pro loco, in quem mortuus infertur, ne quicquam prorsus exigatur, nisi pia adfit confuetudo. Prov. 4.

47. Neque nomine Cœnotaphii, quod in medio Ecclefie ad pompam ex tabulis conftituitur, *ibid.*

48. Pauperum cadavera gratis fepeliantur. Congreg. Epifc. 5. Maji 1617.

49. Neque Parochus, intra cujus fines aliquis alienæ Parochie occidit, alio transferri ejus cadaver prohibeat, nihilque ideo accipiat. Prov. 4.

50. Si vero translatio fit cum funere, liberum fit ei uti jure, *ibid.*

51. Anniversaria ne fiant die festo, sed eo casu in præcedenti die. Prov. 6.
52. Vel in sequenti die. Congregat. Rituum 27. Septembris 1608.
53. Tolerantur Missæ privatæ de Requiem in festo Duplici, quod non est de præcepto, pro implenda voluntate Testatorum, eadem 1. Septembris 1607.
54. In Altari pro certis diebus privilegiato non potest dici Missa de Requiem in festo Duplici de præcepto, eadem 24. Aprilis 1625.
55. In diebus, quibus prohibetur fieri de festo Duplici, non debent dici Missæ de Requiem, eadem 28. Aug. 1627.
56. Die Dominico denuncientur a Parocho Officia Defunctorum obeunda in Parochiali. Prov. 6.
57. Et Anniversaria, etiam in Cathedrali. Prov. 6.
58. Nemini quemquam in funere laudare liceat, quem Episcopus non probarit in scriptis. Prov. 1.
59. Sermo haberi potest, & in Ecclesia tantum. Prov. 4.
60. Et finita Missa. Rubr. Missal. tit. 13. n. 6. Cessatio a Divinis, num. 6. Confraternitates, num. 44. 45. Regularium jura sub Episcopis, n. 44. & seqq.

A D D I T I O.

1. Parochus debet vocare Clericos destinatos ab hæredibus, non alios. Congreg. Rit. Augusti 1601.
2. Alias potest vocare quos maluerit, omiſſis etiam vicinioribus, eadem 7. Septemb. 1613.
3. Confraternitates non possunt accedere, nisi vocatæ expresse, & specialiter, eadem 9. Decemb. 1617.
4. Et tunc non possunt erigere Crucem, eadem 22. Novembris 1631.
5. Vocati omnes ad sonum debent convenire ad Ecclesiam Parochialem Defuncti, eadem 9. Decemb. 1617. 16. Februarii 1631.
6. Neque sistere extra januam illius. Congreg. Episc. 13. Novembr. 1600. si capax.
7. Nemini licet deferre cadaver irrequisito proprio Parocho. Congreg. Rit. 18. Augusti 1629.
8. Neque Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, ead. 26. Novembris 1631.
9. Si recuset interesse Parochus requisitus, possunt Defuncti sepeliri in Ecclesia, in qua sepulturam elegerunt, sine præsentia Parochi, eadem 22. Decembr. 1629.
10. An ad Parochum spectet decernere viam per quam exportandus est Defunctus, usque ad Portam Ecclesiæ Regularium, in qua est sepeliendus. Congreg. Episcop. 4. Jan. 1594. 18. Junii 1591. 5. Junii 1515.
11. In funeribus unica Crux deferenda est illius Ecclesiæ, ad quam defertur cadaver, post quam debent incedere immediate personæ Ecclesiæ illius, deinde cæteri secundum antianitatem. Congregatio Rituum 30. Septembris 1614. 22. Novembris 1631.
12. Dummodo non interveniat Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, sub cujus Cruce omnes, eo casu, incedere debent, eadem 22. Martii 1631.
13. Et in hoc casu Curatus, & Sacrista Cathedralis Ecclesiæ, licet sint amovibiles, debent præcedere Parocho Defuncti, eadem *ibid.*
14. Crux propriæ Parochiæ Defuncti deferenda est, ut supra; non autem antiquæ Parochiæ, ex qua dismembrata fuit nova Parochia, de qua est Defuncti, eadem *ibid.*
15. Parochus sæcularis deferat Stolum in Parochia etiam Regularium, dum Defunctus in eorum Ecclesia sepelitur: & eodem modo in eodem casu, & tempore Parochus Regularis in Parochia Defuncti, ead. 30. Septembris 1629. 29. Januarii 1629.
16. Omnibus in Ecclesiis Regularium sive per se ipsos, sive per alios sæculares Officium fieri debet, non obstante quavis contraria consuetudine, eadem 12. Martii 1612. 5. Julii 1614. 23. Martii, & 12. Octobris 1619. 12. Feb. 2. Martii, 8. Augusti 1629. 5. Julii 1631. ubi excluditur immemorabilis etiam consuetudo.
17. Parochi non debent plus recipere pro tumulandis exteris, quam pro civibus. Congreg. Concil. 27. Maji 1617.
18. Si deponantur in Parochiali, ut inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ Parochiali, exceptis juribus Parochialibus. Congreg. Rit. 23. Martii 1619.
19. Baronum Defunctorum regalia, quæ consistunt in lecto, equo, pileo, ense, annulo, calcaribus, debentur Episcopo, in cujus Dioecesi est Baronia: non autem illi, in cujus Dioecesi decessit. Congreg. Episcop. apud Jul. Lavour. var. lucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 3. n. 204.

Exequiæ Ecclesiasticorum.

1. **M**ortuo Summo Pontifice, in omni Ecclesia campanæ pulsantur; tum in Cathedrali, & Collegiatis Missa pro eo cantetur. Prov. 6.
2. Sacerdotes singuli Missam dicant, aut saltem Collectam in ea, *ibid.*

3. Mortuo Episcopo, Sacerdotes singuli per dies novem Missam pro eo faciant, aut Collectam recitent, *ibid.*
 4. Capituli munus sit monendi Dioecesanum Clerum, *ib.*
 5. Exequiæ Episcopi describuntur fuse in Cærem. Episcop. lib. 2. cap. 28.
 6. Episcopus vivens Prædecessoris sui proxime defuncti singulis annis in die obitus anniversarium celebrare debet, vel saltem Missæ a Dignitate, vel Canonico celebratæ, interesse, & in fine ipse debet absolvere. Cæremionale Episcoporum, *ibid.* cap. 36.
 7. Canonico mortuo, sumptibus Capituli fiat funus; tum Missa Conventualis, & Missæ privatæ a singulis Sacerdotibus illius Ecclesiæ. Prov. 4.
 8. Parocho mortuo, Successor quotannis Anniversarium celebret pro eo cum Missa Parochiali. Prov. 6.
 9. Infra Octavam Defunctorum arbitrio Episcopi, die non impedito, Canonicus, seu Dignitas Ecclesiæ Cathedralis celebrabit Missam pro animabus omnium Episcoporum, & Canoniorum Cathedralis Defunctorum. Cærem. Episcop. loco cit. cap. 37.
 10. Clerus faciat Missas pro iisdem. Prov. 3.
 11. In Collegiatis fiat idem pro Canonicis illius Ecclesiæ, *ibidem.*
- V. Exequiæ, n. 22. 23. 24. Parochorum munera, n. 46. 47.

Exorcista.

1. **N**E quis Exorcistæ fungatur officio sine licentia Episcopi. Prov. 1.
 2. Neque duo simul exorcizentur. Prov. 4.
 3. Mulieres ne tangantur ab Exorcista, *ibid.*
 4. Neque ullus quæstus, aut percunctatio ad divinationem intercedat. Prov. 1.
 5. In Ecclesia tantum exorcismi stant, paucis præsentibus, uno, saltem Ecclesiastico, neque ante ortum, neque post solis occasum. Prov. 4.
- V. Monialium Cura Spiritualis, n. 30.

Extrema Unctio.

1. **E**xtremam Unctionem, & Viaticum, aliaque Sacramenta non possunt dare Confessarii iis, quorum audierint Confessiones, licet ii dicant sibi ea denegari a Parocho. Leo X. Anno 1518.
 2. Nisi denegatio sit illegitima, & vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram Notario facta doceretur, *ib.*
 3. Religiosi non possunt ministrare hoc Sacramentum, nec etiam in necessitate, alias incidunt in Canonem Cler. relig. de Privil. Sylv. V. Unctio.
 4. Licentiam dare potest prius Sacerdos, etiam si sit excommunicatus, aut suspensus. Sylv. *ibid.* q. 4.
 5. Ne Pueris usu rationis carentibus, neque mulieribus in partu, neque damnatis ultimo supplicio ministretur. Prov. 4. Senio confectis, non ægrotis, dari potest, *ibid.*
 6. Una cum Viatico, si opus est, deferatur oleum infirmorum, *ibid.*
 7. In via Psalmi recitentur, *ibid.*
 8. Sacculo serico violaceo de collo pendente feratur Olei vas, *ibid.*
 9. Si Oleum aliud non sacrum adhibeatur, iteretur unctio. Prov. 5.
 10. Oleo veteri sacro poterit uti Parochus in casu necessitatis. Congreg. Episcop. 20. Martii 1590.
 11. Singulis mensibus reddatur ratio Deputato ab Episcopo de Defunctis, & Sacramentis ministratis. Prov. 4.
- V. Cessatio a Divinis, num. 5. Interdictum, num. 38. 39. Olea Sacra, num. 12. 13. Pestis, n. 8. Regularum jura circa Tertiarias, num. 3.

Familiaris Episcopi, vel Cardinalis.

1. **F**amiliaris, & commensalis, idem Trid. sess. 23. c. 9. continuæ, inquit, commensalitatatis.
2. Familiares Episcopi, laici, sunt immunes a laica jurisdictione. Congreg. Episcop. 7. Junii 1595.
3. Cardinalis Presbyter potest conferre primam tonsuram, & Minores Ordines suis familiaribus. DD. apud Barboſam de potest. Episcop. alleg. 5. n. 19.
4. Episcopus Titularis non potest ordinare suum familiarem. Trid. sess. 14. c. 2.
5. Potest Episcopus ordinare familiarem suum, si per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat. Trid. sess. 23. c. 9.
6. Habet hoc etiam locum in minoribus, & prima tonsura. Navarr. conf. 11. de temp. ordinat. & decum refert Armendar. in addit. ad recompil. legum. Navarr. lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episc. num. 45.
7. Triennium sufficit incoepisse, antequam esset Episcopus. Decum refert Garz. de benef. par. 2. cap. 5. n. 83.
8. Debet esse continuum. Campanil. in Div. Juris Canon. Rub. 9. c. 9. n. 12.
9. Beneficium statim ei est conferendum. Decum refert Garz. d. cap. 5. num. 85.

10. Et sufficit Beneficium simplex in aliena Diocesi. Congr. Conc. 26. Maji 1594.
11. Etiam ad titulum pensionis Ordinarii potest. Decisum refert Garz. *di c. 5. n. 81. 82.*
12. Etiam ad titulum Patrimonii pro necessitate, & commoditate Ecclesie Episcopi, & debet adscribi illi Ecclesie. Decisum refert idem *ibidem.*
13. Licet ordinandus sit Ultramontanus, ordinari potest, ut supra. Congr. Episc. 12. Januarii 1618.
14. Non potest tamen Episcopus dispensare cum familiari super illegitimitate, etiam ad minores Ordines, neque super interstitiis. Decis. refert Garz. *loc. cit. n. 86.*
15. Postquam fuerit ordinatus titulo Beneficii collati, erit Episcopus subditus, & sic cum eo dispensare poterit in interstitiis. Decisum refert Armandar. *loco cit. n. 50.*
16. Non potest admitti ad concursum Parochialium, nisi per obitum. Decisum refert Genuens. *in Praxi 1. edit. cap. 66. V. Exempli, num. 4.*

A D D I T I O.

1. Collatio Beneficii requiritur etiam ad primam Tonsum familiaris Episcopi. Barb. *cum aliis de potest. Episcop. alleg. 5. num. 11.*
2. Beneficium statim conferendum, hoc est, intra decem circiter dies. *Monfel. cum aliis in summ. tract. 2. c. 2. n. 9.*
3. Ratio Ordinationis, & Litterarum dimissorialium ad alium Episcopum in casu familiaris est eadem. Barb. *loco cit. num. 16.*
4. Potest Episcopus dispensare in interstitiis cum suo familiari, si reliqua a Conc. Trid. prescripta adsint; DD. *cum Diana 3. tract. 4. de Sac. resol. 190.*

Festi dies.

1. Non potest Episcopus sacrare dies Festos iis, qui non sunt auctoritate Apostol. relati in sanctorum numerum. Sanchez *in precepta Decal. lib. 2. cap. 43. n. 9.* & Azor. *par. 2. lib. 1. cap. 26. quest. 14.*
2. Solus Episcopus potest statuere dies Festos, vocato populo, ut ab eo audiat, an nimis gravetur. Barbof. *de potest. Episc. alleg. 105. n. 36.*
3. Potest indicare Festa in Synodo sine populi consensu. M. Ant. Genuens. *in praxi c. 51. ubi resp. ad tex. in c. fin. de feriis.*
4. Potest Episcopus incidere Festa usque ad meridiem tantum, & populus tenetur audire Missam. Azor. *loc. cit. q. 8.*
5. Parcissimus sit Episcopus in institutione Festorum. Sayrus *in clavi reg. lib. 7. cap. 3. n. 16.*
6. Colantur Festa usu, vel publico voto inducta. Prov. 3.
7. Festa de precepto communia toti Ecclesie sunt Nativitatis Dom. Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Epiphania, Corporis Christi, Circumcisionis Domini; Duæ ferie post Pascha, & Pentecosten: se hæc ex consuetudine. Azor. *infra.* Assumptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis Beatæ Virginis, Nativitatis S. Joan. Baptistæ, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Natal. duodecim Apostolorum, S. Stephani, Sancti Laurentii, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, Inventionis S. Crucis. Hæc Sylva *V. Dominica q. 1.*
8. De consuetudine universalis sunt Festa Sancti Nicolai, S. Antonii, Sanctæ Catharinæ, idem *ibid.*
9. Item SS. Innocentium, & S. Sylvestri, standum est consuetudini, idem *ibid.* & Azor. *cum aliis p. 2. lib. 1. cap. 25.*
10. De S. Martini Festo idem docet Azor. *ibidem.*
11. Festum S. Marci non est de precepto, jure communi. Azor. *ibid.* nisi ubi est consuetudo.
12. Festum S. Joseph est ubique de precepto. Greg. XV. Anno 1621.
13. Festum item S. Annæ. Idem Anno 1622.
14. Item Festum S. Francisci. Congreg. Rit. die 3. Januar. 1622. & in Tabella est Romæ edita An. 1631. de Festis ubique de precepto.
15. Decreto evulgentur Festa de precepto, & de consuetudine, vel voto, & in Calendario notentur cum vigiliis de precepto. Prov. 3.
16. Ea denunciatur Parochus die Dominico præcedente: & doceat de agendis eo die, *ibid.*
17. Denunciet etiam Indulgentias, Stationes, Orationes, Processiones, & Officia Defunctorum in Parochiali obeunda, *ib.*
18. Abstineat ab opere servili, mercatus ne fiant; negotiationes, & judiciorum strepitus quiescant. Pius V. Anno 1566.
19. Licet diebus Festis dare operam rebus ad vitam necessariis tempore perituris, vel ubi necessitas urget, aut pietas suadeat judicio Ordinarii. Decisum refert Quar. *V. Dies Festi.*
20. Nundinæ occurrentes in die Festo, quæ fiunt qualibet hebdomada, fiant in præcedenti feria; quæ vero semel in anno, tolerari possunt post celebratam Missam majorem. Congreg. Episc. 10. Aug. 1592.
21. Ne fiat apparatus pro nundinis, mercatuvæ, quæ in sequentem cadant diem post Festum. Prov. 3.

22. Ne quid ematur, aut vendatur, præter id, quod ad victum illius diei, seu ad ægrotos attinet. Prov. 1.
23. Non tamen ea venalia prope Ecclesiam proponantur. Prov. 3.
23. Neque ibidem eorundem tentoria, rastrove sint, quibus illa exponuntur, excepto pane, deferendo a Sole, vel pluvia, *ibid.*
25. Nec officinæ sint apertæ, sed ostium tantum, *ibid.*
26. Certa item hora vendendi præscribatur, *ibid.*
27. Ne exigantur collectæ, taleæve in oppidis, & præsertim tempore Divinorum Officiorum, Concionis, Processionis, Doctrinæ Christianæ. Prov. 3.
28. Neque libri, imaginesque venales proponantur, *ibid.*
29. Neque ad alex usum, larvæ, vestes personatorum vendantur, aut locentur, *ibid.*
30. Neque comestiones in honorem Sanctorum, ludi, aliæve prophanæ actiones, neque comœdiæ, hastiludia, spectacula fiant.
31. Saltationes, tripudia, choreæve ne fiant, dum Divina celebrantur Officia, *ibid.*
32. Ne circulatores, & ejusmodi quidquam vendant, ne medicamenti quidem prætextu, *ibid.*
33. Tonforibus, pistoribus, futoribus, calceariis, & ejusmodi præscribantur certæ regulæ, *ibid.*
34. Ecclesiastici non suscipiant iter, nisi urgenti de causa: Laici vero, vel prius audita Missa. Prov. 5.
35. Non excusentur puellæ nubiles, aut viduæ a Missa audiendi, cujusvis consuetudinis prætextu. Prov. 1.
36. Neque testes dicant testimonium, nisi in causis, in quibus licet die Festo juramentum deferre: hæc etiam in foro laicorum ferventur. Prov. 4.
37. Ne torqueantur rei, nisi criminis atrocitas illud exigat, *ibid.*
38. Causæ alimentorum tractari possunt coram Episcopo in die Festo. Sà *Alimenta.*
39. Regulares fervent Festa, & jejunia pro locorum consuetudine. Prov. 5.
40. Si dies Festus incidat in diem vigiliæ de precepto, omnino fervetur jejunium. Prov. 6.
41. Festum Sancti Titularis Ecclesie Parochialis colatur etiam cum vigilia, hortante Parocho suas oves. Prov. 3.
42. Post Vesperas, saltem de libro, vita Sancti Titularis enarretur, ex Actore probato, *ibid.*
43. Si adsit Corpus, vel insignis Reliquia, eo die, & campanarum sono, & luminum apparatu Divina Officia celebrentur, *ibid.*
44. Princeps, & Magistratus invitentur ad Ecclesiam Cathedralium in sollempnioribus Festis, & ad Processiones, *ib.*
45. Pro licentia operandi in die Festo nihil imponatur titulo elemosynæ, nisi hortando. Congreg. Episcop. 27. Novembris 1594.
46. Parochus non potest dare licentiam operum in die Festo, nisi consentiente Episcopo, eadem 18. Julii 1594.
47. Superiores laici non possunt dare licentiam, & si dent, nulla est, & possunt puniri ab Episcopo. Barbof. *de potest. Episc. alleg. 105. num. 42.*
48. Potest Episcopus procedere contra laicos non observantes Festa: ex Bulla Pii V. *supra citata.*
49. Potest, & laicus Judex procedere contra eosdem. Congreg. Episc. 21. Aug. 1615.
50. Pœna incurritur arbitrio Ordinarii, vel Magistratus, etiam amissionis animalium. Pius V. *supra.*
51. Præventioni sit locus, *ibid.*
52. Pro officinis apertis, rebusve venditis, etiam pater, dominus, & artifex pœnam fubeat. Prov. 53.
53. Non locentur pœnæ ex violatione Festorum, sed applicentur Locis Piiis, eo loci, & in quo solvuntur. Congreg. Episcop. 22. Maji 1590.
- V. Casus reservati, num. 14. Excommunicatio, num. 21. 33. Licentia, num. 1. Regularium jura sub Episcopis, num. 26.

A D D I T I O.

1. Ad Vicarium potius foraneum, non ad Archipresbyterum spectat dare licentiam operandi die Festo. Congr. Episc. 18. Novembris 1597.
2. Debet autem hac de re licentia dari in scriptis, eadem 21. Augusti 1651.

Fidei Professio.

1. Provisi de Beneficiis quibuscumque animarum curam habentibus, tenentur, a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses coram Episcopo, seu Vicario fidei facere Professionem. Trid. *sess. 24. cap. 12.*
2. Canonici, & Dignitates Cathedralium, & coram Episcopo, & in Capitulo tenentur, *ibid.*
3. Et Portionarii, qui sunt de Capitulo. Ricc. *de jure person. lib. 1. cap. 13. n. 57.* alias minime, neque Cappellani in Cathedrali, *ibid.*
4. Etiam Canonici prædicti exempti, tenentur coram Episcopo, & Capitulo. Decisum refert Garz. *par. 3. capit. 3. num. 21.*

5. Item Canonici Regulares Cathedralium a die electionis, seu a quo admittuntur ad participationem massæ Capitularis. Decisum refertur *ibid.* n. 16.

6. Sede Vacante non sufficit fieri coram Capitulo, sed coram ejus Vicario Capitulari. Garz. *ibid.* n. 27.

7. Si Episcopus, vel Vicarius fuerit in Capitulo, sufficit quod ibi semel emiserint coram iis. Decisum refert Garz. *ibid.* num. 24.

8. Non tenentur Coadjutores Canonorum, aut Dignitatum, nisi cum factus fuerit successioni locus. Garz. *par.* 4. *cap.* 5. num. 76.

9. Neque tenentur in Capitulo facere Canonici, & Dignitates Collegiarum. Decisum refert Garz. *par.* 3. *cap.* 3. num. 13.

10. Sed sufficit, ut faciant coram Vicario, etiam Episcopo non impedito. Garz. *ibid.* num. 23.

11. Commendatarii tenentur, sicuti veri beneficiati. Garz. *p.* 4. *c.* 5. num. 20.

12. Item Vicarii perpetui. Ricc. *de jure person.* lib. 1. *capit.* 13. num. 12.

13. Item Vicarii temporales Ecclesiarum curatarum. Idem *c.* 14. n. 1.

14. Non ii, qui sine proprio titulo deputantur ad animarum curam. Idem *cap.* 13. num. 59.

15. Neque ille, qui obtinuit Ecclesiam alias curatam, sed desit habere Parochianos. Idem *cap.* 14. n. 2.

16. Tenentur autem post adeptam possessionem, idem *n.* 50. & eam pacificam per menses duos, idem *n.* 62.

17. Non excusat ignorantia Concilii Tridentini, idem *n.* 47. licet excusare posset ignorantia Bullæ Pii IV. vel si putaret in ea se non comprehendere, idem *n.* 46.

18. Solet tamen Apostolica Sedes in casibus ignorantie remittere poenam, idem *num.* 49.

19. Beneficiati omnes, & ii, qui in Synodo Diocesana convenire debent, Fidei Professionem faciant in prima Synodo, cui adfuerint. Trid. *sess.* 25. *c.* 2.

20. Omnes ii, ad quos universitatum, & studiorum cura, Visitatio, & Reformatio pertinet, diligenter curent, ut Decreta Concilii Tridentini integre recipiantur, & ad eorum normam doceant, & initio cujuslibet anni ad hoc institutum sollemni juramento se obstringant, *ibid.*

21. Publici Lectores, vel Magistri, & privati, etiam Grammaticæ, & liberalium Artium, tenentur ad fidei Professionem faciendam. Pius IV. Anno 1564.

22. Et est in usu hæc Bulla. Ricc. *de jure person.* lib. 1. *cap.* 13. num. 5. contra Sorbum, & Sanchez.

23. Item eligendi in Rectores, vel Cancellarios Gymnasiorum. Pius IV. *loco cit.*

24. Item promovendi ad Doctoratus gradum, *ibid.*

25. Item ii, qui Arithmeticam, & Musicam docent, ex declaratione Apostolica. Prov. 4. *V. Ludi Magistri*, num. 1.

26. Concionatores saltem semel. Prov. 5.

27. Confessarii omnes, Medici, Chirurghi, Advocati, & Procuratores sancti Officii, *ibid.*

28. Bibliopola, & Typographi. Prov. 6. *V. Librorum editio* num. 21.

29. In novo Beneficio Parochiali, seu Canonicali debet de novo emitti. Decisum refert Garz. *d. c.* 3. n. 17. 38.

30. Per se ipsum facere debet Beneficiatus, non per Procuratorem. Decisum refert idem *n.* 74. & ultro se offerre debet. Ricc. *sup.* num. 18.

31. Possit per Procuratorem, docet Navarr. *conf.* 11. *titulo de jurejur.* num. 2.

32. Sed cum speciali mandato. Ricciull. *loco cit.* num. 30. & si velit Episcopus, idem *num.* 29.

33. Etiam si alia de causa alias emiserit, idem *num.* 19.

34. Omissio hæc non privat Beneficiatum possessione, & jure Beneficii. Decisum referunt in *Add. Quar. V. Benefic. Possessio* lit. B, *in fine.*

35. Privat fructibus Beneficii. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12.

36. Absque alia sententia. Ricc. *sup.* n. 43.

37. Fructibus Præbendarum, non Distributionibus. Decisum refert Garz. *cap.* 3. num. 60.

38. Neque Defunctorum Anniversariis. Ricc. *loco citato*, num. 53.

39. Nisi fructus omnes consistant in Distributionibus, idem *num.* 54.

40. Neque prodest triennalis possessio quoad fructus percipiendos. Decisum refert Garz. *loco cit.* num. 34.

41. Et semper tenentur eam facere, idem *ib.* n. 29. & 30.

42. In Dignitatibus habentibus fructus distinctos a mensa Capitulari, sunt applicandi fabricæ Ecclesiæ, si egeat, vel loco pio, arbitrio Ordinarii. Garz. *ibid.* n. 30.

43. Et generaliter fructus amissi ob hanc causam in usus pauperum, vel fabricam Ecclesiæ impendi debent. Garz. *p.* 5. *c.* 3. num. 26.

44. Nec Episcopus potest condonare fructus amissos. Decisum refert Garz. *par.* 3. *cap.* 3. num. 53.

45. Iis, de quibus supra num. 13. 23. 24. imponitur poena nullitatis auctorum, & alia contra Rectores, & Superiores quoscumque Universitatum, & Gymnasiorum. Pius IV. *supra.*

46. Episcopus non exigens, nec recipiens a Doctoribus,

& scholaribus Fidei Professionem incurrit poenam interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Pius IV. *ubi supra.*

47. Inferiores vero non recipientes, ut supra excommunicationis lætæ sententiæ, privationis Dignitatum, Beneficiorum, & feudorum incurunt poenam, idem *ibid.*

48. Receptio, promotio, electio, &c. sunt nullæ. Idem *ibidem.*

49. Referantur in certum librum nomina eorum, qui Fidei Professionem emiserunt. Prov. 3.

V. Capitulum, n. 17. *Concio Sacra*, n. 20.

Filii Clericorum illegitimi.

1. **N**on licet iis in Ecclesiis, ubi eorum Patres Beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile Beneficium obtinere. Tridentin. *sess.* 25. *cap.* 15.

2. Nec in dictis Ecclesiis ministrare, nec pensiones super fructibus Beneficiorum Patrum habere, *ibid.*

3. Reciproca resignationes inter eos, fraude factæ, censeantur imposterum & nullæ, *ibid.*

4. Prohibitio Concilii habet locum in filiis naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti Clerici. Decisum refert Garz. *p.* 7. *cap.* 3. num. 15.

5. Regula de triennali non habet locum in hac materia. Decisum refert idem *ibid.* num. 88.

6. Non potest Episcopus dispensare cum Illegitimis filiis Clericorum ad Beneficia Patrum. DD. apud Barbosam *allegat.* 65. num. 30.

7. Non potest filius Illegitimus obtinere Beneficium in ea Ecclesia, in qua Pater ejus sine legitimo titulo illud idem obtinuit, & minus pacifice. Decisum refert Garz. *loco citato*, num. 59.

8. Non potest filius Illegitimus obtinere illud Beneficium, ratione cujus debet cantare unum versiculum certo die in Ecclesia, in qua Pater ejus est Canonicus. Decisum refert idem *num.* 69.

9. Neque potest obtinere Beneficium, neque servire tamquam amovibilis Cappellanus in Ecclesia, in qua Pater tamquam Cappellanus amovibilis servivit. Decisum refert idem *ibidem*, num. 72.

10. Sufficit possessio Patris in Beneficio, licet non ministraverit, nec aliquid perceperit de fructibus Beneficii, ut excludatur filius ab alio Beneficio. Decisum refert idem *ibid.* num. 55.

11. Excluditur etiam filius quando Pater habuit solam sedem in Choro ratione Dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat. Decisum refert idem *ibid.* num. 66.

12. Neque potest filius, ut Cantor, Musicus, seu Sacrista ministrare, ubi Pater est Beneficiatus. Decisum refert idem *ibid.* num. 68.

13. Non excluditur filius, si Pater obtinuit quidem Beneficium, sed littera non expedit, neque unquam possessionem capit. Decisum refertur *ibid.* n. 55.

14. Neque dicitur habuisse, qui provisus, & litteris non expeditis, neque possessione capta, cessit alteri. Decisum *ibid.* num. 56.

15. Non prohibetur obtinere Ecclesiam filialem dependentem, seu unitam accessoria Ecclesiæ Matrivi, cujus Pater fuit Rector, modo in ea non ministraverit; prohibetur autem obtinere unitam, æque principaliter, aut si in utraque Pater ministraverit. Decisum refertur *ibid.* n. 62. 63. 65.

16. Neque prohibetur obtinere Canonicatum, qui erat Portio tempore, quo Pater illum obtinebat. Achill. de Graff. *decis.* 1. *de fil. Presbyt.*

17. Neque prohibetur succedere in Cappellania, quæ fundari solet absque Episcopi auctoritate, ut in ea accedant Clerici de parentela. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5. num. 33.

18. Neque prohibetur Illegitimus laicus, cujus Pater nec Beneficium, nec Pensionem habet, sed ut Cantor musicus tantum in ea Ecclesia cantat, quin & ipse cantare possit, *ib.* Decisum refert Garz. *sup.* num. 68.

19. Neque prohibentur Pater, & filius in eadem Ecclesia celebrare Missam, dummodo in ea non habeant Beneficia. Decisum *ibidem* refertur num. 73.

20. Et longe minus prohibentur habitare simul. Decisum refertur *ibid.* num. 74.

21. In Processione possunt incedere Pater, & filius Beneficiati in diversis Ecclesiis: si vero Processio fiat ad Ecclesiam Patris, non potest ibi filius ministrare. Decisum refertur *ib.* num. 68. *in 3. declar.*

22. Pensio potest transferri in filium a Patre habente facultatem transferendi. DD. apud Barbosam *alleg.* 65. n. 27. *loco cit.* num. 34.

23. Nepos legitimus ex filio Illegitimo non comprehenditur in Decreto Concilii. Decisum refert Garz. *dict.* *cap.* 3. num. 22.

24. Et potest etiam nepos illegitimus ex filio Illegitimo obtinere Beneficium, quod avus habuit. Decisum refert idem *ib.* num. 27.

A D D I T I O.

Legitimus per subsequens matrimonium non potest obtinere Canonatum in ea Ecclesia, in qua Pater. *Congregat. Concil. 1625.*

Fori Privilegium.

1. Privilegio Fori non gaudet, nisi qui Beneficium Ecclesiasticum habet, aut Clericalem habitum, & tonsuram defert, alicuique Ecclesie de mandato Episcopi servit. *Trid. sess. 23. cap. 6.*

2. Item qui in Seminario Clericorum, aut Schola, aut Universitate de licentia Episcopi versatur, *ibid.*

3. Clerici conjugati gaudent, si alicujus Ecclesie servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem serviant, & Clericali habitu, & tonsura utantur, *ibid.*

4. Conjugati Clerici gaudent in criminalibus, & ii, qui cum unica virgine contraxerunt. Bonifacius VIII.

5. Assumptio Clerici alicui Ecclesie ab Episcopo facta oretenus sufficit. Decisum referunt Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 601. in 1. edit. & Barbosa de potestate Episcop. alleg. 12. num. 13.*

6. Sed pro majori parte serviat. *Barbosa ib. n. 14.*

7. Et eidem illi non alteri. *Idem ibid.*

8. Habitus autem, & Corona copulative, non disjunctive sufficiunt. Decisum referunt Ugol. *de potest. Episc. cap. 12. n. 3. v. 3. Barbosa loco cit. num. 19.*

9. Si item soleant deferri, licet aliquando ex causa dependantur. *Mar. Anton. var. resol. lib. 3. ref. 48. num. 7. Barbos. cit. num. 20.*

10. Beneficiatus ut gaudeat, debet probare etiam Beneficii possessionem. *Barbosa ibid. n. 4.*

11. Nisi impediatur ab intruso, contra quem movit litem. *Idem ibid. num. 5.*

12. Solus titulus Beneficii valet, ut gaudeat Privilegio Fori absque redditibus. *Mar. Ant. Genuens. in Praxi Archiepisc. Neap. cap. 7. in fine.*

13. Præstimonium sufficit, quia est Beneficium. *Garz. p. 1. cap. 2. num. 117.*

14. Coadjutoria posita per Papam sufficit. *Idem p. 2. c. 5. n. 98. Barb. loco cit. n. 9.*

15. Pensio solita concedi Clerico, an sufficiat? Affirmant. Negant DD. apud *Barbosam supra num. 8.*

16. Familia armata Episcopi, etiam laica, gaudet Fori Privilegiis, sicut Clerici. DD. apud *Barbosam alleg. 107. n. 9.*

17. Item Fiscalis, Notarius Cancellarie officium exercens, Nuncius, Custodes carcerum, & Lictores. *Idem n. 11. 12. 13. num. 24.*

18. Novitii gaudent Privilegio Fori. *Angel. V. Religio, num. 24.*

19. Conversi Professi. *Barbosa supra n. 38.*

20. Oblati Regularium. *Idem num. 39.*

21. Milites Religiosi. *Idem num. 45.*

22. Tertiarii Sancti Francisci communiter viventes. *Idem num. 41.*

23. Qui non vivunt in communitate? Ajunt, Negant DD. apud *Barbosam, ibid.*

24. Eremitæ nullam profitentes Religionem, nulloque Clericali Ordine insigniti, nec habentes modum vivendi ab Ecclesia approbati, non gaudent. *Barb. num. 42.*

25. Poenitentes, Pinzocheræ, non gaudent. *Idem n. 44.*

26. Laici janitores Ecclesiarum, seu ii, qui accendunt lampades non gaudent. *Congreg. Episc. Jan. 1630.*

27. Cum Privilegio Fori jungitur immunitas a gabellis, exactionibus, & tributis. *Barbosa alleg. 13. num. 1.*

28. A quibus non est immunis Clericus negotiator. *Idem num. 8.*

29. Privati Privilegio Fori, non intelliguntur privati Privilegio Canonis. Decisum refert *Garz. de Benefic. par. 2. c. 2. num. 20. Barbosa alleg. 12. num. 32.*

30. Privati Privilegio Fori puniri possunt a Judice laico, nulla præcedente degradatione. *Idem Barbosa num. 31.*

31. Si tempore delicti commissi erat Beneficiatus de Foro Ecclesiastico, & postea ducat uxorem, causa pertinet ad Judicem Ecclesiasticum. *Gratian. disc. for. cap. 224.*

32. Cognitione causæ de Clericatu, Habitu, & Tonsura, pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, citato Judice, & fisco Curie secularis. *Barbosa allegat. 12. num. 33. 34. V. Clericus, num. 17. 84. 85. Notarius, num. 32. Ordines Minores, num. 3. Pensio, num. 11. Regularium jura sub Episcopis, num. 52.*

A D D I T I O.

1. Ordinarius non potest privare Clericos non intervientes Ecclesiis immunitate a gabellis, & aliis oneribus laicalibus. *Congreg. Episc. 24. Jan. 1631.*

2. Subdiaconus, qui in vim dispensationis Apostolicæ cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones obtinet Ecclesiasticas, gaudet Privilegio Fori. *Congreg. Conc. 24. Mart. & 17. Septemb. 1618. apud Barbosam de jure Eccles. l. 1. cap. 39. §. 2. num. 39.*

3. Clericus, qui post delictum assumpsit charactem, &

habitus, gaudet hoc Privilegio, quoad personam, non quoad bona, si fraus subsit, adjudicanda est a Judice Ecclesiastico. *Congr. Immun. 18. Februarii 1631. apud Barb. ibid. n. 89.*

4. Filius legitimus Clerici ante Clericatum natus gaudet hoc Privilegio vita patris durante, eadem 18. Mart. 1631. apud *Barbos. ibid. n. 62.*

5. Item coloni partiarum Episcoporum durante colonia, ead. 6. Decemb. 1617. apud eundem *ibid. n. 63.*

6. Item conductores Prædiorum Ecclesiasticorum, *ibidem num. 64.*

7. Non gaudent Clerici Minorum Ordinum promoti ab alieno Episcopo cum falsis dimissionibus post declarationem judicis Ecclesiastici. *Urb. VIII. in Bulla de hac re 11. Dec. 1624.*

8. Clerici conjugati, etiam cum unica, & virgine, non gaudent exemptione a tributis. DD. cum *Barb. loc. cit. §. 5. num. 18.*

9. Coloni affectuarii, vel partiarum bonorum Ecclesiasticorum gaudent exemptione collectarum tam ordinarium, quam extraordinarium pro colonica portione. *Congr. Episc. 18. Sept. 1681. & post longam disputationem Romæ Anno 1620. pro statu Madiolani idem definitum.*

10. Bona patrimonialia quæcumque Clericorum libera sunt a Laicorum exactionibus, ead. 3. Aug. 1592.

11. In damnis datis per Clericos, seu per eorum animalia, nec non per familiares Ministros, & Colonos Episcoporum, & mensæ Episcopalis, etiam Laicos, seu eorum animalia in bonis quibuscumque, tam Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quam etiam laicorum, causa pertinet ad Curiam Episcopalem privative. *Congreg. Immun. apud Barbos. loco cit. §. 2. num. 123.*

12. Si laici, eorumve ministri, & animalia, damnificent bona Ecclesiastica, & personarum Ecclesiasticarum, Curia Episcopalis procedere potest, ut in causis mixti Fori, *ibid.*

13. At quando Coloni, & Ministri Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum cum animalibus propriis bona laicorum damnificent, cognitio tam quoad bona, quam ad personas laicorum, & earum animalia spectat ad Judicem laicum privative, *ibid.*

14. Si vero cum animalibus Ecclesiasticorum, quoad personas ad laicum, quoad animalia ad Curiam Episcopalem, *ibidem.*

Forum Episcopale.

1. IN ingressu Episcopi, non potest ille indulta facere reis, quæ faciunt Principes, & rei sunt puniendi. *Cong. Episcop. 28. Junii 1588.*

2. Causæ omnes Ecclesiasticæ, etiam Beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis cognoscantur, & infra biennium terminentur. *Trid. sess. 24. c. 20.*

3. Causæ matrimoniales examini Episcopi, & jurisdictioni linquantur, *ibid.*

4. Item & criminales, *ibid.*

5. Causæ mercedum, & miserabilium personarum contra Regularem, aut Exemptum, si extra Monasterium degunt, ad Episcopum spectant, uti a Sede Apostolica Delegatum, nulla habita ratione Conservatorum. *Idem sess. 7. c. 14.*

6. Causæ unius Episcopatus non debent cognosci in alio Episcopatu, licet amborum sit unus Episcopus. *Congreg. Episcop. 2. Martii 1594.*

7. In causis Visitationis, correctionis, & criminalibus ante definitivam sententiam ne appelletur, nisi gravamen deinde sit irreparabile. *Trid. sess. 13. c. 1.*

8. Præventionem Episcopi attentam, in delicto laici contra Clericum, ad Episcopum spectat causa. *Congreg. Episcop. 16. Januarii 1515.*

9. Contra alienum Clericum non procedatur inconsulto proprio Episcopo. *Trid. sess. 24. cap. 8.*

10. Causæ, quæ decem aureorum summam non excedunt, summarie, sine forma judicii expeditur; quod Pius V. concessit Provinciæ Mediolanensi. *Prov. 3.*

11. Lites certe brevius, quam in Foro laicali, definiantur. *Prov. 6.*

12. Pro ære alieno non sunt carcerandi Presbyteri, neque censuris cogendi. *Congreg. Episc. 27. Augusti 1591.*

13. In causis civilibus potest Episcopus delegare laicum, non tamen generaliter ad omnes causas, & in defectu sufficientis Clerici. *Barbosa alleg. 108. num. 7.*

14. Ne personæ Ecclesiasticæ trahere præsumant aliam Ecclesiasticam quovis modo ad Forum laicale. *Martin. Vedi Anno 1328.*

15. Neque Judices laici trahant ad se personas Ecclesiasticas, eorumve causas, *ibid.*

16. Sub poena excommunicationis, & interdicti respectivo cum reservatione absolutionis Papæ, *ibid.*

17. Fabrica Ecclesie trahit laicum reum ad Forum Ecclesiasticum. *Barbosa alleg. 82. num. 37.*

18. Potest præterea Episcopus compellere subditos ad eleemosynas. *Barbosa alleg. 82. num. 34.*

19. Item cogere laicos, ut eodem pretio res victui necessarias peregrinis, & hospitibus vendat, quo publice ab incolis vendi solent, *num. 5.*

20. Item cogere laicos Censuris ad vendendum frumentum, & alia, tempore penurie. *Idem num. 8.*

21. Item compellere ad solutionem relictorum ad pias causas, etiam si hæres sit laicus. Idem *num.* 13.

22. Item tanquam Sedis Apostolicæ delegatus cogere legatarios ad exequendas pias dispositiones, etiam si executores sint exempti quomodocumque. Decisum refert *Fr. Leo in thes. p. 2. cap. ult.*

23. Item potest ipsemet exequi testamentum, negligente hærede, & intra annum adimplere voluntates defuncti. *Barbos. alleg. 2. num. 15.*

24. Ille scilicet Episcopus, in cujus jurisdictione sita sunt bona distribuenda; non ille, in cujus jurisdictione Testator morabatur. Idem *ibid.*

25. Tempus sex mensium in piis relictis currere incipit, post aditam hæreditatem, a monitione Episcopali. Idem *num.* 18. 19. & *seqq.*

26. Imo tenetur Episcopus exequi, constito de negligentia Executorum. Idem *num.* 26.

27. Possunt etiam peti alimenta apud Episcopum a laicis, & coram eo hac ratione eos convenire. Idem *ibid. num.* 9.

28. De Beneficiis reservatis, seu affectis in prima instantia cognosci possunt in Curia, neque comprehenduntur in Decreto Trid. *sup. num.* 1. ex Constit. Greg. XIII. apud *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 34. num.* 113. & 117.

29. Et præscriptione, consuetudine, vel privilegio possunt inferiores Episcopo quærere sibi facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus. Decisum referunt DD. apud *Barbos. alleg. 84. num.* 5.

30. Testis probaturus immemorabilem debet esse annorum quinquaginta quatuor. *Nald. Consuetudo num.* 10.

31. Potest Episcopus punire excessus Notariorum suorum, Fiscalis, nunciorum, licitorum, custodum carcerum. *Barbos. alleg. 107. num.* 15.

32. Licet non possit ferri sententia cum censura, nisi in scriptis; tamen fieri potest præceptum sub censura sine scriptis. *Nald. Super. num.* 3.

33. Potest Episcopus habere carcerem. *Barb. loc. cit. n.* 20.

34. Custos carceris fidelis esse debet. Idem *num.* 21.

35. Si cognoscat carnaliter mulierem carceratam, etiam meretricem, punitur acerrime. Idem *num.* 22.

36. Potest habere satellites, quot voluerit. *Congr. Episc. 15. Apr. 1615.*

37. Satellitio usus laico, satis est si Episcopus a laico iudice semel licentiam petat, eadem 3. Octob. 1585.

38. Potest implorare brachium sæculare. *Trid. sess. 24. cap. 8. & sess. 25. cap. 5.*

39. Potest & censuris compellere, ut opem det. *Barb. alleg. cit. num.* 25.

40. Non potest delegare iudici laico causas criminales Clericorum. Idem *alleg. 108. num.* 2.

41. Neque laico, & clerico simul. Idem *ibid. num.* 2.

42. Neque Clerico conjugato. Idem *num.* 4.

43. Nisi sit in loco, ubi non est Clericus sufficiens ad tales causas. Idem *num.* 5.

44. Et nisi pro delicto esset inferenda poena sanguinis, quia tunc tenetur delegare sententiam ferendam laico. Idem *ibid.*

45. Potest assumere laicum assessorem. Idem *num.* 6.

46. Rei ne diebus Festis torqueantur, nisi ob atrocitatem delicti. *Prov.* 4.

47. Neque testes diebus Festis testimonium dicant etiam si die feriali iurati sint, nisi in causis, quibus licet, *ibid.*

48. Habet Episcopus fiscum, cui applicantur bona Clericorum hæreticorum patrimonialia. *Barbos. alleg. 107. n.* 16. 17.

49. Unde & potest imponere poenam pecuniariam, eamque sibi, vel Cameræ suæ applicare, *ibid. num.* 18.

50. Potest tenere Camerarium pignorum. *Congr. Episc. 14. Aprilis 1615.*

51. Publice peccanti detur publica poenitentia, quam tamen Episcopus mutare potest in secretum. *Trid. sess. 24. cap. 8.*

52. Poena salutaris non significat pecuniariam. *Congr. Episc. 9. Augusti 1594.*

53. Poenæ criminales ne applicentur fabricæ palatii Episc. eadem 3. Januarii 1594.

54. Poenæ fori Ecclesiastici non possunt applicari Vicario, vel Cameræ Episcopali, ut sic, etiam in minima parte, eadem 27. Julii 1619.

55. Si Episcopus esset pauper, eas posset sibi sumere, testatur decisum *Molles. relatus a Ricc. ref. 300. n.* 3. *vel limita.*

56. Debent erogari in usus pios. *Trid. sess. 25. cap. 3. & 14.*

57. Poenæ locis piis assignatæ non exactæ intra mensem a die, quo solvi debent, a locorum administratoribus, statim Seminario adscriptæ intelligantur. *Prov.* 1.

58. Poenarum attributio, & solutio id certum codicem in Archivio asservandum referantur. *Prov.* 4.

59. Notarius intra triduum moneat Præfectos locorum piorum, ut exigant; alias teneatur de suo. *Prov.* 1.

60. Condonans poenam contra incendiarios, in cap. *peffimam* 23. q. 8. ultra obligationem restitutionis suspenditur per annum ab Officio Episcop. *Barb. alleg. 111. num.* 23.

61. Procurans Episcopus, ut Clerici capiantur a Dominis temporalibus, suspenditur a perceptione fructuum Ecclesiæ, secuto effectu. Idem *ibid. num.* 29.

62. Carcerum Protector deligatur duraturus ad arbitrium Episc. *Prov.* 5.

63. Qui carceratos invifat sæpe, & arctiori custodia detentos, consentiente Vicario, eove præfente, vel alio, *ibid.*

64. Visitet Episcopus carceres, & reos semel in anno. *Prov.* 3.

65. Designentur Patroni miserabilium personarum, qui eas gratis defendant. *Prov.* 1.

66. Advocati, Procuratores, Notarii, & alii Officiales notorie criminosi arceantur a foro Episcopali. *Prov.* 3.

67. Cancellaria proventus ne locentur, nisi feudalis Ecclesiastica. *Congr. Episc. 26. Augusti 1592.*

68. Acta omnia Notarii in codicem, non in pagellas referant, mense saltem, postquam illa rogati confecerint. *Pr.* 3.

69. De expensis Actorum, & mercede Notarii plura *Trid. sess. 24. cap. 20.*

70. Taxa servetur approbata a Gregorio XIII. *Congr. Episc. 14. Apr. 1515.*

71. Singulis annis, aut alternis decernatur Ecclesiasticus vir, qui taxam recognoscat, & Ministros delinquentes puniat, cum restitutione, tum aliis poenis. *Prov.* 5.

72. Pro litteris Episcoporum Commendatiis Clericorum, neque Vicariis, neque Notariis aliquid accipere potest. *Congr. Episc. 15. Maji 1601.*

73. Sigillo utatur Episcopus cum imagine Sancti Ecclesiæ Patroni, in iis, quæ requirunt Episcopalis sigilli impressionem. *Prov.* 4.

74. Visitet Episcopus tribunal fori sui semel in anno. *Prov. 3.*

V. *Exempti, num.* 39. & *seqq.* *Festi dies, num.* 45. & *seqq.* *Fori Privilegium, num.* 31. 32. *Hebrai, n.* 30. *Juramentum, num.* 6. 7. *Locorum piorum cura, n.* 22. 23. *Notarius, n.* 23. *Regularium iura sub Episcopis, num.* 59. 60. 62. & *seqq.* *Sequestrum, num.* 1. *Spolia Clericorum, num.* 15. *Testamentum, num.* 2. 15. & *seqq.*

A D D I T I O.

1. Cancellaria Episcopalis non debet locari, nec vendi, nec ex ea Episcopus aliquod emolumentum habere. *Congr. Episc. 12. Januarii 1698.*

2. Potest Episcopus cogere laicos ad ferendum testimonium veritatis pro suæ curæ informatione, sub poena pecuniaria & in subsidium excommunicationis. *Congr. Conc. 16. Martii 1630.*

3. Potest item coercere, & punire quoscumque exemptos, qui offendunt Officiales Curæ Episcopalis in actu exercendi suum Officium, vel alias impediunt Episcopi jurisdictionem. Decisum refert *Barbos. de jure Eccl. lib. 1. cap. 43. num.* 154.

4. Potest fieri carcer ex poenis ab Episcopo. *Congr. Episc. 25. Januarii 1596.*

5. Fiscali aliqua pars poenarum applicari potest, non Episcopo, neque Notario, eadem 4. Septembris 1595.

6. Si jubeat Episcopus aliquem crudeliter fustigari, tunc per duos menses a Missarum celebratione suspendendus est. *Isidor. Moscon. de majest. milit. cap. Eccl. part. 1. cap. 8.*

7. In pari necessitate melius est subvenire pauperibus loci, in quo degit Clericus condemnatus in poenam pecuniariam. *Congr. Episc. 21. Novembr. 1600.*

8. Gratis debent dari, quæ sequuntur a Notario Episcopali. *Congr. Conc. 8. Martii 1602.* Approbatio ad Confessiones audiendas, licentia administrandi Sacramenta.

Deferviendi Beneficiis.

Sepeliendi Defunctos.

Celebrandi Missas.

Colligendi Eleemosynas.

Mandata publicandi in Ecclesiis initiandos prima Tonsura, & aliis Ordinibus.

9. Quoad alia si nullum habet salarium, quoad litteras collationis, vel institutionis curatarum Ecclesiarum, vel deputationis Vicariorum, in his unum aureum poterit percipere, *ib.*

10. Quoad litteras dimissorias, vel testimoniales decimam unius aurei partem numquam excedat, ead. *ibid.*

Functiones Episcopales.

1. Nullus Episcopus cujusvis privilegii prætextu potest exercere Pontificalia in Dioecesi aliena, nisi de Ordinarium expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum. *Trid. sess. 6. cap. 5.*

2. Sub poena suspensionis ab exercitio Pontificalium; ordinatis autem ab executione Ordinum, ipso jure. Idem *ibid.*

3. Etiam si inadvertenter hoc faciat, etiam benedicendo Calicem, vel Corporalia. *Navarr. cons. 12. de Cler. excom. celebr. cum Zerol. part. 2. V. Episcopi;* excusatur a *Suar. de Censur. disp. 28. sect. 4. num.* 7.

4. Suspendio a Pontificalibus est reservata Papæ. *Barb. de pot. Episc. alleg. 111. num.* 9.

5. An sic suspensus fiat irregularis, si celebret? *Negat Navarr. cum aliis, Affirmat Innoc. cum aliis. Vide distinctionem inter has opiniones apud Sayr. de Consecr. lib. 4. cap. 16. num.* 17. 18. 19.

6. Patriarcha habens aliquas Ecclesias immediate sibi subiectas in aliena Dioecesi, non potest dare licentiam Pontificalium in aliena Dioecesi sine consensu Dioecesani. *Congr. Conc. apud*

apud Ricc. in *prax. for. Eccl. post resol.* 495. in *not. de mat. Episc.*

7. Vicarius Generalis sine mandato speciali non potest dare licentiam exercendi Pontificalia, comp. DD.

8. Capitulum Sede vacante dare potest non tamen ad Ordinandos suos subditos. Quar. *Cap. Sede vacante quest.* 11.

9. Non potest Superior loci exempti dare licentiam, ibidem alieno Episcopo Pontificalia exercendi sine consensu Episcopi loci, intra cujus fines locus exemptus est constitutus. Congr. Conc. 1. Julii 1597.

V. *Abbas, num.* 59.

10. Pontificalibus vestibus uti potest Episcopus in locis exemptis ex concessione Concilii Vienn. in Clem. Barb. *alleg.* 80. *num.* 4.

11. Et ibidem & in aliena Diœcesi, refert, posse Missam celebrare in Pontificalibus. Barbof. *ibid.*

12. Sed in aliena Diœcesi negatur verius, ex Ricc. in *praxi p. 1. decif.* 467. *num.* 1. 2.

13. Baculus pastoralis non potest adhiberi ab Episcopo, nisi in sua Diœcesi, & nisi extra Diœcesim concedantur illi Consecrationes, Ordinationes, vel Benedictiones personales Apostolica auctoritate. Caremon. Episcop. *lib.* 1. *cap.* 17.

14. Debet autem adhiberi in omnibus Processionibus, quibus interest Episcopus in sua Diœcesi, Idem *ibid.* Reliqua de Baculi usu, *vide ibid.*

15. Exerens Pontificalia sine Missa in peccato mortali non peccat mortaliter, nisi ministret Sacramenta. Nald. *Ep.* n. 2.

16. Septimum Candelabrum adhibeatur in Missis tantum Episcopi sollempnibus non Defunctorum. C. R. 19. Maji 1607.

17. Episcopo Pontificalia exercenti deserviant ii, qui solent in Cathedrali, si in ea exercet. Prov. 4.

18. Assistentis pluviali indutus datur Episcopo tantum, & Episcopalis insignibus utenti, *ibid.*

19. Missæ sollempnes Episcopi a Parochis prænunciantur. Prov. 6.

20. Dum Episcopus celebrat Missam, etiam planam, aliæ ibi Missæ ne fiant. Prov. 4.

21. Episcopo absente Vicarius non potest Missas Conventuales, nec Pontificales celebrare. Cong. Ep. 16. Maji 1600.

22. Neque deferre Sacramentum, aut Sacras Reliquias, nec aliis functionibus se immiscere, eadem, *eodem die.*

23. Sed functiones fiant a prima Dignitate, & postea ab aliis. Congr. Rit. 1. Martii 1614.

24. Referendarii Commendatarii in Monasteriis Commendatis, ubi Abbates uti possunt Pontificalibus insigniis possunt & iidem uti, nimirum, Mitra, Annulo, Baculo, & dare Benedictionem sollempnem, nisi adsit Antistes aliquis, aut Legatus, vel de eorum tunc consensus. Paulus III. Anno 1540. Sixtus V. Anno 1586.

25. Auditores Rotæ Rom. gaudent eodem privilegio. Clem. VII. Anno 1525.

26. Et Prothonotarii participantes.

Vide *Prothonotarii, num.* 2. 4.

Vide *Cap. Sede vac. num.* 50.

Patriarcha, num. 9.

A D D I T I O.

1. Episcopus in festis non sollempnioribus, & in ferialibus non debet æqualiter sedere cum Canonicis, sed eodem eminentius ascendere. Congr. Conc. 20. Julii 1620. Barbof. de *Canon. cap.* 21. & 36.

2. Non potest cantare Missam in Ecclesiis Regularium ipsis invitis. Cong. Episc. 6. Julii 1593.

3. Vicarius Apostolicus non potest functiones Episcopales facere. Cong. Rit. 15. Februar. 1614.

4. Episcopo delegato debentur ea, quæ Episcopo deleganti circa assistentiam Canonicorum, eadem 20. Febr. 1604.

5. At non tamen Diaconorum ad Sedem. Vide supra *Canon. munera erga Episcopum, n.* 27. & *ead.* 1. Sept. 1607.

6. Nisi sit antiqua hac de re consuetudo, *ead.* 7. Julii 1612.

7. Absente Episcopo pertinent functiones Episcopales ad primam Dignitatem, quæ residet, & ordine ad sequentes, si Primæ absint, *ead.* 19. Januar. 1608. 21. Mart. 1609. 30. Januar. 1610. 11. Nov. 1614.

8. Nisi ad alium pertineant ex immemorabili consuetudine, *ead.* 9. Maji 1609.

9. Non tenetur prima Dignitas ex obligatione, sed ex sua voluntate, & devotione, *ead.* 9. Decemb. 1600.

10. Neque potest Episcopus eas alteri ad libitum delegare, *ead.* 20. Febr. 1601. 4. Apr. 1615. 9. Decemb. 1617.

11. Neque prima Dignitas potest sibi quem voluerit substituere, *ead.* 22. Jan. 1618.

12. Coadjutor dignitatis potest eas facere, quas coadjutus, *ead.* 14. Febr. 1615.

13. Episcopo Ordinationem celebranti extra propriam Ecclesiam tenentur assistere Canonici, dummodo in Cathedrali remaneat sufficiens Canonicorum numerus, *ead.* 7. Julii 1621.

14. Eidem exercenti Pontificalia, seu Pontificaliter concionanti, etiam extra Cathedrali, in Civitate tamen, & non in Diœcesi, tenentur Canonici assistere, & inservire, qui solent in Cathedrali. Dec. refert. *Galerr. Marg. cas. cons. V. Can. pen.*

15. Non convenit assistentia Canonicorum Collegiata, *ead.*

Congr. Rit. 1. Julii 1601. 20. April. 1620. 15. Junii 1618.

16. Neque convenit assistentia simplicium presbyterorum, neglectis Canonicis, *ead.* 2. Aug. 1613.

17. Ad Episcopum spectant sumptus pro suis paramentis Pontificalibus, & pro ornatu Altaris majoris; ad capitulum pro reliquis. Congr. Episc. in *una Mancer. Junii* 1583.

Gratiæ.

1. Pro Gratiâ, vel Justitia obtinenda in Curia prohibetur dare aliquid, vel promittere, sub poena excommunicationis latae sententiæ, reservata absolutione Papæ, Greg. XIII. Anno 1573.

2. Ampliatur etiam respectu quorumvis tribunalium, etiam laicalium, in toto statu Ecclesiastico, sub eadem poena, & aliis. Clem. VIII. apud Naldum. *Gratiæ n.* 13. & *habetur in Bulla de Bono regimine S.* 22. 15. Aug. 1592.

3. Falso obtentæ in criminosis summarie recognoscantur ab Episcopo, & rejiciantur. Trident. *sess.* 13. *cap.* 5.

Græcorum jura.

1. Græci degentes in locis Latinis; & eorum Ecclesiæ, & pia loca subjecta sunt Episcoporum Latinorum Visitationi, & omnimodæ jurisdictioni, servatis eorum approbatis ritibus. Pius IV. Anno 1594.

2. Ne Græci Latino more Missas, & divina Officia celebrent, nec Latini e contra sub poena suspensionis perpetuæ a Divinis. Pius V. Anno 1566.

3. Ritus quoque proprii circa Sacramenta servantur, ex Clem. VIII. Decreto apud Quar. in *Samm. Bullar.*

4. Fidei professio fiat a Græcis juxta formam datam a Greg. XIII. apud Qu. *ibid.*

5. Mulieres Latinæ datæ Græcis in Matrimonium ne permittantur vivere ritu Græcorum. Congr. Episc. 20. Febr. 1590. V. *precedentia, n.* 15.

Hæretici.

1. In locis Italiæ, & insularum adjacentium nullus Hæreticus quovis prætextu domicilium contrahere, habitare, aut morari possit. Greg. XV. An. 1622.

2. Neque cuiquam liceat Hæreticos receptare, opem ferre, favorem, &c. idem *ibid.*

2. Et contra prædictos procedatur juxta formam juris, & puniantur, idem *ibid.*

4. Itali quicumque ne audeant habitare in loco Hæreticorum, in quo non est aliqua Ecclesia cum Sacerdote catholico. Clem. VIII. An. 1596.

5. Abstineant item a Matrimonio cum Hæreticis mulieribus, Hæreticorum sepulturis, & mutuo compatrum Officio in Baptismo non legitimo, neque eorum medicis utantur, nisi ex inopia Catholici, idem *ibid.*

6. Antequam eant ad eos, id significant Ordinariis, quibus singulis annis transmittant testimonium de Confessione, & Communionem facta, *ibid.*

7. Alias procedi potest contra eos, ut de hæresi suspectos, *ibidem.*

8. Nemo mittatur ad Hæreticorum loca, etiam causa mercaturæ, nisi agant annum vigesimum quintum. Prov. 6.

9. Neque eant sine licentia Deputati ab Episcopo, & cum redeunt, ferant testimonium ab Episcopo, seu Parocho Catholico, quod ibi Catholice vixerint. Prov. 3.

10. Qui prope Hæreticorum loca habitant, ea conditione concedatur accessus, ne die Festo illic opus servile faciant, immo redeant die Festo. Prov. 6.

11. Nullo modo liceat alicui sua bona vendere, ut illic constituent domicilium, *ibid.*

12. Suspectus est de hæresi, qui obdurato animo censuris annexus in illis per annum inforduerit. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *de ref.*

13. Bis in Anno initio Adventus, & Quadrag. moneantur populi a Parochis, ut revelent suspectos de hæresi. Prov. 2.

14. Si odii, gratiæ, vel amoris, lucri, vel commodi temporalis obtentu contra justitiam, & conscientiam omiserit Episcopus procedere contra quemcumque super hæresi, suspenditur per triennium ab Officio. Barbof. *alleg.* 111. *num.* 30.

15. Non potest Episcopus absolvere Hæreticum, licet Concil. Trid. concedat ei facultatem ob Bullam Coenæ. Decisum referunt DD. apud Barb. *alleg.* 40. *num.* 23. 24.

16. Data in Jubilæis facultate absolvendi a casibus in Bulla Coenæ, reservatur tamen crimen Hæresis. DD. citati a Barbof. *alleg.* 1. *num.* 178.

17. Non potest Episcopus dispensare in irregularitate, quæ provenit ex hæresi, per *cap. liceat.* Riccius de *jure pers. l.* 5. *cap.* 16. *num.* 6. *contra Sanchez, & alios.*

18. Et longe minus quoad usum Sacerdotis in Altaris ministerio. Idem *ibid.* *num.* 8. V. *Excommunicatio, num.* 43. *Irregularitas, num.* 36. 60. 64. 65. 66. *Libri prohibiti, num.* 8. 9. 28. 29. *Regularium jura sub Episcopis, num.* 63. *Vicarius Capitularis, num.* 1.

Hebdomada major.

1. **A**D legendam Passionem in Missa privata non extinguuntur luminaria in Altari. Paul. Comit. *in resp. mor. lib. 1. quest. 49.*
 2. in pulsatione, quæ fit in fine Matutini tenebrarum, arceatur indecorus tumultus. Prov. 1.
 3. Is in fine tantum, semelque fiat. Prov. 4.
 4. In Feria v. communio Cleri fiat in Missa sollempni. Congreg. Rit. 27. Sept. 1608.
 5. In hac Feria, & sequenti, Processio cum Hostia in Calice reservata non fit extra Ecclesiam. Cong. Episc. 6. Aug. 1591.
 6. Locus pro reponenda Hostia pareatur, non cum pannis nigris. Gavant. *in Thes. Sac. Rit. tom. 1. part. 4. tit. 8. n. 9.*
 7. Hostia reposita videri non debet, sed in Calice, & Arca servari. Prov. 4.
 8. Clavis Arcæ non debet dari laico, quamvis nobili. Congr. Rit. 30. Jan. 1610.
 9. In Parasceve si incidat festum Annunciationis B. V. non tenentur fideles audire Missam, eadem 19. Feb. 1612.
 10. Neque in eo die fiat communio, nisi infirmorum, eadem *ibid.*
 11. Adoratio Crucis ne fiat alibi eo die ante statam horam in Cathedrali. Prov. 5.
 12. Nec in Diocesi ante horam Ecclesiæ Matricis, *ibid.*
 13. Fiat hæc adoratio cum corporis prostratione, *ibid.*
 14. In Parasceve non potest fieri nocte Processio cum Eucharistia. Cong. Episcop. 22. Martii 1596.
 15. Sabbato Sancto non sunt pulsandæ Campanæ a quocumque ante Cathedrali, seu Matricem Ecclesiam. Conc. Lat. *sess. 11.*
 16. Matrix in Diocesi est Parochialis Ecclesia. Cong. Rit. 9. Febr. 1608.
- V. Baptismus, num. 37. 38.*
Confraternitates, num. 26.
Missa Ritus, num. 27.
Oratio Publica, num. 20.

Hebræi.

1. **H**Ebræorum sit una tantum Synagoga, neque vicina nostris Ecclesiis. Paul. IV. Anno 1555. Pius V. 1597. Prov. 5.
 2. Novæ Synagogæ prohibentur ædificari, & dirutæ renovari: ruinosa tamen possunt refarciri. Sylv. *V. Judæi q. 4. ad 5.*
 3. Bona immobilia possidere non possunt. Paulus IV. & Pius V. *sup.*
 4. Portent habitum, & signum distinctivum. Sylv. *loc. cit. quest. 4.*
 5. Non prodeant in publicum in triduo majoris Hebdomadæ. Idem *ibid. ad 6.*
 6. In Parasceve ostia claudant, & fenestras, *ibid.*
 7. Ne circumcidant alienum, *ibid.*
 8. Ne ducant Christianam in uxorem, *ibid.*
 9. Ne impugnent dogmatæ perverso fidem Catholicam, *ibid. ad 14.*
 10. Ne habeant Officia publica, neque Dignitates, *ibid.*
 11. Neque commercium, quod possit esse gravamini Christianis, *ibid.*
 12. Ne recipiantur uti testes contra Christianos, *ibid.*
 13. Cogantur ad restituendas usuras supra id, quod eis tolleratur, per judicem Ecclesiasticum, si laici negligant, *ibid.*
 14. Cogantur, ne exigant usuras, *ibid.*
 15. Cogantur ad solvendas decimas prædiales, *ibid.*
 16. In libris rationum scribant Italice, sub poena nullitatis, seu lingua communi loci. Paul. IV. *ubi supra.*
 17. Sola arte strazzariæ, seu cienciaræ utantur. Idem *ibid.*
 18. Et menses in eorum computis sint triginta dierum completorum. Idem *ibid.*
 19. Pignora non possunt vendi a Judæis, nisi post 18. menses integros. Idem *ibid.*
 20. Non habitent in ædibus vicinis Ecclesiæ. Prov. 1.
 21. In festis nostris ne quidquam servile publice agant, Prov. 5.
 22. Ne permittantur accedere ad Monasteria Monialium. Congreg. Episc. 28. Novembris 1594.
 23. Non debent cogi ad fidem nostram. Sylv. *supra q. 6.*
 24. Neque impediri in suis Cæremoniis, modo non fiant in opprobrium Fidei, *ibid.*
 25. Neque in Sabbatis trahi ad iudicium, *ibid.*
 26. Nec effodi, aut violari eorum Sepulchra, *ibid.*
 27. Neque spoliari bonis injuste quæsitis, si convertantur, neque debita successione in bonis suorum, *ibid.*
 28. Habentur Concio ad eosdem, qui iussi convenient, Prov. 1.
- V. Concio Sacra, num. 59. 60.*
 29. Promulgetur aliquando Constit. Gregor. XIII. Anno 1581. contra blasphemias eorum. Prov. 6.
 30. Si deliquerint in prædictis fortiuntur forum Ecclesiasticum, *cap. Postulasti, de jud. Vide Abb. in Clem. 1. num. 2. de res. & Sylv. loco citato, q. 5. secundum.*
Gavant. Tom. III.

31. Nostri vero ad Synagogas eorum non eant, neque ad convivia, nuptias, choreasve. Prov. 1.
 32. Nec iisdem famulentur assidue. Sylv. *loc. cit. q. 1.*
 33. Si operas locant, cum iis non comedant. Prov. 1.
 34. Nec azyma eorum manducant. Sylv. *loco cit.*
 35. Neque mulieres nostræ sint nutrices infantum in domibus eorum. Sylv. *ibid. quest. 2.*
 36. Neque potest Episcopus in hoc dispensare. Idem *ibid.*
 37. Extra eorum domum, possunt de licentia Ordinarii. Prov. 1.
 38. Neque juvent Hebræas ornandas, *ibid.*
 39. In diebus festis cum iis non contrahatur, *ibid.*
 40. Ne agri, bonave Ecclesiastica iis locentur, neque Sacra Suppellex pignore detur, *ibid.*
 41. Eorum opera ne matrimonia tractentur, *ibid.*
 42. Neque ii, uti medici, vocentur, *ib. V. Medicus, n. 7.*
 43. Nec in balneo cum iis se lavent. Sylv. *loco cit.*
 44. Nihil in testamento iis relinquatur. Idem *ibid.*
 45. Participantes Clerici cum Judæis privandi sunt Officio, & Beneficio. Sylv. *q. 5.*
 46. Laici vero excommunicandi, *ibid.*
 47. Servus Judæi si sit Christianus, est liber. Idem *ibid.*
 48. Cathecumeni ne baptizentur, nisi prius instructi. Pr. 1. Post octo menses, *cap. Judæi, de cons. dist. 4.*
 49. Non tenetur Episcopus, neque Parochus alimenta dare Cathecumenis. Navarr. *cons. 1. de Bapt. n. 2. par. 1. l. 3. ead. 2.*
 50. Si moriantur Cathecumeni, non tradantur Ecclesiasticæ Sepulturæ, neque cum Psalmis, eorum cadavera ducantur. Ricciol. *de jure person. lib. 3. cap. 4. num. 35.*
 51. Neque pro iis Missæ fiant. Idem *cap. 5. num. 3.*
 52. Baptizati saltem per annum curæ alicujus probi viri committantur. Prov. 1.
 53. Neque hi inter se multam consuetudinem habeant, neque ulla in re mosaicos ritus retineant. Paul. III.
 54. Circa bona eorum, dotemque foeminarum servetur Constit. Pauli III. Anno 1542.
 55. Gaudeant privilegiis, libertatibus, ac immunitatibus civium loci, in quo Baptizantur. Idem *ibid.*
 56. Male partæ incertæ restitutionis in pium usum iisdem Baptizatis conceduntur. Idem *ibid.*
 57. Redeuntes ad Judaismum puniantur, ut hæretici, post monitionem Canonicam. Idem *ibid.*
- V. Libri prohibiti, num. 6. 7.*

Hermaphroditus

1. **E**st irregularis. Nav. *in Man. cap. 27. num. 203. Tolet.*
2. A Papa dispensandus. Idem.
3. Is, in quo prævalet sexus virilis, potest deinde Ordinari. Idem.

Horæ Canonica.

1. **N**on est relinquendum Officium Breviarii pro Officio devotionis. Congregat. Rit. 29. Novemb. 1603.
2. Episcopus Regularis debet recitare Officium juxta ritum suæ Diocesis, non Regulæ, eadem 11. Junii 1515.
3. Cappellani Episcopi conformet se illi, eadem *ibid.*
4. Qui est de gremio Ecclesiæ alicujus, debet recitare Officium, quod in Choro dicitur, licet alibi moretur, eadem 8. Septembris 1602.
5. Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiæ, non tamen obligati Choro, non tenentur recitare Officia, quæ in Choro propria dicuntur, eadem *ibid.*
6. Non potest Episcopus addere Officia Sanctorum, nisi juxta Rubricas Breviarii, vel de licentia Sedis Apostolicæ, eadem 8. Aprilis.
7. Neque potest extendere Officium concessum Civitati ad Diocesim, eadem 18. Januarii 1607.
8. Non potest fieri Officium de facto, eo quod in loco sit ejus nomine Ecclesia, vel reliqua, nisi in proprio titulo Ecclesiæ, & ubi est Reliquia, ead. 8. April. 1628.
9. Conceditur Officium duplex pro Reliquia insigni, & approbata, eadem 3. Junii 1617.
10. Reliquia insignis est Corpus, Caput, Brachium, Crus, & ea pars, in qua passus est Martyr, integra, eadem 8. Aprilis 1628.
11. Prædicta sub poena nullitatis Officii, *ibid.*
12. Festum Rosarii celebrari debet ubique, ubi est Altare Rosarii, sub ritu duplici majoris, in Domin. 1. Octobris Gregor. XIII. Anno 1573.
13. Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis habet Octavam in Civitate tantum, & celebratur Festum in tota Diocesi. Congr. Rit. 2. Maji 1619.
14. De Sancto Canonizato non potest fieri Officium sine novo Decreto Congregationis Rituum, extra propriam Ecclesiam, ead. 9. Decemb. 1628.
11. Officium, & Missa B. Rocchi conceditur tantum in Ecclesiis ejus Nomini dicatis, ead. 26. Novemb. 1629.
16. Moniales ne dicant in Confiteor, ad Primam, & Completorium, Tibi, mater, Vobis sorores, sed ut in Breviario, eadem 18. Aug. 1629.
17. Officium parvum B. Virg. debet dici in Choro, etiam

in Dominicis, si aderat consuetudo, eadem 1. Septembris 1607.

18. Et tempore Paschali non additur Alleluja Antiphonis, nec aliis, eadem 28. Martii 1626.

19. Vesperæ Defunctorum pro prima die mensis dicuntur post Vesperas etiam Dominicæ, si accidat hæc ante primam diem, eadem 23. Maji 1603.

20. Matutinum Defunctorum in die Commemorationis omnium Defunctorum recitandum est mane, nisi Episcopus sit celebraturus die sequenti sollempnem Missam, eadem 1. Septembris 1607. & Cærem. Episcop. lib. 2. cap. 10.

21. Kalendarium quotannis edatur ab eo, quem Episcopus elegerit. Prov. 4.

22. Recognoscatur a peritioribus, *ibid.*

23. Notentur in eo dies Coronationis Papæ, & Consecrationis Episcopi, ut saltem Collectæ dicantur in Missa. Provinc. 3. q. 6.

24. Beneficiati, qui eas omittunt sine justa causa, non faciunt fructus suos respondentibus diebus illis, in quibus omiserint. Pius V. Anno 1571.

25. Qui Matutinum omittit, dimidiam partem fructuum diei amittit: qui reliquis Horas dimidiam, *ibid.*

26. Qui Horarum singulas, sextam partem fructuum, *ib.*

27. Qui primo semetipsum omittit, peccat graviter, sed fructus facit suos, *ibid.*

28. Præstimonia, portiones præstimoniales, & quæcumque alia Beneficia cum prædictis conveniunt, *ibid.*

29. Qui pensionem habet, eodem modo obligatur pro rata in Horis Beatæ Virginis, *ibid.*

V. Altare, n. 30. Beatorum cultus, num. 22. & seqq. Ecclesiæ reconciliatio, num. 13. Interdictum, num. 10. & seqq. Regularium jura sub Episcopis, num. 27. 28. Reliquia Sanctorum, num. 45.

A D D I T I O.

1. Commemoratio S. Mariæ debet cum Oratione fieri in Officio occurrenti in Ecclesiis ejusdem Nomini dicatis, etiam si Officium parvum ejusdem recitatum fuerit, cum ibi sit Titularis. Congr. Rit. 19. Jan. 1604.

2. Officium S. Franciscæ Romanæ in Urbe Roma est ad libitum, ritu semiduplici, end. 13. Martii 1632.

Hospitale

1. Noviter fundatum sine auctoritate Episcopi non subditur Episcopo. DD. apud Barbof. alleg. 75. n. 3.

2. Si locus ab antiquo sit in forma Ecclesiæ, ubi Sacerdotes celebrant, præsumitur auctoritate Episcopi fundatum. DD. *ibid.* num. 5.

3. In dubio, præsumitur Episcopo subjectum. Sylv. Hospitale quest. 11. Quintum.

4. Potest Episcopus visitare quodcumque, nisi sit sub Regum immediata protectione. Trid. sess. 22. cap. 8. & sess. 7. cap. 15. & sess. 25. cap. 8.

5. In dubio, an sit sub immediata Regum protectione, cognitio causæ spectat ad Episcopum. Decisum refert Martha de jurif. par. 2. cap. 18. num. 8.

6. Uni, & eidem personæ administratione ultra triennium concedatur. Idem sess. 25. cap. 8.

7. Nisi aliter in fundatione reperitur, *ib.*

8. Si inutile reddatur, potest Episcopus cum duobus de Capitulo convertere redditus in alium pium usum, *ibid.*

9. In laicali videat Episcopus saltem, an omnia fiant juxta mentem Fundatoris. Barbofa loco cit. num. 7.

10. Procuracionem non debet Episcopo visitanti. Sylv. V. Hospitale, quest. 6. Quintum V. Seminarium Clericorum, num. 28. 29.

Jejunium.

1. Potest Episcopus Jejunium transferre in præcedentem diem, quando illud occurrit in Festo sollempni. Sylv. Jejunium, q. 7. V. Festi dies num. 15. 39. 40.

2. Item potest ex causa dispensare in Jejunio, & in bonum aliud compensare. Idem *ibidem.*

3. Item in Jejunio ex voto, *ibid.*

A D D I T I O.

Si Vigilia S. Mathiæ incidat in ultimam diem Bacchanalium, potest Episcopus transferre Jejunium in præcedens Sabbatum, ne vitietur Jejunium. Dian. 3. par. 11. 6. Miscellan. ref. 66.

Jesuiticæ.

1. Nulla est, & invalida ab ortu suo Congregatio mulierum Jesuiticarum, & quatenus opus est, supprimatur, & extinguitur. Urbanus VIII. Anno 1630. *

2. Neque tenentur ad observationem votorum ad instar sollempnium in ea emissorum, *ibid.*

3. Habitent extra collegia, domosque ubi habitaverunt; neque simul degant, neque simul conveniant ad aliquid spirituale, vel temporale tractandum; habitum deponant, ad eundem alias non admittant; neque amplius eum resumant; nec ulli earum ad hæc consilium, auxilium, favorem, directe, vel indirecte, aut quomodolibet præstent; neque pro religiosis, seu præsentæ Congregationis, ullo modo se gerant, *ibid.*

4. Sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ reservatæ summæ Pontifici, *ibid.*

5. Quæ vovere in quemcumque eventum voluerunt, cum eorum vota sint simplicia, Ordinariis subsint; cum usu, non dominio bonorum, & cum facultate dies disponendi ad usus pios, *ibid.*

6. Ab intestato succedant ii, qui non commisso voto, successuri fuissent, *ibid.*

7. Si nubere velint, conceditur, cum relaxatione omnium votorum de facto emissorum, *ib.* melius agent, si Moniales fiant, *ib.*

8. Amplissimis clausulis firmatur hæc Constitutio, *ibid.*

9. Ordinarii eam publicent, & contenta quæcumque executioni mandari curent, *ibid.*

10. Censuris, pœnis, & aliis remediis, & omni appellatione remota, *ibidem.*

Illegitimi

1. Excluduntur a successione quacumque bonorum. Pius V. Anno 1571.

2. Et a successione bonorum patrimonialium, Idem Anno 1572.

3. Potest Episcopus dispensare cum Illegitimo, ut obtineat Beneficium simplex sine cura. Sylv. V. Beneficium, 3. q. 7.

4. Non autem Personatum, vel Dignitatem sine cura. Idem *ibid.*

5. Potest ad Beneficium simplex, cui annexa est cura animarum, quando Ecclesia curata habet proprium Vicarium diversum ab Illegitimo. Idem *ibid.* q. 8.

6. Prædicta intellige, nisi aliud obstat Canonicum impedimentum, quam Illegitimitas, *ibid.* quest. 9.

7. Neque potest Episcopus dispensare cum Illegitimo, ut plura Beneficia retineat, *ibid.* q. 14.

8. Potest Episcopus dispensare ad dimidias portiones, seu Beneficia inferiora Cathedralis Ecclesiæ. DD. apud Barbof. alleg. 45. num. 23.

9. Item potest cum Illegitimis etiam ex damnato coitu ad minores ordines. Idem *ibid.* num. 19.

10. Item ad Canonicatus Collegiatæ Ecclesiæ, num. 22.

11. Non ad Dignitates, vel Personatus, num. 29.

12. Nec in iis, quæ requirunt Ordinem sacrum, num. 30.

13. Neque consequenter versus in Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralibus, num. 31. Contrarium docent alii, *ibid.* minus vere, ex jure novo. Concil. Trident.

14. Neque ad pensiones. Gigas, quest. 17.

15. Illegitimus dispensatus a Papa ad Sacros Ordines non censetur dispensatus ad Beneficium curatum. Sylv. loc. cit. q. 10.

16. Dispensatus super certo Beneficio non potest obtinere aliud, si fuit in culpa, ut non habuerit illud, *ibid.* q. 11.

17. Si non fuit in culpa, aut dispensatio fuit super incerto Beneficio, poterit aliud obtinere, *ibid.*

18. Dispensatus ad Beneficium curatum, non potest obtinere Dignitatem, *ibid.* q. 12.

19. Dispensatus a Papa ad Beneficium curatum potest promoveri ad Beneficium, cui præficiendus est aliquis per electionem, *ibid.* quest. 16.

20. Dispensatus in ordine, & Beneficio, & promotus non potest impetrare dispensationem super pluralitate, non facta mentione Illegitimitatis. Idem *ibid.* q. 13.

21. Legitimus a Principe non ideo est legitimatus quantum ad Ecclesiam. Sà Filius, num. 11.

V. Cap. Sede vac. num. 43. & seqq.

Familiaris Episcopi, num. 14.

Imagines sacræ.

1. Omnis tollatur abusus, supersticio, turpis quæstus, omnis lascivia a Sacro Imaginum usu. Trid. sess. 25. de Sac. Imag.

2. Nihil inordinatum, præposterum, profanum, inhonestum appareat, *ibid.*

3. Nulla insolita Imago ponatur in Ecclesia, non prius approbata ab Episcopo, *ibid.*

4. Non patiantur Episcopi, causa a se non cognita, & scripto probata, imaginem extra morem ornari, Altareve ibi erigi, vota appendi, aut novi quidquam fieri. Prov. 4.

5. Neque pingantur historiæ non probatæ, Prov. 1.

6. Neque de industria in Imaginibus Sanctorum effigies hominum viventium, vel mortuorum, *ibid.*

7. Neque admittantur effigies jumentorum, quæ ad Sacram non attinent Historiam. Prov. 4.

8. Corona Christi Domini a Coronis Sanctorum distinguatur, addita figura Crucis. Prov. 1.

9. Neque detur corona, nisi Canonizatis, *ibid.*
 10. Imago Crucis ne humi ponatur, sub poena gravissima, citat. Can. Sylv. V. *Imagines*, §. 4.
 11. Neque Sacra imago exponatur humi, neque sub fenestra, unde a pluvia deformari queat, neque ubi clavi figendi, neque in loco sordido. Prov. 4.
 12. Crucis imago lapidea, vel lignea erigatur, ubi trivia sunt frequentiora. Prov. 3.
 13. Cruces, & Sanctorum Imagines pro Ecclesiarum usu statis precibus benedicantur. Prov. 4.
 14. Oratoria in viis cum imaginibus tegantur a superiori parte, ne corruant, *ibid.*
 15. Et ea certis congruis locis ædificentur.
 16. Aulæa intexta turpibus imaginibus ne adhibeantur in Ecclesia, neque imagines Ethnicorum. Prov. 2.
 17. In cubiculis omnibus curetur Imago sacra. Prov. 4.
 18. Imagines turpes, & obscenæ etiam a laicorum domibus abjiciantur. Prov. 3.
 19. Quæ picta sunt indecore, vel deleantur, vel corrigantur. Prov. 1.
 20. Quæ pene delata sunt, renoventur, aut deleantur, & comburantur, cineribus in pavimento fossis collocatis. Prov. 4.
 21. Puniantur pictores, & ii, quorum jussu in hoc genere peccatur, etiam poena interdicti, *ibid.*
 22. Rectores Ecclesiarum, qui permiserint, etiam poena excommunicationis afficiantur, *ibid.*
 23. Ne imagines cereæ, quæ voti causa offeruntur, venditari ullo modo possint, *ibid.*
- V. *Processio*, num. 50. 51. 52.

Immunitas Ecclesiastica.

1. **E**cclesia, etiam non consecrata, auctoritate Episcopi fundata, gaudet immunitate. Sylv. *Immunitas*, quæst. 1.
 2. Etiam interdicta, & item Cæmeterium, *ibid.*
 3. Item Hospitale, & privata Oratoria (non tamen intra domos laicorum) auctoritate Episcopi fundata, *ibid.*
 4. Item Palatium Episcopi etiam non sit Ecclesiæ conjunctum. Idem *ibid.* 3. q. 1.
 5. Item spatium 40. passuum, quoad Matricem Ecclesiam, 30. quoad minores Ecclesias, *ibid.*
 6. Item Monasteria Regularium, *ibid.*
 7. Item Corpus Christi si in via gestetur, & ad aliud quis confugiat, *ibid.* non autem si quis illud recipit in carcere, *ib.*
 8. Cappellæ privatæ Palatiorum non gaudet immunitate. Congreg. Episcop. 17. Novembris 1617.
 9. Gaudet immunitate confugientes ad Ecclesiam Judæi, Pagani, Excommunicati. Sylv. *loc. cit. quæst.* 3.
 10. Non gaudet Clerici, & Religiosi, idem *ibid.* sed gaudere declaravit Congr. Episcop. 24. Januarii 1617.
 11. Conceditur immunitas gestantibus arma prohibita in Ecclesiis, eadem 30. Septembris 1616.
 12. Et inferentibus sfrigia in Ecclesiis, eadem 16. Novemb. 1618.
 13. Existens extra Cæmeterium, vel Ecclesiam, & trahens violenter eum, qui est intra, vel partem vestis exterius existentem, violat immunitatem. Sylv. *loc. cit. q. 9. primum.*
 14. Contra violatores innovantur Canones, & Concilia Generalia, & Apostolicæ Sanctiones. Trid. *sess. 25. cap. 20.*
 15. Debent enim excommunicari, pecunia multari, publica poenitentia affligi, nec restitui communioni, nisi restituant extractum. Sylv. q. 8.
 16. De delictis in Ecclesia commissis moneatur statim Episcopus, etiam si committantur in Ecclesia Regularium. Pr. 6.
 17. Exule recurrente ad Ecclesiam, aut alio criminoso, consulatur Episcopus, vel statim moneatur, si veniant illi de repente. Prov. 1.
 18. Magistratus sæcularis non potest dare hospitium militibus in domibus Ecclesiarum, etiam locatis laicis, & indirecte tendit in præjudicium Ecclesiæ. Congr. Episc. 9. Junii 1617.
 19. In crimine hæresis, & in delictis Ecclesiasticorum ne se intromittat Curia sæcularis sub poenis alias inflictis. Gregor. XIV. Anno 1591.
 20. Publici latrones, viarumque grassatores, depopulatores agrorum, qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesiis, seu Cæmeteriis committunt, non gaudet Immunitate Eccl. Idem *ibid.*
 21. Neque proditores homicidæ, aut assassini, vel hæresis, seu læsæ Majestatis in personam Principis rei, *ibid.*
 22. Traduntur hi Curie sæculari, si requisiti sint Ordinarii, *ibid.*
 23. Nec extrahantur a locis sacris sine expressa licentia Episcopi, & si locus est exemptus, viciniore Episcopi, *ibid.*
 24. Si recuset Episcopi tradere prædictos, tunc minori tumultu, qui fieri potest, extrahantur, *ibid.*
 25. Et ad carceres Ecclesiasticos ducantur, donec ab Episcopo cognoscatur; an ipsi rei prædicta delicta commiserint, *ib.*
- V. *Casus reservati*, num. 3.
Clericus, num. 78. 79. 81. 89.
Fori Privilegium, num. 27. 28.

A D D I T I O.

1. Spatium 30. seu 40. passuum circa Ecclesiam de consuetudine non servari docet *Far. in praxi crim. quæst.* 28. & de *Immun. Eccl.* n. 294.
2. Fallit Immunitas hæc in Ecclesiis, quæ sunt intra ambitum Castellorum ob angustiam loci. *Barbosa de jure Eccl.* l. 2. cap. 3. n. 42.
3. Domus Clericorum existentium intra dictos passus Ecclesiæ, cui serviunt, gaudet immunitate. *DD. cum Barb. ibidem* n. 39.
4. Immo, & laicorum infervientium vicinæ Ecclesiæ, *ib.*
5. Passus quilibet habet quinque pedes, & pes 15. digitos, *ib. n. 40. 41.*
6. Ecclesiæ capanna intra 30. passus, quæ tantum infervit pro servitio Ecclesiæ, gaudet Immunitate. *Congreg. Immunit. mensis Decemb. 1632.*
7. Gaudet confugiens, & se immiscens inter eos, qui associant venerabilem Eucharistiam, licet non tangat Sacerdotem, neque hastam Baldachini. *DD. cum Barb. loco cit. n. 69.*
8. Gaudet furtum committens in Ecclesia de re Ecclesiæ, etiam Pixide, *ibid. num.* 123.
9. Non gaudet mater occidens filium infantem. *Cong. Conc. 3. Decembr. 1632.*
10. Neque, qui alium occidit veneno, *ead. ibid.*
11. Contravenientes Constit. Greg. XIV. ex multorum *DD.* sententia possunt absolvi ab Episcopo. *Dia. p. 1. tr. 1. ref.* 41.

Indulgentiæ.

1. **P**otest Episcopus nondum consecratus, etiam si non sit Sacerdos, largiri Indulgentias. *DD. apud Barbos. alleg.* 88. num. 7.
 2. Et demandare facultatem eas concedendi Clerico, nedum Vicario, *ibid. num.* 10.
 3. Subditis tantum suis, & externis in sua jurisdictione morantibus, *ibid. num.* 23.
 4. Archiepiscopus etiam per totam Provinciam. Sylv. V. *Indulgentia*, quæst. 5. *Quartum.*
 5. Potest Episcopus concedere Exemptis etiam, & Religiosis. *Barb. loco cit. num.* 27.
 6. Et sibi ipsi, *num.* 28.
 7. Potest etiam concedere subditis suis, ut ab alieno Episcopo recipiant Indulgentias, *num.* 25.
 8. Mortuis dare non potest, *num.* 24.
 9. Episcopo inferior dare non potest, *n. 17.*
 10. Potest Episcopus dare Indulgentiam 40. dierum, non ultra, *num.* 14.
 11. In Dedicacione Ecclesiæ dare potest Indulgentiam unius tantum anni, & in anniversario ejusdem 40. tantum dierum, *ibidem.*
- V. *Ecclesia Consecratio*, num. 11.
12. Si Dedicetur a pluribus, non ultra annum, nec ultra 40. dies potest dari. Sylv. *loc. cit. q. 5. Secundum.*
 13. Si detur annus ab Archiepiscopo, & annus a proprio Episcopo, subditi Episcopo biennium habebunt, Comprovinciales unum annum ab Archiepiscopo. Sylv. *ib. Sextum.*
 14. Si Episcopus dat 40. dies, & Successor ejusdem ob eandem causam 40. dies, utraque non valet. Idem *ibid.*
 15. Durant perpetuo prædictæ Indulgentiæ, *ib. Septimum.*
 16. An Capitulum Sede vacante dare possit Indulgentias, Affirmant Sylv. & alii: Negant Henriquez & alii apud *Barbos. loco cit. n. 21. Vide supra Caput Sede vacante, n. 49.*
 17. Clausula ia Indulgentiis Papalibus: *Dummodo alias non concesserimus*, intelligitur de alia simili expressa in eadem concessione. *Nal. V. Clausula Dummodo.*
 18. Quæstus omnis pro his consequendis prohibetur. Trid. *sess. 25. de Indulgent.*
 19. Revocatæ sunt omnes eæ, quæ continent quæstus, & manus adjunctices. Pius V. Anno 1566.
 20. Quæcumque Indulgentiæ publicentur ab Episcopo, adhibitis duobus de Capitulo. Trid. *sess. 21. cap. 9.*
 21. Litteræ Indulgentiarum ne affigantur arculis eleemosynarum, sed apud Altare collocentur apertæ. Prov. 5.
 22. Et capsula eleemosynarum, si ab Episcopo concedatur, remota sit ab Altari, *ibid.*
 23. Eleemosynæ dentur Ecclesiæ, locove, cujus causa concessæ sunt. Prov. 4.
 24. Si colligantur hoc titulo eleemosynæ, eligantur personæ spectata fide; & collectæ, de Episcopi consensu, & scientia expendantur in utilitatem earum Ecclesiarum sub poena suspensionis ipso facto Ecclesiasticis; laicis autem suppressionis scholarum, privationis habitus, & aliis arbitrio Episc. Prov. 7.
 25. Ecclesiis Regularium alias concessæ Indulgentiæ non fuerunt sublatae per revocationem earum, quæ concessæ fuerunt personis ipsis Regularibus ante Paulum V. *Congreg. Episcop. 21. Aug. 1645.*
 26. Quæcumque habentur, etiam in Ecclesiis exemptis, referantur in librum in Archivio asserendum. Prov. 4.
 27. Earumdem Tabellæ in propriis Ecclesiis habeantur, *ibid. V. Archiepiscopus n. 49. Coadjutor Episcopi, n. 14. Concilium Provinciale num. 113. 114. Doctrina Christiana n. 14.*

Encharistia num. 52. Quæstores, n. 4. 6. Regularium iura sub Episcopis n. 40.

A D D I T I O.

Falsæ sunt, quæ sequuntur ex Decreto Romæ impresso 23. Junii 1635. a S. Rom. Inquisit.

1. Quæ afferuntur concessæ a Pio V. Principi Senatum.
2. Item a Pio V. Magno Duci Etruriæ, & confirmatæ a Clemente VIII.
3. Item a Clemente VIII. Ecclesiæ S. Mariæ Montisferrati.
4. Item Indulgentia Plenaria pro Defunctis a Clemente VIII. *Matrici 20. Junii 1606.*
5. Item Indulgentiæ fundatæ super revelationem B. Jo: de Cruce piaculari grano, quod dicitur tetigisse unum ex tribus, quæ sunt apud Papam, Regem Hispaniarum, & Generalem Minorum de observantia.
6. Item Indulgentia, quæ dicitur concessa a Jo: XXII. illis, qui osculantur plantam pedis B. V. prælo datam.
7. Item eæ, quæ a Papa Adriano VI. dicuntur concessæ gravis benedictis ad instantiam Car. Lanchinaves Trigermani Brabantini, impressæ Panorm. An. 1611.
8. Anno Jubilæi non suspenduntur Indulgentiæ plenariæ concessæ pro articulo mortis. *Alph. Leo. tr. de Jubil. qu. 6. num. 242.*
9. Neque suspenduntur Indulgentiæ pro Defunctis, neque Altaria privilegiata. *Idem ibid. n. 246. 248.*
10. Qui ex Privilegio habet usum mitræ, non tamen potest dare Indulgentias. *Congr. Rit. 4. Mart. 1606.*
11. In Ecclesia, in qua exposita est Indulgentia Plenaria, non datur ab Episcopo Indulgentia ab eo dari solita, Cærem. Ambrosianum.

Inquisitionis Sanctæ Officium.

1. **C**onstituatur Episcopus Congregationem Theologorum, & Juristarum una cum Inquisitore. *Prov. 5.*
 2. Secretum, silentiumque indicatur iisdem, dato juramento, ut neque nutu significant, proposita latæ sententiæ excommunicatione, *ibid.*
 3. Notarii idem præstent juramentum de secreto; custodes carceris, & alii ministri, *ibid.*
 4. Causarum acta, nec aliud quidquam ad causas attinens, typis edatur, *ibid.*
 5. Procurator, Advocatusque dari debet, qui fidei Professionem emisit, & qui omni labe caruerit, suspitione hæresis, *ibid. V. Fidei Professio n. 27.*
 6. Detur facultas in scriptis, & cum juramento de legitima tantum defensione facienda, *ibid.*
 7. Qui Inquisitorem, Advocatum, aliosve Ministros Sancti Officii, aut denunciatores, accusatores, aut testes in causa fide perterrefecerit, occiderit, verberarit, dejecerit, eo ipso est excommunicatus, reservata absolutione Papæ. *Pius V. Const. 83. Anno 1596.*
 8. Item ille qui ejusdem Sancti Officii ædes, aut Ministrorum, aliaque res expugnaverit, invaserit, incenderit, aut libros, litteras, scripta combusserit, diripuerit, interverterit, asportarit, *idem ibid.*
 9. Item ille, qui ad hæc consilium, auxilium, favorem præstiterit, *ibid.*
 10. Et qui delinquentibus contra Officium S. Inquisitionis veniam petere, aut pro illis intercedere tentaverit, *ibidem.*
 11. Et qui carcerem, seu custodiam etiam privatam effugerit, vinculum extraxerit, seu emisit, capiendum prohibuerit, captumve eripuerit, receperit, occultaverit, seu facultatem fugiendi dederit, etiam si effectus non sequatur, *ibid.*
 12. Aliæ poenæ ibidem infliguntur gravissimæ, *ibid.*
 13. Promulganda est aliquando prædicta Constitutio Pii V. *Prov. 3.*
- V. Irregularitas n. 71. 72.*

A D D I T I O.

1. Episcopus terminare potest sine interventu Inquisitoris causas superstitionum, incantationum, veneficiorum, & blasphemiarum, nisi sapiant manifeste hæresim. *Congr. S. Offic. 2. Decembr. 1602. apud F. Leon. in Thes. Fori Eccl. sit. de sortileg.*
2. Omnes gratias in hoc genere expediuntur, *ead. 5. Junii 1601.*

Interdictum.

1. **P**otest Episcopus ponere Interdictum contra subditos suos; non debet tamen interdicere Clericos, aut eorum Ecclesiæ perpetuo, vel ad longum tempus, nisi de consensu Capituli. *Sylv. V. Interd. 3. quæst. 3.*
2. Propter delictum domini, vel Capituli, vel alicujus communitatis, *idem ibid. qu. 5.*
3. Et quando Officialia laici nolunt remittere Clericum ad Curiam Ecclesiasticam. *Aufrer. de pot. Jud. Eccles. supra lat. num. 8.*

4. Non pro debito pecuniario, nisi contraria adsit consuetudo, cui standum erit. *Sylv. loc. cit.*
5. Subjacet Interdicto ipso facto omnis locus, quo Ecclesiastici compelluntur ad solvenda pedagia, guidagia, vel alia, per se, aut per alium de rebus suis, quas non deferunt causa negotiandi. *Sylv. Interd. 4. quæst. 1. Tertio.*
6. Item Civitas, quæ committit aliquid in Episcopum suum, ut capiatur, percutiatur, banniatur, *ibid. Quinto.*
7. Item quando in aliquo loco detinetur Episcopus invitus, *ibid. Sexto.*
8. Item quando dominus loci impedit ne Legatus, aut Nuncius Papæ possit exequi Officium suum. *ibid. Septimo.*
9. Non potest Episcopus suspendere Interdictum pro festivitate, Missa nova, &c. Negant, affirmant DD. apud Barb. *alleg. 38. n. 5.*
10. Tempore Interdicti quotidie possunt Missæ, & Officia divina celebrari submissa voce, januis clausis, non pulsatis campanis; excommunicatis, & Interdictis exclusis, *idem Interd. quæst. 1.*
11. Non habet locum hæc moderatio in Interdicto populi, seu Universitatis, non expresso loco in sententia, *ibid.*
12. Neque in Ecclesia, vel Monasterio specialiter Interdictis, *ibid.*
13. In Festis Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumpt. B. V. & Corporis Christi, cum Octava, campanæ pulsantur, & januis apertis alta voce, divina celebrantur, Interdictis admittis; non tamen ii, quorum causa latum est Interdictum, appropinquant Altari, *idem ibid. qu. 2. Primum.* Non ait, Sacramenta ministrantur; quod bene nota,
14. Nimirum a primis Vesperis cujuslibet Festorum prædictorum usque ad Completorium festi, *idem ibid. Secundum.*
15. Potest Episcopus in prædictis Festis Altaria, & Virgines consecrare, vela benedicere, & imponere monialibus, calices, paramenta, aquam, Abbates, & hujusmodi, *ibid. Tertium.*
16. Item Sacerdos potest benedicere sponfam, aquam, candelas, olivas, nisi sit & ipse interdictus, *ibid.*
17. Intellige sponsæ benedictionem in Festo Assumptionis B. V. & Corporis Christi, non in aliis, *ibid.*
18. In aliis diebus hæc eadem possunt fieri, sed eo modo, quo diximus, *n. 10. idem ibid.*
19. Sepultura conceditur in prædictis Festis probabiliter, *ibidem.*
20. Sed probabiliter oppositum mihi videtur. *Ugol. c. 9. num. 1. fufe & optime.*
21. Extra prædictas moderationes prohibentur exercitia deputata certo Ordini Ecclesiastico, celebratio divinorum, administratio Sacramentorum, collatio Ordinum, Ecclesiastica sepultura cum Officio, pulsatio campanarum. *Sylvest. sup. qu. 3. adde aperitionem Januarum. ibid.*
22. Item Missa sicca prohibetur. *Idem ibid.*
23. Non suspenditur jurisdictio Prælati, etiam circa spiritualia, *ib.*
24. Episcopus per vias non debet benedicere populo Interdicti tempore. *Ugol. Tab. 5. cap. 8. §. 5. num. 4.*
25. Oratio privata in Ecclesia non prohibetur, etiam si orantes sint Interdicti, vel Interdicta Ecclesia. *Sylv. supra q. 5. Tertium.*
26. Prædicatio potest fieri, etiam pulsata campana, *ibid. Sextum.*
27. Pulsari potest campana pro Ave Maria, pro nota horarum diei, *ibid.*
28. Baptismus potest cum Catechismo ministrari, *ib. q. 7.*
29. Item poenitentia Sacramentum, etiam sanis ministrari potest, *ibid.*
30. Item Confirmationis, *ib.* & potest consequenter confici Chrisma cum modificatione suprascripta, *num. 10.*
31. Potest deferri Viaticum ad infirmos cum campanula, & lumine, *ib.*
32. Item dari damnatis ad mortem, *ib.*
33. Item & Clericis secreto intra Divina, *ib.*
34. Non aliis, licet admittis licite ad Divina, *ib.*
35. Prægnantibus dari potest Communio, si probabiliter imminet periculum mortis, *ib.*
36. Post partum non possunt introduci in Ecclesiam. *Ugol. de Interdicto, Tab. 5. cap. 8. initio.* Affirmat oppositum Navarr. *in Man. c. 27. n. 176.* sed sine Stola,
37. Matrimonium quoque conceditur sine benedictione nuptiali. *Sylv. supra q. 7. Negat Ugol. Tabula 5. cap. 7. §. 1. num. 1.*
38. Extrema Unctio prohibetur. *Sylvest. initio q. 7.*
39. Ordo commendationis animæ non prohibetur, *ibid. q. Sextum.*
40. Ordinum collatio non prohibetur Clero, si populus tantum est Interdictus. *Idem q. 7. except. 6.*
41. Sed extra locum Interdictum promoveri poterit, *ib.*
42. Si locus tantum sit Interdictus, neque ob delictum universitatis, laici, qui non sunt in culpa delicti, poterunt extra locum Ordinari, *ib.*
43. In loco Interdicto verius non possunt Ordines conferri, neque Clericis, neque laicis, *ib.*
44. Ecclesiastica sepultura denegatur laicis etiam si egerint poenitentiam, *ib. q. 8. Primum.*

45. Et sepeliri debent in loco non sacro, sine Officio Divino, *ibid. Tertium.*

46. Solutio interdicto transferri poterunt in Ecclesiam, vel Cæmeterium, *ibid. Primum.*

47. Et debent sollempniter. Sæ, *Interdictum, num. 22.*

48. Clericis non Interdictis, & Interdictum servantibus conceditur sepultura cum silentio, cum officio sine nota, cum moderatione supradicta, *num. 10. Sylv. q. 8. Quartum.*

49. Vel in Ecclesia propria, vel in alia, *ibid.*

50. Confratribus quoque idem conceditur, qui ex Privilegio Religiosorum, quorum sunt Confratres, admittuntur ad Divina; non tamen in Ecclesia Interdicta, *ibid.*

51. Etiam in Interdicta docet Panorm. *ibid.*

52. Privilegiati, ut admittantur ad Divina tempore Interdicti, excluduntur tamen si causa, vel concausa, fuerunt Interdicti. *Sylv. q. 5. Octavum.*

53. Privilegiatus ad perceptionem Sacramentorum, potest sepeliri in Ecclesia, *q. 8. Sextum.*

54. Negat prædicta, n. 50. & 53. *Ugol. loco cit. c. 9. S. 3. num. 2.*

55. Violantes Interdictum, nempe contra modificationes prædictas aliquid facientes, fiunt Irregulares. *Sylv. ib. q. 5. Primum, si compleatur actus celebrandi Divina.*

56. Possunt recipi mortuaria, & orari potest pro poenitentibus mortuis, alias minime. *Idem quest. 8. Septimum.*

57. Poenæ multæ violentiam Interdictum habentur apud Sylv.

V. Interdictum 6.

V. Proconotarii, n. 3. Regularium jura sub Episcopis, n. 43. Sepultura, num. 22.

Irregularitas.

1. Potest Episcopus in sua Diocesi dispensare cum suis subditis Irregularitatibus provenientes ex delictis occultis, excepto homicidio voluntario, aut delicto deducto ad forum contentiosum. *Trid. sess. 24. c. 6.*

2. In ea nempe Diocesi, in qua Concilium Tridentinum, saltem quoad aliqua, est receptum. Ita decisum refert Suarez *disp. 45. lecti. 2. num. 6.*

3. Non potest cum Regularibus se illi subjicientibus ob hanc dispensationem. *Bonacina de Irregul. disp. 7. quest. 5. punct. 1. propos. 2. num. 4.*

4. Potest cum subdito suo extra Diocesim existente extrajudicialiter. *Suar. loco cit. n. 10. Vide Censura, n. 7.*

5. Potest etiam si ipse Episcopus non existat in Diocesi, extrajudicialiter dispensare. *Bonac. loco cit. num. 5.*

6. Delictum occultum intelligitur formaliter occultum; licet actio materialiter fuerit notoria. *Idem 5. ibid.*

7. Deductum autem ad Forum contentiosum illud est, quod semiplene est probatum. *Idem ibid.*

8. Et eo magis illud, quod quis convictus, & condemnatus fuit. *Idem ibid. n. 7.*

9. In jubilæo non datur facultas dispensandi in Irregularitatibus, nisi fiat illius expressa mentio. *Nav. c. 27. n. 2. 50.*

10. Non potest Episcopus dispensare cum Neophyto. *Bonac. loco cit. quest. 2. punct. 1. propos. 3.*

11. Neophytus est ille, qui ex aliena lege nuper est adultus baptizatus. *Idem ibid. V. Ordo in genere, num. 15.*

12. Neque potest cum abstemio. *Nav. c. 27. n. 204.*

13. Neque in Irregularitate proveniente ex defectu, vel deformitate, vel infirmitate corporis. *Idem n. 200.*

14. Neque ex defectu occulto, ex licent. *Bonac. quest. 2. punct. 3. prop. 3.*

15. Ad Episcopum pertinet judicare, utrum defectus, vel deformitas corporis inducat Irregularitatem. *Idem ib. punct. 2. propos. 3.*

16. Etiam in Regularibus standum erit iudicio Episcopi in vitio corporis. *Barbosa alleg. 42. num. 60.*

17. Sed neque potest dispensare cum dæmoniaco, nisi, ut exerceat Ordines jam susceptos, si tamen spatiouius anni non vexetur. *Ugolin. de Irregul. c. 55. num. 2.*

18. Æthiops non videtur Irregularis. *Majol. de Irregular. lib. 1. c. 21. contra Ugol. c. 50. n. 4.*

19. Maleficiatus ad contrahendum Matrimonium inhabilis, non est Irregularis ad Ordines. *Sayr. lib. 6. c. 9. n. 14.*

20. Simulans se esse dæmoniaco, est Irregularis. *Idem ib. De Illegitimis. Vide supra Illegitimi.*

21. Non potest Episcopus dispensare in bigamia propria, & interpretativa. *Bonac. quest. 2. punct. 5. prop. 2.*

22. Neque ad primam Tonsuram. *Decisum refert Garz. de Benef. p. 7. cap. 6. num. 5.*

23. Nisi necessitas urgeat ob Ministrorum peturiam, & transitus ad Papam sit difficilis. *Barbosa alleg. 26. n. 25.*

24. Potest in similitudinaria cum Clerico in sacris, qui matrimonium cum unica, & virgine contraxit. *Idem ibid. num. 26.*

25. Secus, si cum vidua, vel corrupta, vel duplex iniiit matrimonium. *Idem ibid.*

26. Infamia facti potest auferri per dispensationem Episcopi, quatenus potest dispensare in adulterio, & criminalibus minoribus adulterio. *Nav. n. 204.*

27. Infamis in uno loco, est ubique infamis. *Ugolin. c. 60.*

29. Nulla poenitentia sollempnis hodie inducit Irregularitatem, nisi adjunctam habeat infamiam. *Bonac. q. 3. punct. 2. propos. 2. num. 4.*

30. Cum sollempniter poenitentibus si dubitatur de Irregularitate, potest Episcopus dispensare ob necessitatem, vel utilitatem, ad minores Ordines. *Barbos. alleg. 43. num. 8.*

31. Non potest dispensare cum convictis, & condemnatis de crimine nefando. *Idem alleg. 44. num. 30.*

32. Sodomitam non esse Irregularem, docet *Bonac. q. 3. punct. 7. propos. 3.*

33. Rebaptizans, & rebaptizatus ex culpabili iteratione Baptismi, etiam occulta, fiunt irregulares. *Idem q. 3. punct. 3. propos. 1.*

34. Potest Episcopus dispensare in occulta iteratione Baptismi, ex cap. *liceat. Concil. Trident.*

35. Iteratio Confirmationis, & Ordinis non inducit irregularitatem. *Ugolin. cap. 35. S. 4. contra Navarr. cap. 27. num. 247. non enim est in jure expressum.*

V. Confirmationum, 28.

36. Baptizatus ab hæretico est Irregularis, si ille est adultus. *Suarez sect. 1. num. 11.*

37. Excommunicatus suscipiens minores Ordines non fit Irregularis. *Navarr. de sententia excommunic. conf. 28. contra Sylv. & alios.*

38. Suscipiens Majores fit. *DD. communiter.*

39. Intellige prædicta de excommunicatione majori. *DD. citati.*

40. Suspendus, vel interdictus recipiendo sacros Ordines non incurrit Irregularitatem. *Sayr. lib. 7. cap. 10. num. 13. & alii. Incurrit ex Sylv. V. Irregularitas q. 2. & alii.*

41. Non incurrit is, qui suscipit Ordines sacros, vel illos exercet, poena excommunicationis latae sententiæ imposita contra susipientem vel exercentem eosdem Ordines. *Reginald. lib. 30. num. 182.*

42. Incurrit ille, qui uno, & eodem die, non advertente Episcopo, recipit minores Ordines, vel ultimum minorem cum Subdiaconatu vel duos Ordines sacros. *Bonac. cum alijs, q. 3. punct. 4. prop. 3.*

43. Solusque Papa dispensat, nisi sit occultum. *Sayr. lib. 7. cap. 10. num. 36. & alii.*

44. Recipiens Ordines per saltum, non est Irregularis, sed suspendus, communiorem dicit *Bonac. loco cit. prop. 4. contra Ugol. Sayrum, & alios.*

45. Non potest Episcopus dispensare, si per saltum ordinatus ministraverit. *Barbos. alleg. 47. num. 8.*

46. Conjugatus recipiens Ordinem sacrum est Irregularis. *Bonac. loco cit. propos. 5.*

47. Recipiens item Ordines sacros ab Episcopo, qui renunciavit dignitati, etiam si recipiens forte ob ignorantiam non peccaverit. *Ugol. cap. 40. lib. 7. cap. 10. num. 27.*

48. Poterit Episcopus proprius dispensare, si ordinatus probabiliter ignoravit illius renunciationem. *Idem ibid.*

49. Recipiens Ordinem extra tempora ab Episcopo, qui sine culpa est, dispensari potest. *Majol. cap. 24. num. 9. ut scilicet exerceat, non ut ascendat ad Altiorum.*

50. Ligatus censura, etiam occultus, si exercet sollempnitate majoris Ordinis, citra scandalum, necessitatem, ignorantiam, inadvertentiam, oblivionem, fit Irregularis. *Bonac. q. 3. punct. 5. prop. 1.*

51. Qui dubitat se esse excommunicatum, celebrando fit Irregularis, si revera esset excommunicatus; secus si non erat. *Suarez di st. 11. sect. 3. n. 7. Sylvest. Irregul. n. 15. & alii.*

52. Actus sollempnes sunt, canere in Choro ut hebdomadarium Epistolam cum manipulo, Evangelium cum Stola, baptizandum sollempniter, absolvendo a peccatis; benedicendo sponsis; ministrando Eucharistiam: exercendo Ordinem Episcopalem.

53. Non est actus Ordinis assistere Matrimonium contrahentibus. *Suarez loco cit. num. 18. & alii.*

54. Legatus duplici censura, duplicem incurrit Irregularitatem. *Bonacina loco cit. prop. 1. n. 10.*

55. In prædictis non dispensare Episcopum, nisi censura sit occulta. *Navarr. num. 241. & alii.*

56. Licet censura sit lata ab inferiore Papæ. *Majol. c. 19. num. 1. 2. cap. 21. num. 2.*

57. Clericus ministrans in Ordine sacro, quem non habet, serio, & ex officio, est Irregularis. *Nav. num. 242. comm.*

58. Absolvens sacramentaliter item, cum non sit Sacerdos. *Idem ibid. contra Sylv. V. Confessor 1.*

59. Non potest Episcopus in his dispensare, nisi ut exerceat Ordines susceptos, quod si occultum sit delictum, potest eum dispensare, ut alios suscipiat. *Sylv. Irregularitas 3. quest. 8. Ugol. cap. 37. num. 14. & alii.*

60. Hæretici apostatae a fide, eorum fautores, defensores etiam occulti, sunt Irregulares. *Navarr. num. 205. & alii.*

61. Non autem colentes dæmonem sine hæresi, neque Scismatici. *Suarez dist. 43. sect. 1. contra Majolum, & Ugolinum.*

62. Neque Clerici apostatae a Clericali habitu, & tonsura. *Ugol. cap. 37. num. 6. contra Majolum.*

63. Religiosus professus apostata a Religione, est Irregularis. *Ugol. loco cit. S. 4.*

64. Filii hæreticorum sunt Irregulares usque ad secundam generationem per lineam virilem, & paternam; usque ad pri-

primam per lineam maternam; si parentes mortui sint cum hæresi. Sayr. *lib. 6. c. 10. n. 4. & communiter.*

65. Nati ante hæresim parentum non sunt irregulares. Navarrus *de hæres. cons. 27. Ugolin. §. 1. num. 6.*

66. Non potest Episcopus dispensare in Irregularitate ob hæresim. Suarez *dist. 43. sect. 1. ad fin. contra Ugol. & alios.*

67. Clericus, aut alius juste mutilans, vel occidens, vel cooperans ad mutilationem, vel homicidium, secuto effectu, fit Irregularis. DD. communiter.

68. Item qui mortem atcelerat dicto, vel facto. Navarrus *num. 215.*

69. Item qui consule, & influit in sententiam Judicis. Ugol. *c. 9. §. 2. num. 7. & alii.*

70. Item qui ex pietate monet ministrum Justitiæ, ut acuat gladium, &c. Graf. *1. par. lib. 4. cap. 27. n. 68.*

71. Denunciatore, testefve in Officio Sanctæ Inquisitionis non fiunt Irregulares, licet nullam faciant protestationem. Ugol. *cap. 6. §. 5. & commun.*

72. Protestatio si fiat coram Judice sanguinis, impedit Irregularitatem, communiter DD.

73. Neque est necessaria in scriptis. Ugol. *loco cit. §. 7.*

74. Sed debet esse expressa. Idem *§. 8.*

75. Et tam in laicis, quam in Clericis. Navarrus *cap. 27. num. 226.*

76. Consulens bellum justum, vel pugnans in eo, non tamen occidens, aut mutilans, non est Irregularis. Bonacina *quest. 4. punct. 4. propos. 1.*

77. Cooperans bello justo est Irregularis. Ugolinus *loco citato §. 1.*

78. Non potest Episcopus dispensare in Irregularitate causa belli. Suarez *loco cit. num. 12. & alii.*

79. In arte Chirurgiæ accidit Irregularitas, quando ex incisione, seu aduisione sequitur mors, culpa Chirurghi. Bonacina *quest. 4. punct. 5. prop. 1.*

80. Item in Medico, si dubiam præbendo medicinam, sequitur mors; nisi casus infirmi sit desperatus. Idem *ibid.*

81. Clericus in sacris incidendo, vel adurendo extra casum necessitatis, fit Irregularis. Idem *ibid. prop. 2.* Oppositum docent Sayrus, & alii, *ibid.* morte scilicet non secuta, vel secuta ex morbi gravitate, non ex incisione: in dubio erit Irregularis, *ibid.*

82. Non fit qui jubet secundum artis peritiam incisionem, vel aduisionem, etiam si sequatur mors. Bonac. *loco cit.*

83. Clericus in sacris secundo venam, ad emittendum sanguinem, si moriatur, fit Irregularis. Idem *ibid.*

84. Adjuvans Chirurghum peritum incisione, vel aduisione, non est Irregularis. Idem *ibid.*

85. Occidens alium ad suæ vitæ defensionem cum moderatione inculpata tutelæ, non est Irregularis. Suarez, & alii communiter.

86. Etiam si dederit causam invasionis. Bonacina cum Lessio, & Suarez *sect. 1. num. 11. contra Navarr. & alios.*

87. Neque ad membrum suum, seu vultum a mutilatione, seu deformitate defendendum. Sayr. *cap. 12. num. 5. contra Navarr. & alios.*

88. Neque ad defensionem honoris sui cum moderamine. Suarez *dec. 46. sect. 2. & alii contra Navarr. & alios. Vide Bonac. loco cit. punct. 6. prop. 2.*

89. Neque occidens invasorem proximi cum moderamine, seu arma invaso ministrans. Idem *ibid. contra Nav. & alios.*

90. Homicidium omnino casuale, non volitum in se, nec in causa, non inducit Irregularitatem. DD. apud Bonacinam *quest. 4. punct. 7. prop. 1.*

91. Puer major septennio occidens fit Irregularis. Idem *ibid. contra Henriquez, & alios.*

92. Casuale volitum in causa, inducit Irregularitatem. Idem *ibid. prop. 2.*

93. Dans operam rei illicitæ periculosa homicidii, eo secuto, est Irregularis. Suarez, & alii apud Bonacinam *ibid.* Negant alii, *ibid.* si adhibita fuit diligentia, ne sequeretur homicidium.

94. Baptizatus occidens, vel abscindens membrum voluntarie, simpliciter, vel secundum quid, secuta morte, vel mutilatione, est Irregularis. DD. communiter.

95. Membrum est oculus, manus, pes, auris, virile membrum, mamilla foeminae. Navarr. *cap. 27. num. 20. & alii.*

96. Si debilitatum est & aridum, & mutiletur, adhuc inducit Irregularitas. Suarez *dist. 44. sect. 2. n. 11.*

97. Item si major membri pars abscindatur. Idem *n. 8.*

98. Non est Irregularis, qui debilitat membrum, neque qui cæcum facit, aut claudum, absque membri mutilatione, neque qui digitum abscindit. Bonacina *q. 4. punct. 8. prop. 1. num. 6. 7. 8.*

99. Mandans, etiam tacite, homicidium, seu actiones periculosas homicidii, est Irregularis, *ibid. prop. 2.*

100. Consulens illi, qui paratus non erat ad homicidium, auxilians, cooperans, non impediens, cum ex justitia tenetur, sunt Irregulares. Idem *ibid. propos. 3. 4. 5.*

101. Multis percutientibus, illi, qui lethale vulnus infligunt, sunt Irregulares, non alii: nisi ex pluribus levioribus vulneribus fit mors accelerata. Idem *ib. prop. 4. n. 30.*

102. Et nisi ii omnes communi contentu sint aggressi, *ibidem 29.*

103. Non impediens homicidium quod tenetur ex justitia impedire, incurrit Irregularitatem homicidii voluntarii, si ex odio non impedit; casualis vero si ex timore, negligentia, avaritia. Suarez *dist. 45. sect. 5. num. 9.*

104. Ratum habens homicidium non factum nomine suo, & factum, se insciente, non est Irregularis. Idem *dec. 44. sect. 3. n. 24. contra Nav. & alios.*

105. Non potest Episcopus dispensare in homicidio voluntario justo, vel injusto. Trid. *sess. 24. cap. 6.*

106. Potest dispensare in homicidio casuali occulto, *ib.*

107. Item in homicidio patrato occulto, causa defensionis, non servato moderamine. Nav. *cap. 27. num. 239. & alii.*

108. Item in mutilatione injusta occulta. Suar. *decis. 44. sect. 4. num. 35. & alii contra Sanchez, & alios; & decisum refert idem Suarez, ibid.*

109. Possit Episcopus dispensare in homicidio ex defectu perfectæ lenitatis. Affirmant Suarez *dec. 44. sect. 6. num. 13. & alii.*

Negant Salonijs, & Bonacina, *q. 4. punct. ult. prop. ult.*

110. Potest Episcopus, causa cognita, dispensare in Irregularitate ex homicidio, non ex proposito, sed causa, vel vim vi repellendo. Trid. *sess. 14. cap. 7.*

111. Idem potest Capitulum Sede vacante. Beja *part. 4. casu 37. vers. tandem.*

112. Sed committatur causa, ait Trid. *loco cit. V. Aqua benedicta, n. 1. Benedictio, num. 20. Canoniciatum oprio, n. 20.*

21. *Functiones Episcopales, n. 5. Suspendio, n. 3. 4. 10. 13. 15. Torneamentum, num. 7. 8.*

A D D I T I O.

Non incurrit Irregularitatem Sacerdos male ordinatus celebrans in sua Ordinatione cum Episcopo Ordinate, licet eo casus sit suspensus. Nald. *V. Sacerdos, num. 9. contra Navarr. Barbos. & alios.*

Judex Synodalis.

1. IN Dioecesana Synodo eligantur saltem quatuor Judices, quibus delegandæ erunt causæ a Sede Apostolica. Trid. *sess. 25. cap. 10.*

2. Debent esse in Ecclesiastica Dignitate constituti, aut Personatum obtinentes, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonici. Idem *ibid.*

3. Canonici Collegiatarum etiam insignium, alioqui Doctores, non possunt esse Judices Synodales, etiam si nullus Doctor reperiretur, nec eis aptior in Capitulo Cathedralis, & inter obtinentes Dignitates. Decisum refert Massobr. *de Synod. cap. 4. dub. 10. in fine.*

4. Oppositum docent alii apud Barbos. *de potest. Episc. alleg. 106. n. 12. sed melius negatur etiam si sint peritissimi.*

5. Canonicus in Cathedrali dispensatus super minori ætate non potest esse Judex Synodalis. Massobr. *loco cit. dub. 11.*

6. Canonici Regulares, aut Monachi, etiam si sint in Cathedrali, non sunt capaces Delegationum Apostolicarum. Archid. Geminian. Butr. *in cap. statutum 11. de rescript. in 6.*

7. Vicarius Episcopi Generalis potest eligi. Massobr. *dub. 13.*

8. Protonotarius Apostolicus item, ex eodem, *dub. 12.*

9. Quam plures hodie sunt eligendi in gratiam Regularium, ut ex iis Conservatores sibi eligant. Greg. XV. An. 1621.

10. In Provincia Mediolanensi debent nominari omnes Canonici Cathedralium Ecclesiarum in Judices, ex Decreto Sacræ Congreg. Concil. edito 27. Septemb. 1614.

11. Judici non Doctori detur Assessor non suspectus. Leo X. Anno 1515.

12. Si quis obierit, substituatur alius ab Ordinario cum consilio Capituli usque ad Synodum. Greg. XV. *ubi supra.*

13. Qui tempore commissionis causarum reperiebatur constitutus in Dignitate, & designatus inter Judices Synodales commissionem resignaverit, poterit de eadem causa cognoscere. Decisum a Congreg. Concil. 2. Martii 1587.

V. *Notarius, num. 31.*

Synodus Dioecesana, num. 45. 46.

A D D I T I O.

Non potest esse is, qui est Coadjutor Canonici Cathedralis Ecclesie. Garz. *de Benef. p. 5. c. 4. in add. post num. 130. dub. 28. Vide Conservatores.*

Juramentum.

1. NE exigantur, neque reddantur Juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticæ libertati contraria. Greg. XIII. Anno 1584.

2. Sub poena suspensionis, & interdicti, & excommunicationis respectivæ, cum reservatione Papæ, *ibid.*

3. Tam ab actore, quam a reo calumniæ juramentum exigere potest. Prov. 5.

4. Juramentum Clerico, non nisi a Sacerdote deferatur, & ille examinandus est in foro sæculari de licentia Episcopi. Prov. 6.

5. Neque detur ab Episcopo licentia, ubi est suspicio de Irregularitate, *ibid.*

6. Non

6. Non licet in iudicio jurare diebus feriatis, nisi pro pace, & piis causis; pro rebus autem temporalibus minime, nisi forte ex magna necessitate. Sylv. *V. Juramentum* 2. qu. 4. standum consuetudini locorum. Nald. *Jurament.* n. 6.

7. Relaxatio Juramenti ne unquam detur, nisi ad agendum tantum; nullo modo ad excipiendum. Prov. 5. nisi defensionis, ergo

8. Et ne ad agendum quidem post commissum perjurium, *ibidem*.

9. Non tamen potest Episcopus in reservatis Papæ Sylv. *Juramentum* 5. quæst. 3.

10. Neque in contractibus in forma Camera Apostolicæ. Covarr. *lib. 1. c. 4. p. 6. id. vero var. resol.*

11. Neque in casibus non prohibitis Episcopo, sine causa rationabili. Sylv. *loco cit. quæst. 2. in fine.*

12. In eo, qui juravit non petere absolutionem a Juramento, est necessaria specialis absolutio. Sà. *Juramentum* num. 37.

13. Et ille Episcopus potest relaxare, seu habilitare, qui est Episcopus jurantis, seu loci contractus, non autem creditoris.

Covarr. *loco citato* num. 1.

V. Clericus, num. 74. 75.

Dispensatio, num. 15. 23.

Juspatronatus.

1. Solus Fundator Cappellæ, aut Dotator de suis propriis bonis potest Juspatronatus obtinere, & institutio est Episcopi. Trid. *sess. 24. cap. 12.*

2. Titulus Juspatronatus fit fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento ostendatur, sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, idem *sess. 25. cap. 9.*

3. Exactior erit probatio in iis personis vel communitatibus, vel universitatibus, in quibus usurpatione solet præsumi, & spatium annorum 50. saltem in continuatis præsentationibus, & admissis probandum erit, *ibidem*.

4. Abrogantur reliqui Patronatus omnes, exceptis super Cathedralibus Ecclesiis, & iis, quæ ad supremos Principes, jura imperii in dominiis suis habentes, pertinent, & quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt, *ibidem*.

5. Patronatus quicumque in Beneficiis antea liberis acquisitis a 40. annis citra, & in futurum acquirendis ex augmento dotis, seu ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolicæ ab Ordinariis diligenter cognoscatur, & revocent in totum non legitime constitutos, restituito Patronis eo, quod ab eis idcirco datum est, idem *sess. 15. cap. 9.*

6. Probatio facienda ab Episcopo juxta formam prædictam, locum habet etiam in Beneficiis, quorum institutio pertinet ad Abbates, & Commendatarios cum ordinaria jurisdictione. Decisum refert Garz. *p. 9. c. 3. num. 19. in decl. 2.*

7. Sufficit probatio ex solis præsentationibus continuis ultra hominum memoriam, licet in iis non sit mentio de fundatione, vel dotatione. Decisum refert Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. Gloss. 18. n. 46.*

8. Probatio, quæ fit per solos testes, non per scripturam, rejicitur. Decisum refert idem *ibidem* n. 79.

9. Duæ præsentationes sufficiunt, ut dicantur multiplicata. Barb. *alleg. 72. n. 31.*

10. Non potest repelli Patronus e sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione post Concilium Trid. Ordinarius admisisset Præsentatum, etiam si post obitum Præsentati de validitate Juspatronatus iterum contigerit dubitari, decisum refert Gonzal. *loco cit. n. 26.*

11. Secus, si Patroni præsentatio sine causæ cognitione fuisset admissa. Decisum refert idem *ibidem*.

12. Juspatronatus ex Privilegio sublatus est a Trident. nisi sit ex causa onerosa. Vivian. *de Jurep. par. 2. l. 11. cap. 5. n. num. 103.*

13. Nullum item est ex sola separatione, idem *par. 1. lib. 1. cap. 1. n. 44.*

14. Nullum item ex solo augmento dotis. Rota apud Barb. *alleg. 70. n. 16.*

15. Abrogatum est item a Trident. Juspatronatus acquisitum præscriptione, vel consuetudine. DD. apud Barb. n. 17.

16. In fundatione debet accedere consensus Episcopi, seu Ordinarii. Viv. *par. 1. lib. 1. cap. 1. n. 24.*

17. Et sufficit post factum. Garz. *part. 12. cap. 2. n. 209.*

18. Ordinarii nomine in hac materia venit quilibet Prælati Episcopalem habens potestatem. Viv. *loco cit. n. 17.*

19. Non est repellenda meretrix, dum instat de rebus turpiter quæsitis fundare Juspatronatus. Nav. *Miscell. 52. n. 7.*

20. Valet translatus in alios, successione cum vera universitate. DD. apud Barb. *alleg. 71. n. 2.*

21. Item donatione omnium bonorum, Ricciull. contra Lambert. *in praxi resol. 147. & donatione simpliciter.*

22. Quæ si fiat de laico ad laicum, debet adesse consensus Episcopi. Barb. *q. 71. n. 23.*

23. Secus, si de laico in Ecclesiasticum. *ibidem* num. 26.

24. Si de Ecclesia in Ecclesiam, requiritur consensus, numero 27.

25. Et item, si de Compartrono in filium Compartroni, *ibidem* num. 29.

26. Non autem si de Compartrono in Compartronom, n. 28.

27. Licet tutius requiratur. Viv. *part. 1. lib. 4. capit. 1. num. 13.*

28. Permutatione transfertur de consensu Episcopi, si in laicum: non autem, si in Clericum. Viv. *loco cit. cap. 3.*

29. Venditioni veræ universitatis transfertur, idem *cap. 5.*

30. Non venditione de per se sub poena excommunicationis. Trid. *sess. 25. cap. 9.*

31. Et amissionis Juspatronatus. Viv. *part. 3. libr. 15. capit. 2.*

32. In venditione prædicta non requiritur consensus Episcopi. Barb. *d. 71. n. 46.*

33. Amittitur, ob præsentationem indigni, ob hæresim, proditionem patriæ, occisionem Rectoris, seu Episcopi, usurpationem fructuum Beneficii, confiscationem omnium bonorum, Viv. *p. 3. l. 15. c. 2. per totum.*

34. Præsentatio facta alio, quam Episcopo citra Privilegium, nulla est omnino. Trid. *sess. 14. cap. 13.*

35. Laici intra quadrimestre; Ecclesiastici intra semestre præsentent. DD. communiter, in mixto, intra semestre.

36. Juspatronatus ad laicorum confraternitates spectans laicale censetur. Rota in Romana 7. Februar. 1628. coram Durano.

37. Patronus laicus variare potest, non Ecclesiasticus. Viv. *p. 3. lib. 10. cap. 1. n. 1.*

38. Præsentatione nulla ob defectum ignoratum a Patrono, datur aliud quadrimestre, vel semestre a die scientiæ nullitatis, idem *part. 2. lib. 5. cap. 2. n. 7.*

39. Elapso tempore potest Episcopus admittere præsentationem, idem *part. 2. lib. 7. cap. 6. n. 13.*

40. Nisi ille indignum præsentaverit scienter, n. 15.

41. Et nisi transactum sit semestre collationis Episcopalis cum devolutione ad Superiorem, n. 14.

42. Patronus non potest se ipsum præsentare. Barb. *alleg. 72. n. 85.*

43. Neque Procurator mandantem, neque se ipsum, idem *ibidem* n. 87. 88.

44. Neque substitutus prædictos, num. 89.

45. Unus ex Patronis potest ab aliis præsentari, n. 91.

46. Neque donatarius donatione temporanea Juspatronatus potest præsentare donatorem, n. 95.

47. Præsentatio non fit per literas, sed reipsa, n. 110.

48. Nisi notorie constet Episcopo, eum esse idoneum. Decisum refert Garz. *part. 4. cap. 1. n. n. 23.*

49. Potest fieri præsentatio etiam die Paschatis. Vin. *par. 2. lib. 7. cap. 1. n. 5.*

50. Et extra Diocesim Institutoris, *ibidem* n. 9.

51. Quid, si Ecclesia est in finibus quarum Diocesim; quatuor opiniones affert Barb. *loco cit. n. 150.*

52. Fiat edictum ab Instituyente ad valvas Ecclesiæ vacantis, & Cathedralis, cum termino ad opponendum, aliter nulla est collatio. Vin. *par. 2. lib. 9. cap. 1. n. 4. 5.*

53. Et tot fiant, quot sunt Præsentati, num. 14.

54. Nisi aliud habeat legitima consuetudo, n. 23.

55. Ab Episcopo examinentur, etiam si ad inferiores spectat institutio, alias irrita fit. Trid. *sess. 25. cap. 9.*

56. Et ad quævis Beneficia, idem *sess. 7. cap. 13.*

57. Non idonei repellantur ab Episcopo, idem *sess. 25. capit. 9.*

58. Si curatum est Beneficium. Vide supra Beneficiorum Patrochial. *provisio n. 31. 33. & seq.*

59. An Cappellania sit sacerdotalis, itaut satis sit, si promoveri queat præsentatus infra annum. Ajunt: Negant DD. apud Barbof. *alleg. 24. a num. 37. Attende verba fundationis.*

60. Potest autem institui præsentatus etiam in mensè Apostolico. Congreg. Episc. 15. Martii 1586.

61. E pluribus præsentatis ille instituat, qui a majori parte. Barbof. *alleg. 72. n. 197.*

62. Inter æque idoneos, & cum æqualibus votis est locus gratificationi penes Institutorem n. 199.

63. Vel penes Patronum. Leo in *Thef. fori par. 2. cap. 6. n. 12. Hoc est.*

64. Si Patronus est Clericus, ad hunc spectat gratificatio. Trident. *sess. 24. capit. 18. S. si vero Zerol. part. 2. Juspatronatus.*

65. Præsentatus a pupillo præfertur præsentato a tutore. Sylv. *quæst. 8.*

66. Dignior, si æque non idonei. Barb. *n. 200. loco cit.*

67. Dignior, qui de linea fundatoris, si idoneus, num. 202. *idem.*

68. Vel alia de causa, n. 204.

69. Potest Episcopus instituere Patronum idoneum sine ulla præsentatione. Sylv. *V. Juspatronatus quæst. 7.*

70. Non potest Episcopus commendare ad alicujus vitam Beneficiorum Juspatronatus sine consensu Patroni. Vivian. *part. 3. lib. 14. cap. 3. n. 53.*

71. Devoluta institutione ad Superiorem, hic intra semestre instituere debet, a die notitiæ devolutionis. Barbof. *alleg. 72. num. 194.*

72. Inter Beneficiatos, ut supra.

7. Beneficiorum collatio, n. 21.
 73. Unio Beneficiorum liberorum ad Ecclesias Patronatas nulla est. V. supra Benefic. unio num. 4.
 74. Non possunt auferri, neque ab Episcopo, insignia fundatorum in Cappellis de Jurepatronatus. Lambert de Jurepatron. quest. 5. princ. art. 4.
 75. Decreta de pœnis Patronor. prædictis, n. 30. 31. 33. sæpius evulgentur. Prov. 5.
 V. Benef. Paroch. Provisio, n. 31. & seqq. Benef. resignatio, n. 9. Benef. permutatio, n. 6. Benef. Unio, n. 4. Bona Ecclesiastica, n. 2. 9. Canonicatum collatio, n. 17. Canonicatum oprio, n. 4. Ecclesia, n. 12. 38. Parochia, n. 10. Visitatio inferiorum Episcop. n. 9.

A D D I T I O.

1. Filius ex legitimo matrimonio natus eget dispensatione, ut possit immediate obtinere Beneficium de Jurepatronatus, quod obtinuit pater, ad quod Beneficium in fundatione vocati sunt proximiores de genere, Congr. Concil. 23. Apr. 1631.
2. Juspatronatus non acquirit ille, qui dotat insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius; sed dicitur Benefactor, ead. apud Garz. benef. p. 5. c. 2. n. 51.

Legatum.

1. IN Legato ad pias causas sufficiunt duo vel tres testes, Sylv. V. Legatum 4. quest. 9.
2. Vitiato testamento, non tolluntur legata ad pias causas, ibid. qu. 10.
3. Ex causa potest Episcopus mutare Legatum in alium usum; quia forte in eo loco non potest fieri, idem quest. 11. 12.
4. Alias, nec in facto, nec in modo, nec in loco, ibid.
5. Mutatio vero ne fiat sine consensu hæredis gravati, idem quest. 13.
6. In defectu executoris, qui vel non est datus, vel negligit, potest Episcopus se intromittere in Legatis ad pias causas, alias minime, idem qu. 15.
7. Ille scilicet, qui est Episcopus testatoris, vel Episcopus executoris, si iste est compellendus, idem V. Testamentum 2. q. 3. vers. 5.
8. Legatus calix intelligitur argenteus; planeta vero sericea, Sà.
 Legatum num. 45.
 V. Commut. ult. volunt. n. 4. & seqq. Notarius n. 15. 16. 17. Quarta funeralis, num. 1. 4. 8. Seminarium Clericorum n. 22. Spolia Clericorum n. 9. Testamentum n. 19. & seqq.

A D D I T I O.

1. Factum pro anima dicitur factum ad piam causam, DD. cum Barb. de jure Eccles. lib. 3. cap. 27. n. 11.
2. Item pro excarcerandis carceratis, ibid. n. 4.
3. Item pro utilitate consanguinei pauperis, ibi n. 10. 16.
4. Item quod pupillis relinquitur, n. 18.
5. Item quod ratione studii, ibid. n. 13.
6. Item quod pro constructione monumenti, ibid. n. 20.
7. Legatum pro anima dicitur id, quod pro bono publico, veluti viarum, pontium, & hujusmodi, si eorundem sit necessitas, ibid. n. 21.
8. Pro executione Legatorum, si a testatore non præfinitur tempus, datur annus in profanis, & Episcopo item, ut cogat hæredes ad solutionem, ibid. n. 27. 28.
9. Legatum pium omnino intra sex menses adimplendum est, ibid. n. 28.
10. A die hæreditatis aditæ, ibid. n. 29.
11. In Legatis piis a tempore insinuationis testamenti, seu publicationis, ibid.
12. Una monitio, vel bina sufficit facta hæredi, vel personaliter, vel per nuncium, seu Epistolam, & in generali, DD. ibid. n. 35. 36. 37.
13. Et tenetur Episcopus de præcepto exequi mandata testatorum, n. 40.
14. Neque potest excludi Episcopus a testatore in hac executione, ibid.
15. Devoluta executione Legati pro electione pupillorum, seu pauperum, quibus est aliquid distribuendum, etiam electio devolvitur ad Episcopum, n. 45.

Legatus.

1. LEGATUS a latere potest conferre Beneficia, & provisos a Legato præfertur proviso ab Episcopo, Nald. Legatus num. 3.
2. Dispensat in omni voto, in quo Episcopus, idem n. 6.
3. Dispensat in defectu ætatis in Parochialibus, idem ibid.
4. Potest conferre Dignitates post primam in Cathedrali, idem n. 6.
5. Potest audire confessiones, & alijs hoc munus delegare, etiam Regularibus, idem num. 8. in sua nimirum Provincia.
6. Potest absolvere a casibus reservatis Episcopo idem ib.

7. Non tamen a censuris per sententiam latis, idem ibid.
8. Potest committere absolutionem a reservatis Episcopo, non simpliciter, sed quando occurrunt casus, ibid. n. 9.
9. Alia potest, prout in litteris ei datis a Papa.

A D D I T I O.

Legato præsentem in Civitate, Episcopus non potest uti Mozetta, neque Rochetto discooperto, nec benedicere populo, sed intra Ecclesiam, eo absente, vel annuente potest benedicere, Congr. Rit. 2. Octob. 1601.

Libri prohibiti.

1. INDEX Librorum prohibitorum habeatur apud impressores, bibliopolas, & personas Ecclesiasticas. Prov. 1.
2. Et apud eos, qui numerosam librorum supellectilem habent. Prov. 5.
3. Indices tamen, & Syllabi omnes particulares extra Urbem editi, sine auctoritate S. Congreg. Indicis, sunt prohibiti, Congreg. Ind. 16. Martii 1621.
4. Catalogus Librorum in partibus impressorum, qui aut sunt prohibiti, aut expurgandi, transmittatur ab Episcopis ad sedem Apostol. in Ind. §. 4. Clem. VIII.
5. Liberum sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, eos etiam Libros prohibere, quos in suis Diocesisibus expedire judicaverint, in Ind. reg. 10.
6. Libri Thalmudici, Cabalistici, alique nefarii Hebræorum Libri omnino damnantur. Clem. VIII. In Ind. Librorum &c.
7. Liber Magazor prohibetur, præterquam scriptus hebraica lingua, ibid.
8. Herefiarum Libri cujuscumque nominis, tituli, aut argumenti, omnino prohibentur. Pius IV. in Ind. Reg. 2.
9. Item hæreticorum Libri, qui de religione ex professo tractant, ibid.
10. Libri, qui res lascivas, seu obscenas ex professo tractant, narrant, vocent, omnino prohibentur, ibid. reg. 7.
11. Libri omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Nerosomantiæ, Piroromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, sive in quibus continentur sortilegia, vaticinia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, ibid. reg. 9.
12. Alii libri a prænarratis supra poterunt permitti ab Episcopis, pro qualitate materiæ, & personarum, quibus conceduntur, ibid. in reg. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9.
13. Missalia impressa Venetijs ab anno 1596. usque ad 1601. diversa a Missali Pii V. Romæ edito, nisi corrigantur, sunt prohibita, Congregat. Indicis 17. Februarii 1601.
14. Officia omnia non approbata Romæ, & item parva Sanctorum Joseph, Angeli Custodis, sunt prohibita, & similia, ead. Congreg. 2. Decembris 1624.
15. Concilium Tridentinum alio idiomate, quam latino, editum est, eadem 15. Novemb. 1629.
16. Declarationes Conc. Tridentini, Remissiones Doctorum ad loca ejusdem, una simul impressa, prohibita sunt, Cong. Ind. 29. Aprilis 1621.
17. Prohibiti in una lingua, censentur prohibiti in quacumque lingua, & subisdem pœnis, Clem. VIII. in Ind. §. 6.
18. Licentia Librorum quæ judicio Episcopi, seu Inquisitoris datur in scriptis, detur gratis, & singulo triennio renovetur, Clem. VIII. in Ind. §. 2.
19. Neque Episcopus, neque Inquisitor potest concedere facultatem legendi, aut tenendi Libros hæreticorum, quæ ex professo tractant de Religione, nec alios omnino damnatos in Indice, Congr. S. Officii apud Nald. Lib. n. 10.
20. Illi vero quibus datur licentia, tenentur Episcopo significare, vel Inquisitori, quæ repererint corrigenda, Clem. VIII. supra §. 2.
21. Sed revocatae sunt omnes licentiæ retinendi Libros prohibitos a Gregorio XV. 1623. * & Urbani VIII. 2. Aprilis 1631.
22. Neque dari amplius possunt, nisi a Sacra Congreg. Inquisitionis Romanæ. Idem ib.
23. Habent Episcopi, & Inquisitores conjunctim facultatem expurgandi quoscumque Libros, etiam in locis exemptis, & nullius, soli vero Episcopi, ubi non sunt Inquisitores, in Indice §. 1. de correct. librorum.
24. Correctores sint tres saltem, ib.
25. Approbata correctione a prædictis, permittantur, ib.
26. Correctores advertant diligenter omnia, quæ illis præscribuntur in hoc genere a Clem. VIII. in Ind. §. 2.
27. Imagines quoque obscenæ, etiam in litteris grandioribus, obliterentur, ib.
28. Qui hæreticorum Libros, vel scripta propter hæresim, vel suspitionem damnata legerit, habueritve, ipso jure est excommunicatus. Pius IV. Anno 1564. in Indice libror. &c.
29. Potest contra eum procedi, ut de hæresi suspectum, ibidem.
30. Qui libros alia de causa prohibitos legerit, aut habuerit præter peccatum mortale, Episcopi arbitrio puniatur, ibidem.
31. Contra legentes, aut retinentes Libros Astrologiæ judiciariæ, divinationum, & sortilegiorum, &c. possunt Ordinarii,

rii, & Inquisitores procedere. Sixtus V. Anno 1585. & Urbanus VIII. Anno 1631.

32. Habentes Libros prohibitos non satisfaciunt comburendo, sed necessario eos deferre debent ad superiores. Barboſ. de pot. Episc. alleg. 90. num. 5.

33. Impressorum officinæ, & bibliopolarum visitentur sæpius a personis deputandis ab Episcopo, sive Vicario. In judice reg. 10.

34. Omnes Librarii, & Librorum venditores habeant iudices Librorum venalium, quos habent subscriptione Deputatorum, nec alios vendant, sub pœna amissionis Librorum, & aliis arbitrio Episcopi, vel Inquisitoris, *ibid.*

35. Quas pœnas subeant emptores, lectores, impressores, *ibid.*

36. Nemo audeat Librum a se introductum in Civitatem alicui legendum tradere, nisi ostenso prius Libro, & habita a prædictis Deputatis licentia, nisi notorie constet, Librum esse omnibus permissum, *ibid.*

37. Hæredes idcirco, & executores ultimarum voluntatum defuncti Librorum indicem offerant prædictis, & obtineant licentiam ante usum eorum, seu translationem in alios, *ibid.*

38. Libellorum famosorum auctores, scriptores, evulgatores excommunicati sunt lata sententia, nec absolvantur, nisi fama restituta. Prov. 5.

V. Scriptura Sacra, num. 4. 5. 6.

Librorum Editio.

1. **N**emini liceat imprimere, vel imprimi facere quovis Libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos vendere, aut retinere apud se, nisi probati sint ab Ordinario sub pœna anathematis, & pecuniæ, in Concil. Later. sess. 10. sub Leone X. Conc. Trid. sess. 4.

2. Regulares, ultra prædictam Ordinarii approbationem, habeant quoque licentiam a suis Superioribus. Idem *ibid.*

3. Probatio Libri edendi fiat per Episcopum, seu ab eo Deputatum, & per Inquisitorem loci, quo imprimitur: & exemplum Libri imprimendi authenticum, & manu auctoris subscriptum apud Examinatorem maneat. Pius IV. in Ind. reg. 10.

4. Ne imprimantur Libri de sanctitate, gestis, miraculis, martyrio eorum, qui nondum a Sede Apostolica in numerum Beatorum relati sunt. Congreg. S. Inquisitionis 13. Martii 1625.

5. Nihil imprimatur, quod ad formandos sacros Ritus attingat, inconsulta sacra Rituum Congregatione; eadem Congregat. Rituum 21. Martii 1620.

6. Ne imprimantur Libri alicubi sine licentia Ordinarii, & Inquisitoris loci, in quo degunt Auctores librorum, & licentia ipsa præfigatur operi; alias censeantur prohibiti. Congreg. S. Inquisit. Anno 1625. *

7. Musicalium verba in Musicis apposita non possunt imprimi absque solita Superiorum licentia. Congreg. Indicis libr. 17. Decembris 1623.

8. Problemata, vel axiomata ne proponantur publice defendenda, nisi prius recognita, ut supra. Prov. 4.

9. Liber alias editus, sine nova facultate ne recudatur. Prov. 6.

10. Electio virorum ad examen Librorum fiat eorum, de quorum fide, doctrina, integritate nihil dubitandum sit. Clemens VIII. de impress. libr. in Jud. §. 5.

11. Probatio in scriptis detur, & in fronte libri, seu scripti, seu impressi appareat, & fiat gratis. Trid. sess. 4.

12. Examinatorum quoque approbatio ante initium operis imprimatur, Clem. VIII. ubi supra §. 5.

13. In fronte Libri nomen, cognomen, & patria præferatur Auctoris. Idem *ibid.* §. 5.

14. Vel certe nomen illius, qui collegit ex aliis, *ibid.*

15. Ementito nomine Auctoris ne imprimatur. Prov. 6.

16. Liber Auctoris damnati expurgatus, si denuo imprimatur, præferat titulum Auctoris, & notam damnationis. Clem. VIII. ubi supra §. 7.

17. In ejusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis mentio fiat, *ibid.*

18. Impressoris nomen, locus impressionis, & annus, in principio, & sine libri annotetur, *ibid.* §. 3.

19. Impressus Liber ne publicetur, vendaturve, antequam fiat collatio cum manuscripto, & detur licentia publicandi, vendendi, *ibid.* §. 4.

20. Typographi, & Bibliopolæ jurejurando spondeant coram Episcopo, aut Inquisitore se munus suum fideliter exequuturos, *ibid.* §. 6.

21. Insignes, & eruditi ex eis fidei quoque professionem emittant, *ibid.*

22. Qui Libros communicant scripto, vel evulgant, nisi probati fuerint, subjaceant prædictis pœnis. Trid. ubi sup.

23. Qui eisdem habuerint, vel legerint, nisi providerint Auctores, habeantur ipsi Auctores, *ibid.*

24. Lectiones, Annotationes, Disputationes, Conciones, Tractatus permanentes, quæ sibi invicem communicant fratres, modo communicant ad effectum imprimendi, continentur sub Decreto librorum imprimendorum. Decisum referunt DD. apud Barboſam, alleg. 90. num. 14.

A D D I T I O.

Ne imprimantur Libri in materia de Auxiliis, etiam sub prætextu commentandi S. Thomam, aut alio modo, nisi consulta prius S. Inquisitione Romana, sub pœna privationis dignitatum, officiorum, vocis activæ, & passivæ, facultatis concionandi, publice legendi, ipso facto, & aliis pœnis. Congreg. S. Officii 1625. apud Lezzanam in sum. quest. Regul. cap. 9. num. 24.

Libri impressi contra dictum Decretum sunt prohibiti, *ibidem.*

Impressores puniantur amissione Librorum, & aliis pœnis, *ibid.*

Licentia.

1. **L**icentia laborandi die festo a solo Episcopo concedi debet; Judex tamen laicus potest procedere contra non habentes licentiam. Congreg. Episcop. 21. Augusti 1615.

2. Et gratis debet dari, eadem 14. Junii 1619.

3. Licentiæ discedendi, audiendi Confessiones, Concionandi, & ministrandi Sacramenta dentur gratis, eadem 16. Julii 1591.

4. Licentia quæritandi elemosynas a Regularibus mendicantibus in ipsamet Monasteriorum ædificatione, seu erectione data censetur, eadem 6. Octobris 1507.

5. A laicis non potest concedi pro quæstu elemosynarum, eadem 8. Novembris 1619.

6. Licentia alloquendi Moniales Regularibus subjectas dari debet laicis in scriptis ab Episcopo, & a Superiore Monialium conjunctim, eadem 15. Januarii 1616. & alias sæpius.

7. Idem fiat in Diœcesi a Vicario deputando; sed eo casu Superior Regularis priori loco subscribat, eadem 7. Martii 1717.

8. Idem servetur in licentiis ingrediendi monasteria Monialium, exceptis repentinis casibus, quibus sufficit alterutrius subscriptio, eadem *ibid.*

9. Edicta pro hujusmodi licentiis ab Episcopo tantum subscribantur, & publicentur, eadem *ibid.*

V. Festi dies, num. 45. 46. 47.

Limina Apostolorum.

1. **O**mnes Episcopi tenentur visitare Limina Apostolorum, & de statu Ecclesiarum rationem reddere. Sixtus V. Anno 1585.

2. Per se, vel per Nuncium, si legitime sint impediti, *ibid.*

3. Nuncius autem debet esse certus cum mandato speciali de gremio Capitulum Episcopi, aut in Dignitate constitutus, seu Personarum habens; & his deficientibus, sit Sacerdos Diœcesanus: & Clero deficiente aliquis presbyter, etiam Regularis spectatæ probitatis, & religionis, *ibid.*

4. Itali, & alii ex insulis adjacentibus tertio quoque anno: alii remotiores quarto, quinto, vel decimo, pro regionum varietate, *ibid.*

5. Annus incipit a tempore suscepti muneris consecrationis, vel pallii traditionis, vel translationis, *ibid.*

6. Pœna imponitur suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, & ab administratione spiritualium, & temporalium, & a fructuum perceptione; & est reservata Papæ, *ibid.*

7. Excusatio de non veniendo Romam, debet probari legitime coram primo Diacono Cardinali, *ibid.*

8. Si ad curiam profectus Episcopus Papam non visitet ab eoque non obtenta licentia discedat, incidit in excommunicationem. Ugol. de pot. Ep. cap. 2. §. 2. num. 5.

V. Subsidiium Charitativum, num. 6. Synodus, num. 7.

A D D I T I O.

1. Episcopi in partibus infidelium residentes, si visitent per Procuratorem in Curia residentem, satisfaciunt Constitutioni Sixti V. Sac. Congreg. de propag. Fide 23. Julii 1626.

2. Coadjutor Episcopi non tenetur visitare, sed Coadjutus. Congreg. Concilii 4. Augusti 1609. apud Barboſam de jure Eccles. l. 3. c. 10. n. 45.

Litania.

1. **L**itanis Majores, si incidant in diem Paschatis, transferantur in feriam tertiam sequentem. Congregat. Rit. 25. Septembris 1627.

2. Præter Litanias Breviarii Romani, & B. V. Lauretanæ Ædis, omnes aliæ prohibentur. Clem. VIII. Anno 1601.

3. Et præter peccatum, arbitrio Ordinarii pœnæ imponantur, *ibid.*

4. Quas luant, & qui ediderint, & qui publice recitent, *ibid.*

5. Non licet addere sanctorum nomina Litanis, quæ habentur in Breviario, licet sint Patroni locorum. Congr. Rit. 22. Martii 1631.

1. **A** B aliis, quam ab Episcopis, dari non possunt. Trid. *sess. 22. cap. 10.*
2. Sub poena, impetrantibus, suspensionis ad arbitrium Episcopi, si ordinantur in majoribus; si vero in minoribus quod non gaudeant Privilegio Clericali, praesertim in criminalibus, *ibid.*
3. Absolutio a suspensione, de qua supra, in iis, qui sunt nullius Dioecesis, spectat ad eum Episcopum, ad quem spectat dare Dimissorias. Decisum refert Barbof. *alleg. 7. n. 30.*
4. Concedentes litteras contra Decretum ad Officio, & Beneficio per annum sunt suspensi. Trid. *loco cit.*
5. Vicarius Generalis habens generale mandatum in forma, potest, absente Episcopo, dare Dimissorias ad Ordines, & remittere interstitia. Congreg. Concilii 4. Martii 1597.
6. De Capitulo Sede vacante. *Cap. Sede vacante, n. 26. 29.*
7. Prælatus habens jus cogendi Synodum, potest dare Clericis Sæcularibus sibi subditis. Barbof. *loc. cit. n. 8.* & Rota in *Salamant. jurisd. 9. Maji 1594. coram Seraphino.*
8. Prælati Regularium dant Dimissorias suis subditis. Clem. VIII. apud Barbof. *alleg. 7. n. 18. & 31.*
9. Et in his exprimat causa absentiae Dioecetani Episcopi, vel impeditæ Ordinationis, si ad alienum mittantur Episcopum. Decisum refert Quaranta. *V. Ordo 15. Martii 1596.*
10. Possunt dari ab Episcopo etiam ægroto, vel impedito. Decisum refert Ugolin. *de pot. Episcop. cap. 26. §. 20. num. 11.*
11. Item si absit a sua Dioecesi, absentibus, & petentibus, & potest demandare examen Episcopo loci, ubi petentes degunt. Decisum refert Barbof. *allegat. cit. n. 29.*
12. Debent regulariter prius examinari a proprio Episcopo, quam dentur eis Dimissoriae. Trid. *sess. 14. c. 3. & sess. 23. c. 3.*
13. Dentur gratis, & sponte oblatum rejiciatur, idem *sess. 21. cap. 1. V. Ordo in genere, n. 26. 27. 28.*
14. Notarii, quibus nullum est salarium constitutum, decimam aurei partem pro singulis litteris accipere possunt, id. *ibidem.*
15. Poena illis imponitur, *ibid.*
16. Accipere aliquid pro Dimissoriis non est tamen simonia. Congr. Episc. 17. Sept. 1587. *Vide Navarr. affirmantem consil. 67. de simon. n. 1. 2. parte 2 l. 5. ed. 2.*
17. Nec expirant Dimissoriae, tum vivente, tum defuncto dante; neque data a Capitulo per ingressum novi Episcopi. Barb. *loc. cit. n. 23. 24.* & Congr. Episc. Anno 1600. apud Nald. *Ordo, n. 12.*
18. Non sunt negandæ Litteræ Commendatitiæ, seu Dimissoriae iis, qui non habent Beneficia requirentia residentiam. Decisum refert Barbof. *alleg. 21. n. 5.*
19. In dimittendis Sacerdotibus ad alienas Dioeceses videat Episcopus, ne dimittat eos, quos ad titulum Patrimonii ob necessitatem suæ Ecclesiæ ordinavit; argumentum enim esset, titulum minus Legitimum esse Ordinationis, si necessitas non sit, possunt dimitti.

A D D I T I O.

1. Episcopo notorie suspensio ob malam collationem Ordinum, possunt ordinandi adire Episcopos vicinos pro libito, absque Dimissoriis. *Brab. de pot. Episc. alleg. 7. n. 5.*
2. Quæ nondum plene habuerunt suum effectum, data a quocumque, possunt a Successore, revocari. *Rebuff. arg. cap. si qua de rebus 12. quest. 2.*

Litteræ testimoniales Ordinum

1. **D**entur eodem modo, quo Dimissoriae, & sub ejusdem poenis. Trid. *sess. 21. cap. 1.*
2. Si in Litteris plurium Ordinum mentio fiat, Notarii tamen ne ultra decimam auri partem accipiant. Prov. 3.
3. Si perdantur neque possunt probari per testes, delato juramento in subsidium, non erit vetitum concedere Dimissorias ad alios Ordines, Congreg. Episcop. 4. Maji 1604. apud Naldum *Ordo, n. 15.*
4. Obteno rescripto Apostolico pro recipiendis Ordinibus a quocumque Episcopo, necessariae sunt Litteræ testimoniales proprii Ordinarii de vita, & moribus, alias incurritur suspensio ab executione Ordinum, & a collatione per annum ab Ordinate. Tolet. *lib. 1. c. 49. n. 4.*
5. Nisi in eodem rescripto (quod solet fieri) concedatur, inconsulto Ordinario proprio.

A D D I T I O.

1. Litteris testimonialibus Regularium, in quibus fit testimonium de Ordine præcedenti suscepto, est adhibenda fides. *Mascard. de probat. concil. 1145.*
2. Litteræ testimoniales de vita, & moribus dandæ Ordinandi extra tempora, si desint recipienti primam Tonsuram, non incurrit suspensionem. Decisum refert Tolet. *lib. 1. cap. 49. num. 4.*

1. **L**oca pia sunt ea, quæ auctoritate Episcopi fundata sunt. Sylv. *V. Loca quest. 4.*
 2. Regulæ certæ constituentur ad pietatem aptæ tum a præfectis, & ministris, tum a pauperibus observandæ, maxime precandis certis horis, & Doctrinæ Christianæ tradendæ. Prov. 5.
 3. Tollantur comestiones, quæ pietatis specie fieri solent a Sodalitatibus, & certis diebus Festis, proposita poena. Provinc. 1.
 4. Bona locanda publice proponantur, facta omnibus conducendi potestate, *ibid.*
 5. Exceptis debitoribus loci, *ibid.*
 6. Conductores dent idoneos fidejussores, *ibid.*
 7. Quæ Loca pia non sint instituta ad pecuniam mutuo dandam, eorum administratores ne ulla causæ specie cuiquam, nec etiam universitati Loci, aut viciniis dent mutuo. Prov. 2.
 8. Si dederint, aut ipsimet acceperint, statim amoti sint, & per sex annos nullius pii Loci administratione sint digni, *ibidem.*
 9. Præfectus eorum locorum, qui huic rei consenserit excommunicationis subeat poenam, *ibid.*
 10. Collectæ fieri possunt semel in mense, & in quatuor anni temporibus, pro iis, qui præ pudore ostiatim mendicare non audent. Prov. 4.
 11. Oblationes Loco pio fiant sine musicis instrumentis excepto organo. Prov. 2.
 12. Quæstores sint ejusdem Dioecesis, bonæ existimationis, & famæ, neque ex eorum numero, quos Conc. Trid. damnat. Prov. 1.
 13. Non cedant quæsitæ Loco pio extra Dioecesium: Officium fiat gratis, vel certa mercede statuta, *ibid.*
 14. Nullo modo sint participes eleemosynarum, *ibid.*
 15. Puellæ non quærent. Prov. 2.
 16. In erogandis eleemosynis, alendisque pauperibus testatorum voluntates adimpleantur, cum testimonio Parochorum, consilioque, & aliorum piorum virorum. Prov. 4.
 17. Distributiones omnes notentur in libro distincte.
 18. Qui male distribuerint, ei poena sit dupli restitutio, & gravior, arbitrio Episcopi, *ibid.*
 19. Administratores tenentur quotannis reddere rationem administrationis Ordinario. Trid. *sess. 22. cap. 9.*
 20. Nisi sint sub immediata protectione Regum, idem *ibid. cap. 8.*
 21. Neque si secus in fundatione expresse caveatur, idem *ibid. cap. 9.*
 21. Si aliis Deputatis reddenda est ratio, cum iis adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes sunt nullæ, idem *ibid.*
 23. Et hoc Decretum locum habet etiam extra Visitationem, & in casibus a jure expressis. Decisum refert Marta *de jurisd. par. 2. cap. 18. n. 6.*
 24. Pluries in anno potest Episcopus exigere rationem administrationis Locorum piorum, quando illi constet de dolo, vel errore. Barbof. *alleg. 82. n. 40.*
 25. Executio contra administratores condemnatos spectat ad Ordinarium, sive ipsi soli, sive ipsi cum aliis Deputatis ratio sit reddita, *sess. 22. n. 8.*
 26. Qui sunt debitores Loco pio non possunt esse Procuratores, Syndici, aut Ministri ejusdem. Prov. 1.
 27. Potest Episcopus reservare sibi facultatem reformandi, & augendi, etiam extra Visitationem, Decreta edita in Visitatione Montis Pietatis, & Locorum piorum. Decisum refert Nald. *visitare, n. 13.*
- V. Visitatio Episcopi, n. 5. 8.*

A D D I T I O.

1. Hospitalia administrata a fratribus B. Jo: Dei non sunt exempta a Jurisdictione Ordinarii, nisi solum quoad regularem Observantiam. *Congr. Conc. 12. Januarii 1630.*
2. Probatio, An Loca pia sint sub immediata Regum protectione, judice Episcopo, facienda est. Decisum referunt DD. apud Barbof. *de jure Eccl. lib. 2. cap. 11. n. 53.*

Ludimagistri

1. **F**idei professionem emittant. Prov. 3.
2. Lectores Philosophi principia, vel conclusiones Auctorum contra fidem confutent. Leo X. *Ann. 1513.*
3. Ubi Theologiæ lectio haberi nequit, saltem habeatur Magister ab Episcopo cum consilio Capituli eligendus, qui Clericos, aliosque pauperes grammaticam gratis doceat. Trid. *sess. 5. cap. 1.*
4. Et eidem vel Beneficium simplex, seu fructus ejusdem assignentur, quandiu in docendo præstiterit; vel ex mensa capitulari, seu Episcopali, vel alia ratione merces tribuatur, *ibid.*
5. Licentia, quæ datur ab Episcopo, docendi pueros, ne detur ultra triennium, ut fiat recognitio Magistri. Prov. 5.
6. Do-

6. Doceant etiam fidei rudimenta, & diebus Festis nullo alio doctrinæ genere pueros instruant. Prov. 3.
7. Ne interpretentur libros vetitos, aut obscœna continentés, *ibid.*
8. Quotidianas exercitationes inchoent, & concludant pia prece. Prov. 5.
9. Ideoque sacra Imago in gymnasio appendatur, *ibid.*

Matrimonii Denunciationes.

1. **C**Aveatur, ne pro Denunciationibus faciendis interrogentur sponsi præsentés de præsentí, sed de futuro Matrimonio. Prov. 6.
2. Fiant ter a Parocho proprio tribus continuis diebus Festivis inter Missarum sollempnia. *Trid. sess. 24. cap. 1.*
3. Possunt fieri eo tempore, quo nuptiæ prohibentur. Congreg. Episcop. 12. Decembr. 1589.
4. Fiant in Festivis de præcepto. Prov. 1.
5. Non potest Episcopus dispensare, ut fiant in ferialibus diebus. Decisum referunt DD. apud Barbof. *de pot. Episc. alleg. 22. n. 14.*
6. Poffe fieri in magno concursu hominum ad Ecclesiam in die profesto, docet Sanchez *lib. 3. disp. 6. num. 9. 10.*
7. Imo, & extra Ecclesiam, idem *ibid.*
8. Sed in Festivis de præcepto, & in Ecclesia, intra Missam, ait *Trid.*
9. Fiant, ubi habitus est consensus utriusque, & parentum, & in diversis Parochiis, ubi habitant. Prov. 3.
10. Denunciationes inter vicinos, quorum alter inter hæreticos habitat, ne fiant inconsulto Episcopo. Prov. 2.
11. Eodem modo, si de vagis hominibus agatur, *ibid.*
12. Omittens Parochus ex propria auctoritate Denunciationes, suspendendus est ab Officio per triennium. DD. apud Barbof. *loco cit. n. 7.*
13. Si probabilis suspicio est, impediri posse malitiose Matrimonium, tunc vel una tantum Denunciatio fiat, & reliquæ ante consummationem, nisi Ordinarius judicet expedire, ut remittantur. *Trid. loco cit.*
14. Solus Episcopus potest eas remittere, quando est in Dicecesi. Prov. 5.
15. Si extra Dicecesim sit Episcopus, adhuc potest dispensare in Denunciationibus, Sanchez *lib. 3. disput. 8. n. 6.*
16. Neque est necessaria cognitio causæ judicialis, *ibidem n. 4.* sed sufficit juramentum partis, & duorum testium, nullum esse impedimentum.
17. Causæ justæ remittendi Denunciationes sunt, suspicio malitiosi impedimenti. *Trid. loco cit.*
18. Item contrahentium pudor ob nimiam disparitatem, vel quia concubinarij erant, seu æstimabantur conjugati, vel si magnates, & valde noti, vel si injusti impedimenti, aut nullus justus timor; vel vicinum tempus prohibitum nuptiarum, & id genus alia. Sanchez *lib. 3. disp. 6. tota.*
19. Non potest Episcopus titulo hujus remissionis præcise imponere pecuniariam multam. Idem *ibid. disp. 10. qu. 2. num. 9.*
20. Potest Episcopus alterutrius sponsi remittere Denunciationes pro utroque, idem *disp. 7. n. 7.*
21. Multo magis ille in cujus Dicecesi est celebrandum Matrimonium. Bonac. *qu. 2. punct. 6. n. 7.*
22. Vicarius etiam potest. DD. apud Barbof. *alleg. cit. num.*
23. & Sanchez *disp. 7. qu. 1. n. 10.*
24. Si una sola conceditur, non tamen fiat statim Matrimonium. Sanchez *lib. 3. disp. 6. n. 8.*
25. Quando omittuntur Denunciationes, per octo dies post contractum Matrimonium ne consummetur; & interim fiant Denunciationes saltem semel. Decisum refert Barbof. *alleg. 32. num. 55.*
26. Quocumque impedimento delato, etiam falso, ne ulterius procedatur, sine licentia Episcopi. Prov. 1.
27. Qui falsum detulerit impedimentum scienter, excommunicetur. Prov. 3.
28. Repetantur Denunciationes arbitrio Episcopi, si non fit Matrimonium intra duos menses a primis. Prov. 5.
29. Omnino post 4. menses repetantur. Decisum referunt DD. apud Barbof. *loco cit. n. 55.*
30. Qui ante Denunciationes Matrimonium consummant, poena stupri puniendi sunt. Riccius *in praxi p. 1. ref. 224. num. 2.*

A D D I T I O.

1. Vicarius Generalis non potest impedire. *Congreg. Concil. 27. Maji 1627.*
2. Omisso denunciationum non facit Matrimonium clandestinum, *und. 23. Febr. 1630.*

Matrimonii impedimenta.

1. **C**ognatio spiritalis contrahitur tantum inter eos, qui de fonte baptizatum suscipiunt, & unum, vel unam, vel unam, & unam ad summum, & baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem. *Trid. sess. 24. cap. 2.*

2. Nec non inter baptizantem, & baptizatum, hujusque patrem, & matrem, *ibid.*

3. Cum aliis qui tetigerint baptizatum, non contrahitur ultra designatos, ut supra, *ibid.*

4. Cognatio ex confirmatione non egreditur extra confirmantem, & Confirmatum, illiusque patrem, & matrem, & tenentem, *ibid.*

5. Et prædicta confirmat Pius V. Anno 1566.

6. Justitiæ publicæ honestatis impedimentum est nullum, ubi sponsalia non sunt valida: ubi sunt valida, primum gradum non excedit. *Trid. loco cit. cap. 3.*

7. Et procedit hoc Decretum in sponsalibus de futuro tantum. Pius V. Ann. 1598.

8. Impedimentum affinitatis ex fornicatione contractæ restringitur ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur; in ulterioribus gradibus ejusmodi affinitas non dirimit Matrimonium. *Trid. loc. cit. c. 4. & Pius V. Ann. 1566.*

9. Contrahere præsumens scienter inter gradus prohibitos, separetur, & spe consequendæ dispensationis careat, eoque magis, si consummare ausus fuerit. *Trident. loco cit. capit. 5.*

10. Si ignoranter fecerit, neglectis sollempnitatibus requisitis, eidem subjiciatur poenis.

11. Si sollempnitatibus adhibitis, impedimenta postea cognitum fuerit, cujus ille probabilem ignorantiam habuerit, facilius cum eo, & gratis dispensari poterit, *ibid.*

12. Neque tunc erit necessarius novus consensus coram Parocho, si occultum erat. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 32. n. 157.*

13. Inter raptorem, & raptam quandiu hæc in ejus erit potestate, nullum potest esse Matrimonium, *Trident. loco cit. capit. 6.*

14. Raptor, & omnes præbentes consilium, auxilium, favorem ipso jure sunt excommunicati, & perpetuo infames, *ibidem.*

15. Clerici faventes raptori, de suo gradu decident, *ibid.*

16. Raptor, sive duxerit, sive non, dotare debet raptam arbitrio Judicis, *ibid.*

17. Spadonum utroque testiculo carentium Matrimonia sunt nulla, Sixtus V. Anno 1587.

18. In impedimentis occultis dirimentibus in casu magnæ necessitatis posse Episcopum dispensare: Ajunt, negant DD. apud Sanchez, *lib. 2. disp. 40. quest. 1. & ipse affirmat.*

19. Immo & ante Matrimonium ex urgentissima necessitate, idem *ibid. n. 7.*

20. Nisi adsit ibi Nuncius Apostolicus potens dispensare, *ibid. n. 8.*

21. Urgens necessitas est, si Matrimonium sit publicum, scandalum in separatione, aditus difficilis ad Papam, inopia sponsorum, aut alia justa causa, *ibid.*

22. Vicarius Generalis non potest, nisi ex speciali mandato, *ibid. n. 12.*

23. Potest enim Episcopus delegare, *ibid. quest. 2. n. 14.*

24. In impedimentis tantum impediens potest Episcopus dispensare, idem *ibid. 7. disp. 17. n. 15.*

25. In atatis defectu potest ex urgentissima necessitate, idem *lib. 7. disp. 104. n. 12.*

26. In dispensatione Papæ commissa Officiali Dioecesano, id est, Vicario Generali, non potest Episcopus eam expedire, amoto Vicario, idem *lib. 8. disp. 27. quest. ult. n. 30.*

27. Neque etiam Vicarius ipse fiat ejusdem loci Episcopus, *ibid. n. 31.*

28. Exequi potest Successor in Vicariatu, *ibid. quest. 1. num. 10.*

29. Item Vicarius Capitularis, Sede vacante, *ibid. quest. ult. n. 32. & 33.*

30. Item substitutus Vicarius Generalis a Vicario Generali, *num. 41.*

31. Non autem potest ab Episcopo delegari alius Vicarius specialis ad cognoscendas Papæ hujusmodi commissiones, *num. 42.*

32. Potest Vicarius Generalis committere alii processum pro informatione, non ipsam dispensationem, *n. 34.*

33. Eadem potest Vicarius habens Jurisdictionem quasi Episcopalem, *n. 34.*

34. Vicarius Episcopi nihil prorsus potest accipere, sive pro laboribus in instruendo processu, sive pro Decreto dispensationis Matrimonialis. Congreg. Episc. 22. April. 1616, contra Sanchez, qui concedit stipendium pro solis laboribus, *loc. cit. disp. 35. n. 10.*

35. Neque exculenta, poculentave, idem *n. 12.*

36. Neque Episcopus oblatum sponte recipere potest Congreg. Episc. 17. Martii 1619. *V. Baptismus, n. 13, 14, 15. Dispensatio, n. 27. & seqq.*

Matrimonii celebratio.

1. **N**E quovis modo, directe, vel indirecte subditi, vel alii cogantur ad Matrimonia, anathematisque poena ipso facto est illata. *Trid. sess. 24. cap. 9.*

2. Ne vagantes facile ad Matrimonium recipiantur, sed a Magistratibus etiam secularibus coerceantur, *ibid. cap. 7.*

3. Et

3. Et non conjugantur, nisi facta diligenti Inquisitione, & re ad Ordinarium delata, & ab eo licentia obtenta, *ibidem*.
4. Tollatur mutua Sponsorum conversatio ante Matrimonium. Prov. 6. & Trid. loco cit. cap. 1.
5. Sponsis copulam habentibus ante conjunctionem Sacerdotalem ne detur publica pœnitentia, sed salutaris, aut pecuniaria moderata. Congreg. Episcop. 15. Maji 1590.
6. Non debent prohiberi matrimonia ignorantibus Doctrinam Christianam, nisi comminatorie id fiat, eadem 3. Martii 1588. Barbosa alleg. 32. num. 173.
7. Qua ratione ne jungantur ii, qui fidei rudimenta ignorant. Prov. 5.
8. Ne jungantur ii, qui illud clam contrahere attentarint, nisi de licentia Episcopi. Prov. 3.
9. Neque jungantur ante utriusque Parochi, si diversa sint Parochiæ, testimonium datum de Denunciationibus. Prov. 2.
10. Si alter Parochus est alienæ Diœcesis, accedat subscriptio cum sigillo ab Ordinario loci, aut Deputato, *ib.*
11. Pro licentiis contrahendi Matrimonii nihil accipiatur, nisi moderatum aliquid a Notario pro informatione extraneorum. Congreg. Episc. 10. Jun. 1586.
12. Gratis Matrimonia ministrentur, eadem 5. Julii 1619.
13. Sollemnes nuptiæ prohibentur ab Adventu ad diem Epiphaniæ, & a fer. 4. cinerum ad Octavam Paschatis inclusive. Trid. loco cit. cap. 10.
14. Quocumque tempore potest Matrimonium contrahi, sed sollemnitates, convivium, traductio dictis temporibus prohibentur. Decisum referunt DD. apud Barbof. allegat. 32. num. 194.
15. Non ipsa die, qua fit ultima Denunciatio. Prov. 3.
16. Potest tamen Episcopus id concedere monito prius populo, aut quia instant dies prohibiti, *ibid.*
17. Mane celebretur Matrimonium, *ib.*
18. Et non nisi potest diluculum postridianæ diei, quæ postrema est interdictionum nuptiarum, *ibid.*
19. Ne extra Parochialem Ecclesiam celebretur. Prov. 2.
20. Non potest Episcopus prohibere, quin celebretur domi. Decisum referunt DD. apud Barbof. alleg. cit. n. 18.
21. Episcopus potest dispensare in tempore, & loco. Provinc. 3.
22. Conjuges triduo saltem ante consummationem Matrimonii peccata sua confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trident. loco cit. cap. 1. Vel eo die, quo fit Matrimonium. Miss. Roman.
23. Laudabiles consuetudines, & cœremoniæ hac in re retineantur, *ibid.*
24. Ne cum instrumentis musicis ducatur sponsa ad Ecclesiam. Prov. 2.
25. Usus frangendi cyathi, & similes abusus tollantur, Provinc. 1. & 4.
26. In secundis nuptiis viduarum prohibeantur conventus, clamores dissoni ante domos conjugum, vel per vias nocturni, sub gravibus pœnis. Prov. 7.
27. Fascinantes, & venefici excommunicentur. Prov. 5.
28. Et ii, qui mandarint, suaserint, consenserint, *ibid.* & ii, qui solverint maleficia per verba superstitiosa, & improbata, *ibid.*
29. Qui aliter, quam præsentem Parocho, vel Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia duobus, vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt, inhabiles fiunt ad sic contrahendum, & contractus est nullus. Trid. loco cit. capit. 1.
30. Possunt tamen iterum inter se coram Parocho, & testibus contrahere. Decisum referunt DD. apud Barbof. num. 251. alleg. 32.
31. Parochus, vel Sacerdos, vel Testes aliter assistentes, quam dictum est, una simul, & contrahentes ipsi puniantur arbitrio Ordinarii. Trident. loco cit. c. 1.
32. Alius Sacerdos non potest benedicere nisi de licentia Parochi, vel Ordinarii, quacumque sublata consuetudine, vel Privilegio, *ibid.*
33. Si conjugat, aut benedicat; prætextu etiam Privilegii, seu consuetudinis immemorabilis, suspensus ipso jure sit, quamdiu ab Ordinario proprii Parochi absolvatur, licet ille sit Regularis, *ibid.*
34. Non Parochus loci, sed contrahentium est necessarius. Prov. 6.
35. Et Parochus habitationis eorum, Decisum 6. Jun. 1621, refert Barb. loco cit. n. 63.
36. Valet coram Parocho notorio fornicatore, nondum condemnato, & coram Parocho non Sacerdote; & coram Coadjutore Parochi. Decisum refertur a Barbof. loco cit. n. 9.
37. Valet etiam coram Sacerdote degradato, si de Parochi licentia assistat. Sayr. de cens. lib. 5. cap. 22. n. 26.
38. De Parocho non Sacerdote oppositum fuisse, decisum referunt aliqui apud Barbof. n. 106. Doctores affirmant valere, *ibid.*
39. Valet item coram Parocho prohibito ab Ordinario, ne intersit; immo, & coram Vicario Parochi amovibili ad nutum Ordinarii: licet hic prohibeatur adesse. Decisum refert Barb. *ibid.* n. 39.
40. Item coram eo Sacerdote, cui generalis licentia data

fuit a Parocho exercendi omnia Parochi Officia. Decisum refertur *ibid.* n. 107. 127.

41. Vicarius Generalis potest constituere alium vice proprii Parochi in favorem Matrimonii, immo & ipsemet adesse pro Parocho. DD. apud Barb. loco cit. n. 17.

42. Non valet coram Vicario Parochi amovibili, nondum approbato ab Episcopo. Congr. Episc. 22. Decemb. 1617.

43. Sufficit alter ex Parochis, si vir, & mulier sint in distincta Parochia, DD. apud Barb. n. 98. loco cit.

44. Et melius est si assistat ille, in cujus Parochia celebratur. Decisum referunt DD. apud eundem, *ibid.* n. 65.

45. Valet etiam, si adsit vi, seu dolose adductus, intelligit contrahentium sensum, modo non affectet, se non audire. Decisum referunt DD. apud Barb. *ibid.* n. 83. 85.

46. Qui Parocho dolose compulso adesse Matrimonium celebrare præsumperint, ipso facto sint excommunicati, & puniantur pœna centum aureorum. Prov. 7.

47. Iisdemque pœnis feneantur ii, qui auxilium, opem, consilium quoquomodo præbent, *ibid.*

48. Parochi pœna triennalis suspensionis ab Officio ex jure Canonico, quia clandestino Matrimonio interfuit, non potest diminui ab Episcopo. DD. apud Barbof. loco cit. n. 166.

49. Virgo data in Matrimonium viro, qui aliam habuit uxorem, potest benedici, si ita viget consuetudo, Congr. Episc. 8. Martii 1602.

50. Habeat Parochus librum, in quo nomina Conjugum, Testium, diem, & locum matrimonii contracti describat, & diligenter custodiat. Trid. loco cit. cap. 1.

51. Scribatur etiam substituto, quæ sit a Parocho, alterius Sacerdoti in hoc Sacramento, quæ non fiat; nisi Episcopo illum probante. Prov. 3.

52. Quæcumque concesserit Episcopus, fiant in scriptis, & Parochus notet in libro singula. Prov. 1.

53. Decreta Concilii Trid. prædicta publicentur populo, quoties expedire videatur. Trid. loco cit. cap. 1.

V. Benedictio, num. 11. Forum Episcopale, num. 29. Græcorum jura, num. 5. Interdictum, num. 37. Irregularitas, numer. 19. 46.

A D D I T I O.

1. Tempore Adventus, & Quadragesimæ non prohibeantur sponsalia de futuro. Congreg. Episcop. 18. Decemb. 1589.

Valet Matrimonium, ubi contrahens moratur tamquam Prætor, Judex, Medicus temporalis. Decisum refert Garz. de Benef. par. 5. cap. 7. n. 11. ad 5.

Item valet post quartum habitationis mensem a muliere coram Parocho oppidi, ad quod translata fuit sub præcepto illinc non discedendi, donec aliud statuatur. Decisum refert Barbofa de off. Parochi, cap. 21. n. 39.

4. Valet conjugium juvenis cum meretrice, qui dubitabat impediri a parentibus, & Romam iverunt, & in quadam Parochia aliquantulum morati erant. Decisum refert idem *ibid.* num. 49.

5. Valet coram Parocho non promotum infra annum. Congreg. Conc. 12. Martii 1593.

6. Etiam, licet collatio ejus Beneficii sit nulla ob defectum Examinatorum synodaliū, eadem 31. Julii 1627. apud Barb. loco cit. num. 51.

7. Non valet coram Parocho illius loci, ubi contrahentes reperiuntur, recreationis tantum causa. Decisum refert Garz. loco cit. ad 4.

8. Neque coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam a proprio Parocho unius ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, prout ignorat unus ex contrahentibus. Decisum refert Barbofa loco cit. num. 75.

9. Neque valet, si revera licentia non est vera. Congreg. Concil. 7. Sept. 1620.

10. Neque in iis, qui per fraudem accedunt ad locum, in quo non sit promulgatum. Concil. Trid. ut ibi sine Parocho, & testibus contrahant, ead. 7. Februarii 1602. 5. Septembris 1626. 16. Decemb. 1628. apud Barb. loco cit. n. 92.

11. Absentia viri, qui discessit Anno 1602. usque ad Annum 1627. sine noticia, quod supervivat, non est sufficiens, ut ejus uxor transeat ad secundas nuptias. Decisum refert Barbofa *ib.* n. 9. in una Mediol.

12. Parochus benedicens secundas nuptias in casu non permissio, an incurrat suspensionem. Ajunt, Negant DD. apud Barbof. loco cit. n. 106.

13. Excusat crassa ignorantia, *ib.* 107.

14. Eleemosyna occasione benedictionis recipi debet a Parocho, & non ab alio. Congreg. Rit. 25. Jan. 1602.

Medicus

1. NE ultra tertium diem visitet ægrotum inconfessum, sub variis pœnis etiam arbitrio Ordinarii. Pius V. Anno 1566.

2. Ante Doctorem promittat, hoc idem juratus, *ib.*

3. Vel Ordinarii juramentum hoc exigat aliter mederi, & ab ingressu Ecclesiæ arceatur, *ibid.*

4. De absolutione Visitantis contra hoc Decretum. Vide sup. Absolutio num. 37.

5. Intelligentur prædicta de infirmis in lecto jacentibus ob morbum, non podagræ, sed eum, qui de se lectum requirit. DD. apud Barbof. alleg. 91. n. 4.

6. Bulla Pii V. prædicta quotannis evulgetur. Prov. 3.

7. Medici Hebræi, aut infideles ne adhibeantur; alias negentur Sacramenta, & sepultura Ecclesiastica, Gregor. XIII. Anno 1581. V. Fidei Professo, num. 27.

Miraculum.

1. **T**Ria requiruntur ad Miraculum; sit aliquod arduum, & difficile; sit insolitum; præter ordinem, & vires naturæ. S. Thom. 1. par. 9. 105. art. 7. ad 2.

2. Non potest publicari, seu venerari ut tale, sine approbatione Ordinarii. Trid. sess. 25. de Invoc. SS. Vide supra Beatorum cultus, num. 2. & seqq.

3. Falsa Miracula prædicantes sunt excommunicati excommunicatione Papali. Navarrus cap. 27. num. 113. excommunic. 30.

Missæ.

1. **I**N Celebratione Missarum tollantur omnia, quæ avaritiam, irreverentiam, superstitionem sapiunt. Tridentin. sess. 22. cap. 15.

2. Mercèdum conditiones, pacta, quicquid promissis novis datur, illiberales eleemosynarum exactiones, *ibid.*

3. Removeatur certus numerus Missarum & candelarum, *ibidem.*

4. Ne cui vago, & ignoto Sacerdoti celebrare liceat sess. 23. cap. 16. neque notorie criminoso. Idem *ubi supra.*

5. Ne admittantur ad Celebrandum non approbati. Prov. 1.

6. Alienæ Diocesis Sacerdotes serant secum Dimissorias duobus non ante mensibus datas, si in Provincia; quatur, si extra in Italia; sex, si extra Italiam. Prov. 1.

7. Neque in Regularium Ecclesiis sine Dimissoriis celebrare permittantur. Decisum referunt DD. apud Barbofam alleg. 21. num. 8.

8. Neque in Ecclesiis Monialium celebret quis sine licentia Episcopi, sub pœna suspensionis. Prov. 2.

9. Ne cuiquam Missa prima, nisi a peritis instructo, concedatur. Prov. 1.

10. Missæ novæ convivia, ludi, choreæ tollantur, *ibid.*

11. Celebrant Sacerdotes Missam saltem diebus Dominicis, & festis sollempnioribus. Trid. sess. 23. cap. 14.

12. Ne detur amplius facultas faciendi plures Missas in die, quacumque de causa. Prov. 5.

13. Ubi non est Clericus, ne celebretur sine licentia Episcopi. Prov. 4.

14. Cuiusque Cappellæ, ubi Missa celebratur, detrahatur aliquid pro Clerico, si aliunde non detur, aut ex pluribus Cappellarum redditibus, quantum satis est pro uno Clerico, *ibid.*

15. Facultas celebrandi detur sine præiudicio Parochialis Ecclesiæ, *ibid.*

16. Non potest Episcopus cogere Cappellanum, ut ipsemet celebret, licet in fundatione disponatur, quod Rector celebret; nam per alium potest. Decisum referunt DD. apud Barb. alleg. 24. num. 29.

17. In privatis domibus, aut extra loca designanda, & visitanda ab Ordinariis ne celebretur. Trid. loco cit.

18. Non potest Episcopus deputare pro Missa Oratorium in domo privata. Paul. V. per litt. Card. Lancellotti 10. Martii 1615. apud Naldum habet litteras V. Missas, n. 31.

19. Si concedat Papa, adhuc non poterit ibi Missa fieri in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. Virginis, Festo SS. Petri, & Pauli, & omnium SS. Congreg. Rit. 17. Novembris 1607. hoc est, in primo die Paschatis, Pentecostes, &c.

20. In Oratoriis Confratrum ne Missa celebretur diebus Festis ante Missam Parochialem. Congregatio Episcoporum 14. Maji 1585.

21. In Infirmaria Monialium ne permittatur celebrari Missa, eadem 22. Augusti 1605.

22. In Palatio Episcopi, & privato Oratorio ejusdem, potest fieri Missa. Decisum refertur apud Barbofam alleg. 22. num. 5.

23. Ne semel quidem in hebdomada celebret alibi, qui quotidie alicubi celebrare tenetur, nisi alium substituat. Prov. 4.

24. Pro Missis ex legato relictis, non assignato loco debet Cappellanus eligere locum, ut innotescat, an satisfecerit. Congreg. Episc. 17. Januarii 1594.

25. In Altari Privilegiato pro certis tantum diebus, si incidat festum duplex de præcepto, non potest dici Missa de Requiem. Congreg. Rit. 24. Aprilis 1627.

26. Debitis horis fiat Missa. Trid. loco cit. & Missæ vespertino tempore non possunt celebrari sub pœna suspensionis perpetuæ a Divinis. Pius V. Anno 1566.

27. In diebus festis præsentem corpore, potest celebrari Missa sollempnis de Requiem. Congreg. Rit. 23. Maji 1603.

28. Qui Missam ex obligatione beneficii dicendam omiserit, sive is beneficium obtineat, sive sit mercenarius, diebus

quidem Festis pœnam luat duorum realium; in sollempnioribus quatuor; in ferialibus unius. Prov. 7.

29. Qui Missæ quotidianæ onus habent, si per annum saltem illud obierint, infirmitate impediti per mensem, Episcopi iudicio, integram eleemosynam percipere possunt, *ib.*

30. Si diutius ob infirmitatem abstinerint, eleemosyna ejus temporis careant, *ib.*

31. Ordo Missarum in Ecclesiis statuatur, & servetur. Prov. 1.

32. Potest Episcopus dispensare circa locum, tempus, & horam, justa de causa, ut cum eo, qui abest ratione studii. Henriq. lib. 9. cap. 24. §. 4.

33. Anticipata celebratio pro incerto eleemosynam oblato est prohibita a Paulo V. & Congregat. Concilii 15. Novembris 1605.

34. Anticipata celebratio ejus Missæ, quæ die sequenti facienda erat, conceditur. DD. apud Barbofam allegat. 24. num. 14.

35. Si eligatur persona in fundatione, ut quotidie celebret, non tenetur quotidie, sed titulo honestatis, vel alia justa causâ, semel in hebdomada potest non celebrare. Barb. *ibid.* num. 31.

36. Secus, si dicatur: quotidie ibi celebretur: nam per alium supplere debet, *ibid.*

37. Stipendia Missarum statui possunt ab Episcopo. DD. apud Barb. *ib.* num. 9.

38. Non potest statui, ne Sacerdotes accipiant minus quam taxatum sit, *ib.* n. 9.

39. Pro stipendio, etiam incongruo, acceptato pro Missa, ea dicatur integre, & non una pro pluribus stipendiis, sublati omnibus privilegiis. Congregat. Concilii, Decreto edito 21. Junii 1625. *

40. Qui cum certam eleemosyna suscipit Missam celebrandam, eam ne committat alteri, retenta sibi parte eleemosynæ, *ibidem.*

41. Præscriptio eleemosynæ jam acceptatæ pro Missa pendet ab offerente eleemosynam: in casu dubio, ab Ordinario more locorum, ead. Anno 1627. in decl. *

42. Præscripta taxa ab Ordinario, tot tamen dicantur Missæ, quot voluerit offerens eleemosynam, etiam minori dato stipendio, *ibid.*

43. Si major eleemosyna detur ultra taxam, ea tota detur Celebranti, *ibid.*

44. Testatore non præscribente eleemosynam pro certo numero Missarum, quem desiderat, præscribat Ordinarius, *ibidem.*

45. Qui titulo Beneficii, Cappellæ, legati, salarii, tenentur celebrare, non potest eadem Missa alteri danti eleemosynam satisfacere, *ibid.*

46. Administratores Missarum non possunt retinere partem eleemosynarum, nisi cum Ecclesia nullos habet redditus pro cera, paramentis, &c. subministrandis: & tamen expensis præcise pro Missa deductis, dicantur tot Missæ, quot fuerunt ab offerentibus præscriptæ, *ibid.*

47. Eleemosynæ quotidianæ ita accipiantur, ut oneribus anterioribus fiat satis, alias rejiciantur, *ibid.* 1625.

48. Nova onera in dies ita recipi possunt, ut infra modicum tempus possit satisfieri, nisi consentiat offerens in longiorem dilationem, *ibid.*

49. Prohibentur capsulæ pro Missis, etiam in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, hoc est ad colligendas incertas eleemosynas, *ibid.*

50. Et in prædictis comprehenduntur etiam privati Sacerdotes, *ib.* 1626.

51. Onera vero perpetua Missarum a sæcularibus, & Clero sæculari ne recipiantur sine licentia Episcopi in scriptis, *ibidem* 1625.

52. Qui non concedat licentiam, nisi constet, posse fieri satis oneri novo perpetuo juxta morem patriæ examinato reddito, *ib.* 1525.

53. Pecuniæ pro iisdem, seu bona stabilia deponantur statim penes idoneam personam, vel Ædem sacram, & investiantur, & in eorum alienatione fiat semper mentio oneris perpetui Missarum, *ib.*

54. Depositio, & investitura forma prædicta præcipitur sub pena interdicti eo ipso ab ingressu Ecclesiæ, *ib.*

55. Reductio Missarum, seu moderatio onerum reservata est Apostolicæ Sedi, *ibid.*

56. Etiam in legato tenui, *ibid.* 1626.

57. Si in fundatione datur Episcopo reducendi facultas, ea non est sublata, *ibid.*

58. Liber habeatur in unaquaque Ecclesia, in qua scribantur onera Missarum, & quando fit satis, & a Deputato subscribatur singulis diebus. Prov. 1.

59. Tertio quoque mense per idoneos ministros exigatur ratio Missarum, *ibid.*

60. Qui carent hoc libro Rectores aureo nummo mulctentur; qui non scribunt, duodecim solidis. Prov. 7.

61. In concursu populi, ubi eleemosynæ dantur pro multis Missis, præficiatur qui colligat, & distribuat onera cum eleemosynis, & rationem reddat. Prov. 1.

62. Aut Depositarius eligatur, qui solvat post onerum satisfactionem, *ibid.*

63. Multat; de quibus supra, afferuntur in capsâ, & dentur iis, qui negligentiam suppleant. Prov. 3.

64. In qualibet Collegiata, & Plebe constituatur earum Exactor, *ibid.*

V. Altare, num. 28. Clericus, num. 42. 44. Exequia Ecclesiasticorum, n. 1. & seqq. Filii Clericorum Illegitimi, n. 19. Functiones Episcopales, num. 11. 20. Hebrai, num. 51. Pestis, num. 10. Protonotarii, num. 3. 16. 17. Regularium jura sub Episcopis, num. 29.

A D D I T I O.

1. In eò Altari, sub quo, vel sub cujus pradella humata sunt corpora Defunctorum, non debet celebrari Missa, donec alio transferantur. Congregatio Episcoporum 10. Novembris 1599.

2. Antè diem, & horis indebitis celebrare non licet, etiam vigore Privilegiorum ante Concil. Trid. concessorum. Decisum refert *Lexana in summa q. Regula c. 21. n. 2.*

3. Sacerdos alienigena, qui per longum tempus in aliquo loco celebravit; cujus vita, & mores sunt notorii, non est cogendus ostendere Litteras Commendatitias sui Ordinarii. Congr. Episc. 26. Januarii 1588.

4. Qui quotidie tenetur celebrare, si ægrotet per duos menses, non tenetur per alium satisfacere. *Petr. Nav. de restit. l. 2. c. 2. n. 210. & Nald. V. Missa, n. 11.*

5. Per dies quindecim docet idem *Diani tract. de celebra. Missæ, resol. 27.*

6. Per octo dies, vel decem, *Barb. de potest. Episc. allegat. 24. num. 32.* cui adhareo.

7. Non potest satisfieri duabus obligationibus unica Missa, & cum novo stipendio; nisi in fundatione cautam sit expressæ, quod non teneatur sacrificium applicare. Nota: expressæ Congreg. Concilii 13. Julii 1630. apud *Barbosam de jure Eccles. lib. 3. cap. 5. num. 38.*

8. Qui habuerit obligationem unius Missæ in hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare alteri Celebrationem dictarum Missarum cum elemosyna consueta, juxta morem regionis, rezenta sibi parte dicti stipendii, eadem 7. Septembris 1630. apud eundem *ibid. num. 39.*

Missæ Ritus.

1. Missæ approbatæ pro certis Regularibus non possunt ab aliis dici, nec in eorum Regularium Ecclesiis. Congreg. Rit. 19. Novembris 1622.

2. Missa Rosarii concessa est Dominicanis tantum; non aliis, eadem die 8. Aprilis 1628.

3. Pro ea solet concedi Missa votiva communis de B. Virg. ead. 5. Maji 1623.

4. Missa S. Mariæ de Carmelo solis Carmelitis conceditur, eadem 6. Aprilis 1628.

5. Missæ XV. Auxiliatorum, S. Gregorii pro vivis, & pro defunctis, Venetiis, & alibi impressæ, de Patre æterno, sunt omnibus prohibitæ, eadem *ibid.*

6. Non tamen Missæ prohibentur eæ, quæ numero triginta, nomine Sancti Gregorii appellantur, de quibus *Dial. 4. cap. 55.* eadem 28. Octobris 1628.

7. Sed & prædictæ nominatim prohibitæ retineri non possunt, sub pœna inflicta tenenti libros prohibitos, eadem 8. Aprilis 1628.

8. Cappellani Monialium possunt celebrare Missam de Sancto, de quo Moniales recitant Officium; sed cum Missali Romano de comunari, si intra Missale Romanum non est de eo Missa propria, eadem 20. Novembris 1628.

9. In ipsa Missa ritus, & preces approbatæ tantum adhibeantur. *Trid. sess. 22.*

10. Solis Episcopis licet fumere paramenta de Altari. Congreg. Rit. 7. Julii 1612.

11. Non competit Vicariis Generalibus, ut ad eorum Missam ardeant quatuor candelæ in Altari, neque quod duo illis ministrent cum Cotta, etiam si sint Protonotarii, eadem Congreg. Rit. 7. Augusti 1627.

12. Annulli usus prohibetur in Missa Protonotariis non participantibus, & Doctoribus, eadem 11. Februarii 1623.

13. Et Canonicis Cathedralium, eadem 20. Nov. 1628.

14. Pileoli usus in Missa non potest concedi, nisi a Papa, eadem 31. Januarii 28. Martii 24. Aprilis 1626.

15. Missam inchoatam nemo repetat. Prov. 1.

16. In Oratione *A cunctis*, nomen S. Michaelis, seu Sancti Joannis Baptistæ, si ii sunt Patroni, vel Titulares, ponitur ante Apostolos. Congreg. Rit. 22. Augusti 1620.

17. Oratio jussa a Superiore dici, ultra Collectas de die, non dicitur in festis primæ Classis, eadem 28. Augusti 1627.

18. Liber Evangelii non debet dari osculandus, nisi Episcopis, Prælati majoribus, & Principibus magnis, non Gubernatoribus, aliisque Ministris. Congreg. Episcoporum 22. Augusti 1589.

19. Neque Vicario Apostolico, eadem 28. Augusti 1589.

20. Neque Commendatario, seu illius Procuratori. Congreg. Rit. 17. Septembris 1611.

21. Laico Principi non nisi per Clericum deferatur. Prov. 4.

22. Cum oblatio fit in Missa, ne detur Patena osculari. *da. Prov. 1.*

23. In Missa fer. 4. Temporum occurrentis in die Octava Nativitatis B. V. Præfatio erit ferialis. Congreg. Rit. 12. Decembris 1626.

24. In Canonè, nomine Antistitis non sunt nominandi Superiores Regularium, ead. 12. Nov. 1605.

25. Communicantes de Ascensione, non omittitur in Festis secundæ Classis, quæ occurrant infra Octavam Ascensionis, licet de ea non fiat commemoratio, eadem 28. Aug. 1627.

26. Signum, quod fit cum Patena a fronte ad pectus, est signum Crucis, eadem 13. Martii 1627.

27. In Parasceve immittitur Particula in Calicem sine Crucis signo, eadem 28. Augusti 1627.

28. In fine Missæ ad quodcumque Altare celebratæ fit reverentia Cruci infra gradus, capite discooperto, ead. *ibid.*

29. Reliquæ in Missali habentur; & in *Tthesauro sacrorum Rituum, tom. 1. Auctore hujus operis, ubi multa.*

V. Cardinalis, num. 21.

Exequia, num. 30. 53. 54. 55.

Missæ, num. 4. 11. 12. 13.

Missæ Parochialis.

1. Parochi saltem ter in hebdomada celebrent. Prov. 1.

2. Die Festo duabus horis post ortum solis fiat Missa. Prov. 4.

3. Aliis diebus pro commodo populi, *ibid.*

4. Si alius est Sacerdos, hic in aurora celebret pro iter agentibus, *ibid.*

5. Intra fines Parochiæ nulla fiat Missa in die Festo, excepta illa prima ante Missam Parochialem, sine licentia Parochi, *ibid.*

6. Si illa prima nocet, tollatur, *ibid.*

7. Ne gratia cujuscumque anticipetur, aut differatur, neque Concio omittatur. Prov. 8.

8. Imperiosi minaces in hac re coercentur ab Episcopo; Clericus privatione Beneficii, seu inhabilitate ad Beneficia laicis excommunicatione. Prov. 4.

9. Moneatur populus ut Parochialem audiat Missam. Provinc. 1.

10. Non potest Ordinarius multatis, & pœnis per Conc. Trid. etiam in casu notabilis negligentia, aut contumacia, cogere populum ad audiendam Missam in Parochiali. Decisum referunt DD. apud *Barbosam alleg. 24. num. 17.*

11. Possunt enim Laici eandem audire in Ecclesiis Regularium ad libitum. Leo X. 13. Novembris 1517. Congregat. Episcop. 1. Julii 1606.

12. Viduæ non excusentur ab audienda Missa, ultra mensuram. Prov. 1.

13. Ne quid profanum in Missa publicetur. Prov. 4.

14. Cum elevatur Sacramentum, detur signum sono campanæ, quæ est in Turri. Prov. 2.

V. *Doctrina Christiana, num. 15.*

Missæ, num. 15. Regularium jura sub Episcopis, num. 30.

A D D I T I O.

1. Non potest prohiberi celebratio Missæ in Oratorio rurali ædificato per laicum, antequam celebretur Missa Parochialis. Congregatio Concilii 18. 1627. Congregatio Rit. 31. Martii 1629.

Missæ Conventualis.

1. Tenentur Canonici omnino cantare Missam de die, ut lucrentur distributiones. Congreg. Rituum 28. Januarii 1612.

2. In Cathedralibus, & Collegiatis, etiam in ferialibus, fiat Missa cum Diacono, & Subdiacono, si numerus sufficiat. Prov. 4.

3. Canonico Celebranti Assistens datur, si est immemorabilis consuetudo. Congr. Rit. 19. Junii 1604.

4. Potest Episcopus cogere Canonicos, ut a Cappellanis in Quadragesima cantare faciant Missam cum Diacono, & Subdiacono, eadem 17. Julii 1627.

5. Missa Votiva, seu de Requiem non valet pro Missa de die, nisi ut in Rubricis, eadem 16. Januarii 1627.

6. Anniversarium Defunctorum, aut in die Depositionis, supplere non potest pro Missa de die, sed utraque cantanda est Missa, eadem 12. Julii 1628.

7. Neque consuetudo contraria induci potest non cantandi Missam Conventualem de die, eadem 16. Jan. 1628.

8. Duæ Missæ de Festo, & de feria in Rubricis præscriptæ, non debent omitti; neque potest omitti altera, etiam si celebrandum sit Capitulum, eadem 6. Maji 1626. & 16. Januarii 1627.

9. Cum prædictæ duæ Missæ præscribuntur, ambæ cantentur; & præterea, si occurrant, Anniversaria fiant, sub pœna perdendæ Distributionis, omnibus de Choro, toto eo die, & sequenti. Prov. 4. ex *Miss. Rom.*

10. Missa Nativitatis Domini in Aurora sic omittatur in Collegiatis, neque in Parochiali, ubi cantatur prima, & tertia Missa, *ibid.*

11. Qui benedicit Cineres, Candelas, Ramos, debet etiam cantare Missam sequentem. Congr. Rit. 26. Febr. 1628.
12. Missa sollempnibus in Rogationibus Majoribus dicitur de Sancto Marco, si in Ecclesia ejusdem terminatur Processio, eadem 23. Maji 1603.
13. Missa sollempnis pro re gravi ea est inter Votivas, pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo, ead. 19. Maji 1607.
14. Qui Missam Conventualem cantare debet, & contemnit, vel negligit, distributione tridui careat, & suspendatur a munere Ordinis sui. Prov. 2.
15. Planetis plicatis in Missa uti possunt Regulares in Ecclesiis propriis insignioribus. Congr. apud Alcocer. in suo Ceremoniali.
16. Si ob terræ frigiditatem populus veniat tarde pro sollempni Missa, tardius etiam recitetur Hora tertia, potius, quam decantetur post sextam, eadem apud eundem *ibid.*
17. Celebrans, & Ministri sedere possunt dum cantatur Epistola, & Graduale, eadem apud eundem *ibid.*
18. Sedeat autem ille in loco parato, non in stallo, eadem 12. Jun. 1627.
19. Beneficiati sollempniter Celebrantes cum Diacono, & Subdiacono debent sedere in eodem loco, ubi sedent Canonici Celebrantes sollempnem Missam, non obstante quacumque consuetudine, eadem 15. Januarii 1611.
20. Si quid cantatur in Missa præter ea, quæ habentur in Missali, prius probetur ab Episcopo. Prov. 3.
21. Hymnus Angelicus, Symbolumque non dicuntur in Votiva sollempni, in qua paramenta violacea adhibentur. Congr. Rit. 19. Maji 1607.
22. Symbolum totum canatur a Choro, non alternatim cum Organo. Prov. 3.
23. Presbyter Celebrans neminem thurificet, neque Diaconus det pacem Domino loci. Congr. Rit. 5. Julii 1614.
24. Canonici parati incensantur ante Vicarium, eadem 6. Mart. 1610.
25. Beneficiati parati incensantur ante non paratos, eadem 30. Augusti 1602.
26. Vicarius non Prælatus duplici tantum ductu incensatur, absente Episcopo, eadem 14. Jan. 1617.
27. Vicario etiam Apostolico non datur trina incensatio. Congreg. Episcop. 28. Augusti 1589.
28. Gubernatori Provinciæ thus, & pax dantur post Vicarium Episcopalem etiam absente Episcopo, ead. 30. Junii 1592.
29. In aliis minoribus Civitatibus præsentem Episcopo, dantur Gubernatori, & postea Vicario, sed absente Episcopo, prius Vicario, nisi Gubernator sit Episcopus, ead. *ibid.*
30. Gubernator non Prælatus incensatur post Canonicos Assistentes, ante alios Canonicos Episcopo præsentem: absente vero, post Vicarium Generalem; etiam si ille sit uxoratus, eadem 9. Maji 1606. 17. Novembris 1607.
31. Non incensantur mulieres in Ecclesia cum sollempnitate distincta ab aliis. Congreg. Episc. 26. Aprilis 1594.
32. Cum elevatur Sacramentum, detur signum campanis majoribus. Prov. 2.
33. Pax Diacono datur a Subdiacono post datam pacem in Choro, Episcopo præsentem. Congreg. Rit. 17. Junii 1606. & 15. Martii 1608.
34. Diaconus, & Subdiaconus nisi celebrarint, communicent saltem in Festis. Trid. *sess.* 23. *cap.* 13.

V. Præcedentia, num. 26, 27.
Processio, num. 25.

A D D I T I O.

1. Abrogata est omnis contraria consuetudo non cantandi Missam de die ultra Votivam. Congreg. Rit. 18. Julii, & 28. Augusti 1628.
2. Dignitatibus hinc inde distributis in Choro, incensantur eæ cum Canonicis ab una parte, deinde cum aliis Canonicis ab alia; non autem Dignitates omnes simul ante omnes Canonicos, eadem 7. Decembris 1601.
3. Thurificatio cum triplici ductu convenit uni tantum, & digniori; idest Episcopo, ead. 11. Dec. 1604. 11. Nov. 1614.
4. Absente Episcopo, thurificatur Celebrans triplici ductu, ead. 9. Maji 1606. 30. Jan. 1616.
5. Vicarius Generalis sedens in Choro supra Canonicos duplici ductu, non triplici, si tamen non sit Prælatus, eadem 14. Jan. 1617.
6. Dignitatibus, & Canonicis Cathedralium, & Collegiarum in suis Ecclesiis, duplici ductu fit incensatio; cæteris de Choro unico ductu, eadem 9. Maji 1606. 30. Jan. 1616.
7. Nisi Portionarii, & alii in omnibus, & per omnia æquiparentur Canonicis, ead. 21. Martii 1615.
8. Magistratus æque ac Canonici post eos æquis ductibus incensantur, ead. 10. Junii 1600.
9. Et hoc in omnibus Ecclesiis, ubi conveniunt Canonici Cathedralis, & Magistratus, eadem 16. Junii 1607.
10. Nec non Canonici Collegiæ ante Gubernatorem, & Officiales, eadem Januarii 1618.
11. Semper tota thurificatio facienda est cum unico thuribulo, ead. 21. Julii 1618.
12. Neque probatur duorum usus in incensatione personarum, eadem 15. Martii 1608.

Gavant. Tom. III.

Monetarii.

1. AD Ordinarios locorum, ubi non est Legatus, vel Prolegatus, spectat cognitio causæ Monetarium Ecclesiasticorum, etiam Regularium. Urbani VIII. Anno 1627. *
2. Et ad viciniorem Ordinarium, si locus delinquentis est exemptus, *ibid.*
3. Aureas, & argenteas Monetas tondentes, fabricantes, colorantes, adulterantes, erogantes, sæculari Curie tradantur, *ibid.*
4. Detinentes, transferentes instrumenta, opem, & materiam præstantes, triremium decennali pœna puniantur, *ibid.*
5. Impedientes, ne procedatur, privantur eo ipso Beneficii officii, cum inhabilitate, amissione vocis activæ, & passivæ, excommunicantur, *ibid.*
6. Tenentur omnes consignare acta, & scripturas requisiti a prædictis, *ibid.*

Monialium Monasteria

1. Nova ne erigantur, quibus ad minus 300. scutorum redditus annuus non assignetur pro duodecim sustentandis. Congreg. Episc. 27. Maji 1603.
2. Neque erigantur sine consensu Ordinarii, eadem 13. Septembris 1583.
3. Neque sine speciali Sedis Apostolicæ Indultu, eadem 10. Aprilis 1615.
4. Neque erigantur nisi in locis muro cinctis, & ubi copia Confessoriorum adest, aut facilitas conducendi Confessarium aliunde, eadem 13. Septemb. 1523.
5. Multiplicatio Monasteriorum evitetur in iis locis, in quibus jam erecta laborant inopia, eadem *ibid.*
6. Prope Monasteria tollantur omnes arbores altæ, eadem 13. Augusti 1585.
7. Porta duæ tantum concedantur, una jumentis, & vehiculis, altera aliis usibus. Prov. 4.
8. Duabus clavibus unaquæque claudatur, altera apud Præfectam, altera apud antiquiorem Professionem, *ibid.*
9. Si expedire videatur, addatur vestis ab exteriori parte, clave commissa viro fideli. Prov. 6.
10. Tres rotæ, aut quatuor ad summum, ad Januam, in collocatorio, in Ecclesia pro sacris vestibus, & prope sedem Confessionalem. Prov. 4.
11. Rota, quæ in Ecclesia, binas valvas ligneas habeat, interiores cum clave apud Præfectam, exteriores cum clave apud Cappellanum servanda, sive alium judicio Superioris, *ib.*
12. In collocatorio nullo modo sit porta, per quam aditus sit ad Monasterium. Congreg. Episcop. 12. Octobris 1592.
13. Ostium collocatorii interius sit semper clausum, ejusque clavis sit apud antiquiorem earum, quæ Auscultatrices dicuntur. Prov. 1.
14. Duo ferrei cancelli construantur ibi, qui saltem palmo distent alter ab altero, *ibid.*
15. Intimo cancello versus Moniales ferrea lamina appingatur, immobilis, cui ligneus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instar fenestrationis, quæ aperiri possit, cum erit colloquendum, apponatur, *ibid.*
16. Lamina sit perforata exiguis foraminibus, & in ea fieri potest quadrata fenestellula, cujus clavis sit apud Præfectam, neque aperienda erit, nisi Episcopo, vel Superioribus Ordinis, aut parentibus, & sanguine conjunctis Monialium, aut Notario instrumentum confecturo, vel Concionatori, *ib.*
17. Clavis ostii exterioris collocatorii committatur Confessario, vel pio viro, qui noctu, & certis diebus invigilent, ne collocationi sit aditus. Prov. 6.
18. Dormitionis locus sit unus, clave noctu apud Præfectam retenta. Prov. 1. & 4.
19. Duo alia Monasterii loca sint communia pro vestibus Monialium, & pro labore manuum. Prov. 4.
20. Caminus privatis cellis ne permittatur, & ubi est, obturetur, *ibid.*
21. Horti in angustiorem fines concludantur, *ibid.*
22. Ea sit clausura Monasterii, ut Monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberis secure per Monasterium ambulare liceat. Prov. 1.
23. Aedes proximæ ne locentur famosis mulieribus, *ibid.*
24. Neque in ea loca migrent Regulares viri, neve areas Monialibus proximas emant, unde Monialium aspectus fieri possit, *ibid.*
25. Quæ sunt extra moenia urbis, si ita videbitur expedire, transferantur intra Urbem. Trid. *sess.* 25. *c.* 5. *de Regular. V. Monialium cura spiritualis, n.* 21. 26. *Visitaro Episcopi, num.* 27.

Monialium Ecclesia.

1. NE detur ostium, per quod ex Monasterio sit aditus ad exteriorem Ecclesiam. Greg. XIII. Anno 1574.
2. Sanctissimum Sacramentum in publica tantum earum Ecclesia teneatur. Trid. *sess.* 25. *cap.* 10.
3. Ante illud luceat lampas in Ecclesia interior, & altera in exteriori, quando fores patent. Prov. 1.

4. Fenestra, qua Sanctissimæ Eucharistiæ elevatio prospicitur, altius ne pateat cubitis duobus, & uncis duodecim; late vero ut Altaris altitudo. Prov. 4.

5. Ea perpetuo panno lineo tecta sit, qui tantummodo amoveatur, quando elevatur Sacramentum, neque Sacerdos ex Altari videre possit Moniales. Prov. 1.

6. Fenestella pro Communione Monialium ita alta sit, ut Sacerdos commode ministret stans, non genuflexus. Prov. 4.

7. Eiusdem clavis perpetuo sit apud Confessarium. Congr. Episc. 12. Jan. 1604.

8. Pro Sacris Reliquiis fenestella construatur in pariete exteriori cum tribus clavibus, una penes Episcopum, altera apud Confessarium, tertia apud Præfectam. Prov. 4.

9. Organum ne constituatur, nisi locus, in quo apte loceatur, Superioris iudicio ante probetur. Prov. 1.

10. Prohibentur alia instrumenta musica, præter harpicordium, quod ad didicendam Organi artem adhibetur, *ibid.*

11. Præter Missam nihil ab aliis canatur, *ibid.*

12. Ne permittatur in Ecclesiis Monialium cantus simplex, vel figuratus a personis Sæcularibus. Cong. Episc. Anno 1593.

13. Si viget consuetudo sepeliendi Moniales in Ecclesia exteriori, permittatur, eadem 20. Septembris 1594.

14. In Sepultura Monialium, quæ intra clausuram est, ne sepeliantur extranei, eadem 1. Mart. 1585.

15. Ne instituantur ibi Confraternitates laicorum, eadem 6. Novembris 1595.

V. Oratio publica, num. 13.

Monialium Clausura.

1. Clausura perpetua decernitur a Pio V. Anno 1566. 2. Votum Clausuræ venit sub voto obedientiæ. Congr. Episc. 19. April. 1519.

3. Episcopi procurent Clausuram Sanctimonialium; inobedientes, & contradictores compescant per censuras, & pœnas. Trid. *sess. 25. cap. 5.*

4. Nemini Sanctimonialium post Professionem liceat exire, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, *ibid.*

5. Pœna egredientibus est excommunicatio reservata Papæ. Pius V. Anno 1569.

6. Excipitur causa incendii, lepræ, epidimiæ, de consensu Episcopi, & in scriptis approbata, & ad tempus, *ibid.*

7. Epidimiæ nomine intelligitur quicumque morbus popularis contagiosus. Congreg. Episc. 8. Novembris 1594.

8. Etiam si Regularibus sint subjectæ, debet Episcopus approbare causam. Pius V. *loco cit.* & DD. apud Barbof. *alleg. 102. num. 28.*

9. Concedentes licentiam exeundi sine causa, committentes, recipientes subijciuntur prædictæ pœnæ cum privatione dignitatum, Officiorum inhabilitate, & aliis. Pius V. *ibid.*

10. Tectum Monasterii est pars eiusdem. Bonac. *de claus. Monial. q. 1. punct. 1. num. 3.*

11. Non possunt egredi januam Monasterii ad claudendam ulteriorem januam, quæ patet exteris. Greg. XIII. Ann. 1573.

12. Neque exeant ad Congregationem. Congreg. Episc. 9. Octobris 1584.

13. Novitiis non detur licentia exeundi ad videndos parentes, eadem 1. Sept. 1617.

14. Neque transferri possunt Moniales pro instructione novi Monasterii, inconsulta Sede Apostolica, ead. 27. Maji 1603. & Decisum referunt DD. apud Barbof. *loco cit. num. 25.*

15. Si concedatur translatio, fiat in aurora. Decisum refertur *ibid. num. 26.*

16. A viris pravibus, & contagione propinquis. Prov. 5.

17. Si divertant alio, tam in exitu, quam in reditu 20. circiter miliaribus, ad Sacram Imaginem, vel ad consanguineos: non violant clausuram. Sanchez *de oper. mor. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 61.*

18. Neque Conversæ possunt exire ad ornandum Altare in Ecclesia exteriori. Congr. Episcop. 27. Octobris 1592.

19. Possunt pro quæstu egredi, ætatis saltem 40. annorum, non pulchræ; neque pernoctent foris, ead. 14. Aprilis 1615.

20. Idem conceditur Monialibus Convertitis si egeant, & cum iisdem conditionibus, eadem *ibid.*

21. Neque plures, quam octo destinentur ad quæstum, eadem 15. Sept. 1603. & Anno 1573. apud Zechium *de Repub. civ. de reg. cap. 3. num. 15. vers. 9.*

22. Si deinde non egeant, cessent a quæstu, eadem 14. Aprilis 1515.

23. Incurribiles ejici non possunt, neque transferri, inconsulta Sede Apostolica, eadem 17. Maji 1603.

24. Fugitivæ revocentur, & Episcopi iudicio inter Convertitas reponantur, imposita debita pœnitentia. Provincial. 1.

25. In causis criminalibus ne educantur e Monasterio, neque ad breve tempus, in aliud Monasterium, *ibid.*

26. E contra nemini liceat ingredi septa Monasterii Monialium sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurranda. Trid. *loco cit.*

27. Non est tamen absolutio reservata Papæ, *ibid.* neque in Bulla Gregorii XIII. de cuius mente controversia est inter

Doctores; iis assentior, qui negant, eum reservasse simplicem ingressum, sine licentia, Summo Pontifici.

28. Fiat in scriptis licentia, ut supra, nisi ingrediatur una cum Episcop. Prov. 6. vel nisi periculum sit in mora; tunc enim ore tenus dari potest, immo & absque licentia ingressus licet. Bonac. *quæst. 4. punct. 3. n. 2. V. Licentia n. 8. 9.*

29. Vicelegatus non potest ingredi sine licentia Episcopi. Congr. Episc. 9. Martii 1604.

30. Magistratus, & Deputati ad curam Monialium non debent ingredi cum Episcopo, nisi hic eos elegerit, eadem 1. Martii 1585.

31. Pueri, & puellæ cujuscvis minimæ ætatis non possunt admitti intra septa Monialium, eadem 12. Febr. 1585.

32. Ubi viget consuetudo introducendi puellas habitum ibi suscepturas, ut per biduum, aut triduum sint ibidem, toleretur, eadem 12. Junii 1594.

33. Neque possunt admitti consanguineæ ad visitandas ægrotas, etiam in casu mortis. Decisum refert Rodriq. *tom. 1. quæst. 64. num. 11.*

34. Dari debet licentia in casibus tantum necessariis. Trid. *loco cit.*

35. Statuit Episcopus quæ opera in Monasteriis ingressum vitiorum necessarium requirant. Prov. 1.

36. Nulla de causa pernoctare possit quisquam in Monasterio, proposita pœna excommunicationis latæ sententiæ, *ibid.*

37. Confessarius non potest ingredi ad aspergendum domum in Sabbatho Sancto, neque alio die. Cong. Ep. 4. Sept. 1596.

38. Neque ut comitetur Medicos, aut operarios, eodem 13. Sept. 1583.

39. Neque ut audiat Confessiones illius infirmæ, quæ potest accedere ad sedem Confessionalem, eadem *ibid.*

40. Neque item prætextu sepeliendæ Monialis, aut Officium funerale peragendi, eadem *ibid.*

41. Neque item Processionis causa. Prov. 5.

42. In casibus, quibus Confessarius eget socio non est necessaria licentia pro eo expressa. Sanchez *sup. l. 6. c. 16. n. 47.*

43. Administrata Extrema unctione relinquuntur, alia Monialibus ad bene moriendum, & exeat Confessarius. Cong. Ep. 13. Septemb. 1583.

44. Neque Confessarius divagetur ad aliam partem Monasterii, nec etiam occasione visitandi alias infirmas, ead. *ibid.*

45. Chirurghi possunt ingredi in casu necessitatis, etiam post signum vespertinum salutationis Angelicæ, eadem 1593.

46. Quibus cura est Monialium, non possunt ingredi, nisi casibus necessariis, cum paucis senioribus, ac religiosis viris. Gregor. XIII. Anno 1582.

47. Sub pœna, Episcopis prima vice interdicti ab ingressu Ecclesiæ; tum a munere Pontificali; tum excommunicationis ipso facto, non reservata. Idem *ibid.*

48. Aliis autem excommunicationis, & aliis pœnis. Idem Anno 1575. & reservata absolutio. *Absolutio, num. 15.*

49. Episcopus non potest ingredi in Monasterium non sibi subditum, extra visitationem clausuræ, sine licentia Superioris Monialium. DD. apud Barbof. *alleg. 102. num. 42.*

50. Moniales præsumentes admittere alienos sine licentia, vel causa, ut supra, subijciuntur pœnis excommunicationis reservatæ, & aliis. Greg. *ubi supra 1571.*

51. Præterea tribus mensibus carceri mancipetur ea, quæ introduxerit marem, vel foeminam sine licentia, & singulis sextis feriis, panis, & aqua tantum illi dentur, & ad annum velo privetur. Prov. 6.

52. Eandem pœnam luent, quæ rotæ, & januæ præficiuntur. Præfecta, & quævis alia consenserit, *ibid.*

53. Præfecta subjacet prædictis pœnis, si non impederit. Bon. *de claus. Mon. q. 4. punct. 6. num. 16.*

54. Licentiæ Papales revocatæ sunt postremo a Paulo V. ingrediendi Monasteria, conservandi, & cibum sumendi sub pœna excommunicationis reservatæ Papæ.

55. Licentiæ impofterum sunt nullæ, si non accedit consensus Monialium Capitaliter per secreta Suffragia. Urb. VIII. 27. Octobris 1624. apud Bonac. *de claus. q. 4. punct. 5. n. 8.*

56. Visitare potest Episcopus clausuram non sibi subditarum sine assistentia Superiorum Monasterii. Cong. Ep. 25. Junii 1596.

57. Etiam si nunquam alias visitata fuerit, ead. 24. Nov. 1617.

58. Etiam si alieno Episcopo sit subjectum Monasterium eo modo, quo Regularibus. Decisum refert Barbof. *alleg. n. 6.*

59. Et toties quoties expedire judicaverit. Barbofa *ibid. num. 5. & 7.*

60. Et interrogare Moniales Regularibus subjectas de pertinentibus ad clausuram. Congreg. Episcop. 25. Febr. 1583.

61. Et idcirco Monasterium ingredi. Decisum 28. Aprilis 1584. refert Barbofa *alleg. cit. num. 8.*

62. Neque permittat Episcopus deputari a Civitatibus aliquos qui comitentur Visitatores Monialium Regularibus etiam subjectarum. Congreg. Episc. 22. Januarii 1616.

63. Potest Episcopus punire Regulares delinquentes circa clausuram. Greg. XV. Anno 1622.

64. Recusantibus visitari quoad clausuram, possunt ostia frangi ab Episcopo. Fiscus *de Viset. lib. 2. cap. 19. ubi plura.*

65. Possunt excommunicari tamquam impediens jurisdictionem Episcopi; immo excommunicantur in Bulla Coenæ, *ibid. num. 15.*

66. Invocari potest brachium sæculare; quod si negligat, excom-

excommunicari potest, cap. 2. de maledicis, & cap. 1. de offic. Ordin.

67. Excusatur a mortali ingrediens ad duos pedes, & statim regrediens. Graff. de cas. reserv. cap. 5. n. 45.

V. Casus reservati num. 3.

Monialium receptio, num. 26. 34.

Monialium educatio activa, num. 9. 14.

A D D I T I O.

1. Licentia ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectarum danda est ab Episcopo, & Superiore Regularium Monasterii. *Congregat. Concil. 13. Novembr. 1610. facto verbo cum sanctissimo, & Congr. Episc. 26. Aug. 1591. & 21. Febr. 1617.*

2. Idem in Dioecesi fervetur, deputato aliquo, qui pro Episcopo agat, ead. 23. Febr. 1616.

3. Episcopus seu Vicarius primo loco subscribat: in Dioecesi Superior Regularis primo loco, *ibid.*

4. Exceptis repentinis casibus, in quibus alterius subscriptio sufficit, *ibid.*

5. Edicta vero de accessu ad Moniales subscribenda sunt ab Episcopo tantum, *ibid.*

6. Ubi vero est consuetudo, quæ in Superioribus Regularibus non petatur licentia, fervetur. *Congregat. Concil. 21. Maji 1630.*

7. Licentia est necessaria in scriptis, alioquin excommunicatio incurritur. *Barbos. de jure Eccl. l. 1. cap. 44. n. 112.*

8. Excepto casu repentino, *ibid. n. 114.*

9. Renoventur licentiæ Medicorum, Chirurgorum, & operatorum quolibet trimestre. *Congr. Episc. 28. Marr. 1588.*

10. Ad conficiendum panem nullus ingrediatur; canes omnes, seu catechi in Monasterio non admittantur. *Clem. VIII. apud Moscon. de majest. milit. Eccl. lib. 1. par. 4. cap. 4.*

11. Fratres minores non possunt eligi ab Episcopo pro sociis, ut simul ingrediatur Monasterium Monialium. *DD. cum Barbos. loco cit. n. 109. quia in eorum regula Summi Pont. licentia requiritur.*

Monialium collocutio cum Exteris.

1. **E**dictum Episcopi contra colloquentes cum Monialibus sub poena excommunicationis comprehendit etiam eos, qui adeunt Monasteria Monialium non subiecta Episcopo existentia in sua Dioecesi, si fiat mentio etiam de exemptis. *DD. apud Barbos. allegat. 102. num. 74. 75. V. Excommunicatio num. 36.*

2. Licentia alloquendi Moniales Regularibus subiectas debet dari ab Ordinario, & Superiore Monialium simul. *Cong. Episc. 15. Febr. 1595. nisi obstat contraria consuetudo.*

3. Servetur consuetudo, si est, quod detur licentia ab Episcopo, & Superiore Monialium exemptarum. *Decisum refert Quar. V. Monast. Monial. a Congr. Conc.*

4. Non permittatur accessus ad Moniales sub prætextu docendi sonum cymbalorum, aut alterius instrumenti, aut musicam, cantumve, ad crates. *Congr. Episc. 13. Sept. 1583.*

5. Clericus frequentans Monasteria Monialium, si monitus ab Episcopo non desistat, est suspendendus, *cap. Monasteria de vita, & bon. cler.*

6. Potest etiam excommunicari, *cap. ut Clericorum, ibid.*

7. Patres, & matres Monialium possunt eas alloqui sine licentia, non tamen in diebus prohibitis. *Cogr. Episc. 15. Januarii 1616.*

8. Item filii Monialium proprias matres, eadem 15. Martii 1619.

9. Moniales ipsæ ne cum externis loquantur sine licentia Superiorum in scriptis. *Prov. 1.*

10. Poena iis proposita non loquendi cum externis per tres menses, etiam cum propinquis, & singulis sextis feriis se flagellandi cum Psal. *Miserere, ibid.*

11. Abstineant diebus Communionis, Festivis, tempore Adventus, Quadragesimæ, & divinorum Officiorum nisi ex necessitate, *ibid.*

12. Præfecta asservet omnes licentias scriptas, quas quisque feret; Episcopoque clausuram Visitanti, & quoties voluerit, eas exhibeat. *Prov. 6.*

V. *Hebrai, num. 22. Licentia, n. 6. 7. Monialium communes leges, n. 24. Regularium jura in Ordine ad Moniales, num. 9. & seqq.*

A D D I T I O.

1. Episcopus non potest promulgare excommunicationem contra alloquentes Moniale Regularibus subiectam sine licentia ipsorum, sed alias poenas potest imponere. *Congreg. Episcop. 1. Sept. 1617. apud Barb. de jure Eccl. lib. 1. c. 44. n. 168.*

2. Subcollector sine licentia Ordinarii alloquens Moniales potest ab Episcopo excommunicari. *Decisum refert Barbos. loco cit. n. 154.*

Monialium Numerus.

1. **P**ræfigatur Monialium numerus. Pius V. Anno 1566.

2. In tantum numerum constituatur, & conserve-

Gavant. Tom. III.

tur, qui vel ex redditibus propriis, vel ex consuetis elemosynis commode sustentari possit. *Trid. sess. 25. cap. 3.*

3. In numero Monialium comprehenduntur etiam Conversæ necessariae. *Congr. Episc. 6. Novembr. 1595.*

4. Saltem quindecim Monialium sit numerus, eadem 27. Maji 1603.

5. Episcopus debet numerum præfigere, etiam in Monasteriis exemptis cum interventu Superiorum Regularium. *Greg. XIII. Anno 1573.*

A D D I T I O.

1. Virgo non dicitur coacta ingredi Religionem, sed tantum inducta, quando a patre instituitur hæres, ea lege, ut in Monasterium ingrediatur: & nisi ingrediatur, instituit Monasterium, & eidem filiæ relinquit aureos 25. pro alimentis. *Decisum refert Nald. Virgo n. 9.*

2. Prohibentur munera, quæ erant solita dari in ingressu, seu susceptione habitus; & quod sponte offertur a consanguineis in commune fervetur; neque fiant convivia inter Moniales, & multo minus cum sæcularibus. *Clem. VIII. apud Moscon. de majest. mil. Eccl. l. 1. part. 4. cap. 4.*

Monialium Receptio.

1. **E**xcommunicantur omnes, qui quomodocumque Virginem, vel viduam, vel aliam mulierem coegerint invitam ad ingrediendum Monasterium, vel habitum suscipiendum Religionis, vel ad Professionem emittendam. *Trident. sess. 25. cap. 18.*

2. Item ii, qui consilium, auxilium, favorem dederint, quique scientes eam non sponte facere quoquo modo eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint, *ibid.*

3. Non excommunicantur ii, qui per vim inductivam, non coactivam, coegerint virginem Monasterium ingredi. *Decisum refert Barbos. alleg. 104. n. 3.*

4. Non impedit metus reverentialis patris nullis præcedentibus minis, & verberibus. *Riccus in praxi resol. 599.*

5. Effectu secuto, Decretum Tridentini intelligitur. *Barbos. num. 7.*

6. Excommunicantur, & ii, qui voluntatem prædictarum, vel accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine justa causa impederint. *Trid. ubi supra.*

7. Viduam non convenit admitti ad habitum monachalem virginum. *Congr. Episc. 29. Jan. 1585.*

8. Nullo modo admittatur vidua, ut vivat ibi in habitu laicali. *Decisum refert Campanil. Rubr. 12. cap. 16. n. 31.*

9. Illegitimo thoro nata non excluditur. *Congreg. Episc. Anno 1592.*

10. Tertia soror Monialis ne admittatur sine licentia sedis Apostolicæ, ead. 25. Maji 1595.

11. Supernumeraria non potest admitti sine licentia Sacræ Congregationis, ead. 6. Februarii 1615.

12. Ad loca Vacatura non dentur expectativæ, ead. 6. Septemb. 1604. * & 12. Martii 1619.

13. Sub poena Præfectis Monialium privationis Suffragii, ead. 6. Sept. 1604. * & referunt a Campanil. *Rub. 12. c. 16. n. 14.*

14. Ancillæ ne introducantur in servitium infirmarum, seu decrepitarum, sine licentia Sedis Apostolicæ. *Congr. Episc. 22. Augusti 1605.*

15. Moniales S. Claræ regulariter non habent Conversas, eadem 12. Aprilis 1619.

16. Neque Moniales Sancti Francisci, eadem 22. Novembris 1618.

17. Moniali defunctæ, alia subrogetur, non autem in ejus locum supernumeraria, eadem 19. Aprilis 1595. & 6. Septembr. 1604. *apud Camp. loco cit.*

18. Mortua numeraria, etiam Conversa; ad reliquas Moniales spectat Capitaliter aliam admittere in ejus locum, ead. 6. Febr. 1615.

19. Quæ habitum Regularem suscipere voluerit, major sit duodecim annis. *Trid. loco cit. cap. 17.*

20. Habet annum duodecimum completum, alias recurratur ad Sac. Congregationem. *Congreg. Episc. 1592.*

21. Neque habitum suscipiat, antequam examinentur ab Episcopo, vel ejus Delegato. *Trid. loco cit.*

22. Neque dentur Suffragia a Monialibus antequam fuerit examinata ab Episcopo, & data licentia in scriptis. *Prov. 1.*

23. Anno saltem, antequam examinetur, propositum suum aperiat Episcopo, Monialibus, & earum Superiori, *ibid.*

24. Et licet velit ingredi Monasterium Regularibus subiectum, Episcopus tamen examinare illam debet. *Congr. Episc. apud Barb. alleg. 100. num. 4.*

25. Cum examen sit puellæ, moneantur parentes, & alii de excommunicatione lata supra a Concil. *Trid. 1.*

26. Neque per plura Monasteria vagari permittatur, ut inspiciat, quem sibi deligat locum. *Prov. 4.*

27. Sed interea confiteatur Confessario Monialium semel singulis mensibus, & probetur a Monialibus. *Prov. 1.*

28. Suffragia deinde dentur tacita, etiam in Monasteriis Regularium curæ subiectis. *Prov. 4.*

29. Et duas partes ex tribus Suffragiorum ferat, *ibid.*
 30. Certe vota secreta debent excedere majorem Capituli partem, Congreg. Episc. 1603.
 31. Recepta statim assumat vestes pullas, nigras, vel fuscas, vel albas, non sericas valedicens mundo. Prov. 1.
 32. Post sex menses a receptione dabitur ei Regularis habitus, nisi citius, vel tardius id judicavit Episcopus, & Monialium Superior, *ibid.*
 33. Deducatur mane nulla pompa, & sola introducatur in Ecclesiam, ubi Missa audita, & sumpta Communione, vestiatur a Superiore, vel Confessario, addito Sermone pio, *ibid.*
 34. Ne idcirco ingrediatur Monasterium, qui eam vestit. Congr. Episc. 13. Sept. 1583.
 35. Imponatur ei nomen Sanctæ, non gentilis sceminae. Prov. 1.
 36. Si facultas datur, prius Confirmationis Sacramentum ei ministratur, quam detur habitus. Prov. 3.
 37. Non exeat amplius, nisi poeniteat habitus; si exit, nulla datur redeundi facultas. Prov. 1.
 38. Præscribat Episcopus expensas, & sumptus occasione habitus. Decisum refert Campanil. *Rub. 12. cap. 16. num. 13.*
 39. Maneant Novitiæ in loco separato. Cong. Episc. 163.

Monialium Novitiarum alimenta.

1. **E**Xcepto victu, & vestitu Novitiæ illius temporis, quod est in probatione, nihil tribuatur Monasterio de bonis ejusdem, sub poena anathematis dantibus, & accipientibus. Trid. *sess. 25. cap. 16.*
 2. Tempore Novitiatus præbeantur alimenta a Consanguineis, præter dotem depositam. Congreg. Episcop. 13. Septemb. 1583.
 3. Præscribat Episcopus alimentorum expensas. Prov. 2.
 4. Pecunia vero eo nomine decreta, re ipsa apud certum hominem idoneam deponatur, qui suppeditet necessaria, *ibid.*
 5. Anno probationis durante deponatur pecunia, quæ datur nomine dotis, seu alimentorum pro tota vita, & post Professionem in bonis stabilibus, seu censibus implicetur. Congr. Episc. 1581.
 6. Solvatur in ære, non in bonis stabilibus, eadem 28. Martii 1588.
 7. Deponatur penes idoneam personam, non affines, neque consanguineos Monialium, eadem 5. Junii 1615.
 8. Pro tertia Sorore duplicata portio debet solvi intra numerum præfixum, & suffragio carebit in Capitulo, quousque altera ex duabus primis ejus Sororibus decesserit e vita, eadem 26. Aug. 1616.
 9. Pro quarta Sorore triplicata portio danda erit, eadem *ibidem.*
 10. Conversæ supernumerariæ solvant dotem Conversarum duplicatam, eadem 30. Septemb. 1616.
 11. Duplex elemosyna significat duplicatam summam ejus, quæ in receptione Monialis intra numerum dari consuevit, ita tamen, ut, ubi summa minor est ducentis scutis, ibi saltem solvantur 400. & non minus, eadem 6. Septembris 1604. * *apud Campanil. Rubr. 12. cap. 16. num. 14.*
 12. Nulla fiat dotium differentia inter terrieras, & advenas, eadem 30. Sept. 1616.
 13. Expendi potest dos in usus communes Monasterii necessarios; si vero sit supernumerarium, omnino in emptione bonorum stabilium convertatur, ead. 6. Jun. 1615.
 14. Nulla renunciatio, aut obligatio valeat, nisi fiat cum licentia Episcopi, seu Vicarii intra duos menses proximos ante professionem. Trid. *sess. 25. cap. 16.*
 15. Nec intelligatur fortiri effectum suum, nisi secuta Professione. Idem *ibid.*
 16. Si decedat Novitia, restituantur omnia, quæ secum attulit, & cogantur etiam per censuram. Trid. *ibid.*
 17. Item fiat, si moriatur ante Professionem. Decisum refert Barb. *alleg. 101. num. 40.*
 18. Deductis alimentis Novitiatus. *Azor. part. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2.*
 19. Habitus Religiosus non est restituendus, sed pretium. Decisum refert Barbos. *supra num. 36.*
 V. Monialium professio, num. 19.

A D D I T I O.

1. Mulier, quæ diutius mansit in Monasterio in habitu Novitiæ cum licentia permanendi educationis causa, potest valide donare ipsi Monasterio, non obstante Decreto. Conc. Trid. quia non est Monialis. Decisum refert Barbos. *de jure Eccl. lib. 1. cap. 42. num. 236.*
 2. Facta renunciatio intra duos menses, etiamsi differatur Professio ex quacunque causa, adhuc valet. Decisum refert *Armeniar. lib. 7. de regul. n. 28.* apud Barb. *loco cit. n. 254.*

Monialium Professio.

1. **A**Nnus probationis debet esse continuus intra claustra, non interpolatus. DD. apud Barb. *alleg. 101. num. 23.*
 2. In anno bissextili valida est Professio post completos dies 365. Barbos. *ibid. num. 20.*

3. Si Novitia de licentia Superiorum exierit cum habitu curandæ valetudinis gratia, non interruptitur idcirco annus. DD. *apud eundem ibid. num. 28.*

4. Novitia existens in articulo mortis ætatem habens legitimam, potest ante annum finitum profiteri, ut lucretur Indulgentias, ex Priv. Pii V. 21. Maji 1570. si convaluerit, tenetur annum explere. *Beja part. 4. casu fin.*

5. Quæ emisit Professionem intra annum probationis, ad nihil est obligata, nec in foro conscientia. Decisum refert Garz. *part. 11. cap. 9. num. 6.*

6. Regulariter finito Novitiatu, aut profiteatur, aut ejiciatur. Trid. *sess. 25. cap. 16.*

7. Professio ne fiat ante annum 16. expletum, & anno post habitum susceptum completo. Idem *cap. 15.*

8. Alias sit nulla, *ibid.*

9. Ante mensem Præfecta tenetur certior facere Episcopum de tempore Professionis, sub poena suspensionis ab Officio, arbitrio Episcopi. Idem *ibid. cap. 17.*

10. De Professione emittenda certior factus Episcopus intra 25. dies examen perficere tenetur, quibus exactis amplius se non intromittat. Decisum referunt DD. apud Barb. *allegat. 100. num. 3.*

11. Vicarius non potest examinare, nisi Episcopo impedito, ex Trid. Barbos. *ibid. num. 8.*

12. Fiat experimentum, an legere sciat; alias non admittatur. Congr. Episc. 12. Jan. 1604.

13. Ut admittatur ab Episcopo sufficit Testimonium Præfectæ, quod in Capitulo Monialium partium de ea admittenda obtentum fuit, ead. 11. Sept. 1615.

14. Fiat examen hoc ad crates. Decisum referunt DD. apud Barbos. *alleg. 100. num. 6.*

15. Si adest justa causa, & certa suspitionis, fiat examen in Ecclesia Monasterii, vel alia. Decisum refert Campanil. *Rubr. 12. cap. 16. num. 15.*

16. Inducta per vim in Monasterium debet inde educi, ejus indemnitati provideri. Decisum refertur apud Barbos. *loc. cit. num. 7.*

17. Si opus est, debet ab Ordinario præfigi certus dierum numerus 10. vel 20. intra quem Novitia deliberet, an velit profiteri, *ibid.*

18. Ex causa differri potest Professio ultra annum. Decisum refert Rodriq. *tom. 3. q. 15. ars. 10.*

19. Contradicente majori parte Monialium, non potest Episcopus admittere ad Professionem. Bonac. *de claus. q. 2. p. 10. diff. cap. 2. §. 6. num. 6.*

20. Omisso examine prædicto, permittendæ sunt tamen Professæ in statu suo. Decisum refert Barb. *loc. cit. num. 9.* ita ut de Professione non liceat dubitare ex hac omissione.

21. Si puella 12. annorum conjugata Religionem ingreditur, vir ejus cogendus est expectare per quatuor annos, donec illa profiteatur. Barbos. *alleg. 10. 11.*

22. Quæ Professæ est in anno 15. ætatis suæ post quinquennium dicitur tacite Professæ. Cong. Episc. 22. Novemb. 1619.

23. Propinæ dandæ Superioribus in habitu & Professione Monialium sunt prohibitæ, non tamen elemosynæ, quæ hac occasione per pactum dantur Sacristiæ, vel infirmariæ, eadem 5. Nov. 1616.

24. Convivia ne fiant in forasteriis Monialium a puellæ consanguineis, nec in habitu, nec in Professione. Prov. 1.

25. Expensæ pro Professione taxentur ab Episcopo pro rebus necessariis. Decisum refert Campan. *Rub. 12. c. 16. n. 13.*

26. Ritus induendi Moniales, & Professionis emittendæ, Episcopi cura sit uniformis. Prov. 5.

27. Professio emissa scribatur in libro, & subscribat Professæ, si scribere novit, tum Superior, qui eam admisit. Pr. 1.

28. Sed potest etiam Abbatissa acceptare Professionem. Bon. ubi supra q. 2. *punct. 11. diff. 2. §. 6. num. 3.*

A D D I T I O.

Potest Episcopus censuris, & poenis sibi bene visis prohibere Abbatissis, Superioribus Regularibus Monialium, ne puella Professionem emittat, nisi prius explorata illius voluntate ab Ordinario. Decisum refert Barbos. *de jure Ecclesie, lib. 1. cap. 44. num. 10.*

Monialium communes leges.

1. **S**Ede Apostolicæ immediate subjectæ, etiam nomine Capitulum S. Petri, vel S. Joannis ab Episcopis tanquam delegatis gubernentur. Trid. *sess. 25. cap. 9.*

2. Ordinationes pro Monialibus cum suis declarationibus refert fuse Quaranta in summa Bullar. ex Decreto Sac. Cong. Episc. pro Regno Neapolitano.

3. Priores in Professione sunt etiam priores in procedendo, licet receptæ fuerint post inferiores Professione. Cong. Episc. 26. Junii 1615.

4. In Choro adsint ad Officia Divina cum habitu congruenti. Prov. 1.

5. Orationi mentali bis in die vacent per dimidiam horam, *ibidem.*

6. Semel saltem in mense peccata sua confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trid. *loc. cit. cap. 10.*

7. Diebus Fests sacrae sedent lectioni. Prov. 1.
8. Communitati studeant in cibo, potu, forno, & vestitu, *ibid.*
9. Tollatur omnis occasio proprietatis, *ibid.*
10. In vestiario communi omnes vestes, Prov. 4.
11. Lectio ad mensam primam, & secundam adhibeatur, cum benedictione mensae, & gratiarum actione. Prov. 12.
12. E cellis inania amoveantur, *ibid.*
13. Recognoscantur libri earum a Superiore, vel Confessario, *ibid.*
14. Neque retineant, nisi probatos ab Episc. Prov. 5.
15. Ter singulis annis Praefecta cum Discretis cellas visitet, & cujusque inquirat supellectilem. Prov. 1.
16. Prohibeant Ordinarii, etiam in Monasteriis sub cura Regularium, ne recreationis tempore utantur habitu virorum, neque armis se cingant, Congr. Episc. 17. Aprilis 1604.
17. Neque utantur vestibus mulieribus saecularium foeminarum. Prov. 1.
18. Longe minus vestibus sacris. Prov. 4.
19. Neque scribant litteras, nisi ad Superiorem, & Episcopum, sine licentia Praefectae. Prov. 1.
20. Neque ad se missas aperiant, nisi Praefecta prius eas aperuerit, legeritve, *ibid.*
21. Sub poena scribenti, vel recipienti, ne per duos mensus exeat e cella, & jejuset in sextis feriis in pane, & aqua, *ibidem.*
22. Si litterae suspicionem criminis habent, ea praeterea privetur facultate loquendi cum exteris per sex menses, & velo, *ibidem.*
23. Idcirco non habent privatim atramentum, nec calamum. Prov.
24. Excommunicatio lata contra loquentes non includit mittentes litteras. DD. apud Barbof. *alleg.* 102. n. 81. & 82.
25. Tollantur abusus fecedendi in cellam, vestiendi vestes lugubres in morte parentum. Congr. Episc. 12. Januar. 1604.
26. Exteris intra Monasterium admittis ea solum imperent, quas Praefecta elegerit: alia nec eos alloquantur. Prov. 4.
27. Facie sint operata, cum ab aliis videri possunt, *ibid.*
28. Non alantur in Monasterio boves, equi, jumenta. Pr. 1.
29. Alias Praefecta per tres menses amoveatur ab Officio, *ibidem.*
30. Nihil in Monasteriis asservetur tritici, & frugum ad usum exterorum. Prov. 4.
31. Neque liceat depositi, aut custodiae causa habere pecuniam, gemmas, vestes, vasa florum. Prov. 1.
32. Neque cibum parent exteris, aut vendant exulenta: exceptis rebus minimi momenti pro infirmis, & consanguineis. Congr. Episc. 1. Jul. 1606.
33. Vetitum quoque sit omnino dari aliquid per rotam, portamve, elemosynae causa; sed alia ratione fiat elemosyna judicio Episcopi. Prov. 4.
34. Praescribat Episcopus rationem victus, & taxam, quibus non recedat Praefecta, sub poena suspensionis ab Officio. *ibidem.*
35. Aes alienum supra quinquaginta aureos ne contrahatur, sine consensu Deputatorum, aut etiam Episcopi, *ibid.*
36. Nec aedificium fiat sine iisdem. Prov. 1.
37. Legantur regulae communes quotidie, saltem caput unum a primo ad ultimum, & deinceps eodem modo, Prov. 1.
38. Decreta quoque majorum ad Moniales attinentia, in communem linguam translata, *ibid.*

V. Hora Canonica, num. 16.

Monialium Officiales, n. 39.

A D D I T I O.

Ex Const. Clem. VIII. apud Moscon. de majest. milit. Eccles. lib. 1. part. 4. haec jubentur.

1. Litterae seu Epistolae nullo modo a Monialibus scribantur sine licentia Superiorum, nec recipiantur, nisi prius lectae fuerint a Praefecta Monasterii.
2. Prohibeant Praelati, ne a Monialibus munera fiant aliis saecularibus, nisi, quae charitatis causa judicaverit Praefecta, de bonis communibus, nomine, & de licentia Conventus, mellaria penitus abolenda, tantummodo esculenta, & poculenta parva munuscula concedantur eo modo, & forma, quibus supra.
3. Nulla Monialis audeat accipere aliquid de communi sine licentia, neque Officiales possint aliquid expendere de bonis communibus sine dicta licentia.
4. Nulla Monialis possit dispensare aliquid de bonis suis; & si quae dispensationes fiant, nullae intelligantur, & applicentur Monasteriis.
5. Nulla item ponatur in Infirmaria, nisi jussu Medici.
6. Prohibeantur cantus figurati, & instrumenta ad sonum, organa in Ecclesia extra Clausuram permittuntur, & Moniales per se ipsas dicant Officium divinum.
7. Nulla Monialis, vel alia persona saecularis audeat celebrare facere in Ecclesiis Monialium privatas Missas, praeter eas, quae a Cappellanis Deputatis celebrari solent, sine licentia Ordinarii.
8. Unaquaeque Monialis, sola dormiat, & tot cellae fiant, quot Moniales. Haec Clem. VIII.

Gavant. Tom. III.

1. Lectio Abbatissarum, & Praefectarum fiat per vota secreta, ita ut eligentium nomina nunquam publicetur. Trid. *sess.* 25. cap. 6.
2. Filia saecularis, vel histrionis non potest eligi in Abbatissam. Majol. *de irreg. lib.* 1. cap. 29. n. 12.
3. Neque corrupta virgo, quantumvis poenitens, & irreprehensibiliter vivens sine Papae dispensatione, *ibid.* num. 13.
4. Neque bigama, neque ea, quae post votum castitatis praevicinata est, cum qua Episcopus non potest dispensare. Idem *ibid.* num. 14.
5. Neque violans Interdictum. Idem *ibid.* num. 46.
6. Neque vidua, sine licentia Sedis Apostolicae. Congreg. Episc. 15. Jul. 1616.
7. Illegitimo thoro nata non excluditur, quo minus Abbatissa possit eligi, ead. 1592. *contra Majolum loc. cit.* n. 10. 11.
8. Excluditur Monialis ambiens Praefecturam. Prov. 1.
9. Ne sit minor 40. annis, & quae octo annis post professionem expressam laudabiliter vixerit. Trid. *loco cit.* cap. 7.
10. Si nulla sit cum praedictis qualitatibus ex alio Monasterio ejusdem Ordinis eligatur. Idem *ibid.*
11. Si incommodum est, eligatur ex iis, quae 30. annum excefferint, & annis quinque post professionem recte vixerint, Episcopo consentiente. Idem *ibid.*
12. In electione Praefectae Monialium Regularium subjectarum potest Episcopus interesse per se, vel per alium, una cum Superioribus earum, sine impensa earundem. Greg. XV. Anno 1612.
13. Unde debet moneri, & expectari usque ad tempus praefinitum ab Episcopo, si velit adesse; secus, eo non monito, vel non expectato, poterit ille punire Regulares. Cong. Conc. *Decreto impresso* 1626. *
14. Jus tamen confirmandi Praefectas non datur Episcopis. Ead. *in declarat. impressa* 1623.
15. Qui electioni praest, aut ad Cancellorum fenestellam accipit vota. Trid. *loc. cit.* cap. 7.
16. Debet eligi Abbatissa cum duabus partibus Suffragiorum ex tribus, nisi aliud habeat consuetudo. Congreg. Episc. 20. Nov. 1585.
17. Potest fieri per vota oretenus accepta a Superioribus cum duobus testibus. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg.* 102. num. 46.
18. Ad Suffragia aegrotarum recipienda in hac electione non licet ingredi Monasterium. Cong. Episc. 21. Jun. 1595.
19. Ultra triennium ne duret Officium, sub poena nullitatis. Greg. XIII. Anno 1583.
20. Neque Episcopus potest prorogare triennium. Congr. Episc. 20. Febr. 1615.
21. Et Decretum Greg. XIII. fervetur in omnibus Monasteriis, etiam militiarum, & Jerosolymitanæ, ead. 22. Maji 1604.
22. Possunt tamen eligi singulis annis intra triennium, eadem 18. Septemb. 1595.
23. Vicaria ne sit Soror Praefectae, quae neque sit Discreta, neque Janitrix, neque Scriba, ne Celleraria. Prov. 1.
24. Discretae quatuor sint, & sex si ultra 40. sint Moniales, *ibid.*
25. Vicaria, & Discretae, si mos est, tacitis Suffragiis eligantur coram Superiore, aut ejus Ministro, *ibid.*
26. Satis est si cum pluribus votis dimidia parte, *ibid.*
27. Aliae Officiales (nisi Monialium suffragiis creari solent) eligantur ab eo, qui electioni praest, una cum Confessario, Praefecta, Vicaria, & Discretis, *ibid.*
28. Monialis ambiens Officia directe per se, aut per aliam in Capitulo per tres sextas ferias ad pedes singularum terram deosculans, suam accuset ambitionem, *ibid.*
29. Idem faciant ea, quae illi faverint, & Officio obtento priventur, arbitrio Superioris, *ibid.*
30. Duae Moniales maturae praeficiantur Monialium laboribus, *ibid.*
31. Et curent in loco laborum adhiberi lectionem, *ibid.*
32. Duae aliae praeficiantur custodiae tritici, & farinae cum duabus diversis clavibus, *ibid.*
33. Electae suscipiant Officia data, alioquin sine justa causa a Superiore probata ejusdem arbitrio jure suffragii priventur, *ibid.*
34. Biennio durent Officia, aut, ubi est consuetudo, ad summum triennio, vacent deinde tantumdem temporis, nisi ex gravi causa, judicio Superioris, *ibid.*
35. Amoveri tamen possunt ante tempus ob culpam ipsarum, *ibid.*
36. Praefecta in gravioribus negotiis consulat suas Discretas, *ibid.*
37. In gravissimis convocet Capitulum, in quo jus suffragii non habeat, nisi, quae triennio moratae fuerint post Professionem, *ibid.*
38. Singulis tribus mensibus ad Capitulum referat summarie rationes dati, & accepti, quotannis autem Superiori, & Curatoribus Deputatis, *ibid.*
39. Arca pecuniae communis habeatur cum duplici clave, altera apud Praefectam, altera apud majorem Discretam, *ibidem.*

40. Ambæ interfint cum scriba, ad deponendam, seu extrahendam pecuniam. *ibid.*
V. Abbatissa, n. 6. Monialium Novit. alimenta, n. 7.

A D D I T I O.

1. Non excusatur, si per ignorantiam Decreti Conc. Trid. eligant Abbatissam per vota non secreta, & electio est nulla, itaut neque Episcopus dispensare possit in hac nulitate. Decisum referunt DD. apud Barbof. de jure Eccles. lib. 1. cap. 45. num. 6.

2. Non est secreta electio, quando unum suffragium publicatur. *Rota apud eundem ibid. n. 12.*

3. Item, quando aliqui ex Electoribus unicam schedulam, recipiunt unico nomine, & nomen Electi notum Scribæ, vel alteri reponunt in capsula, *ibid. n. 13.*

4. Item, quando accipiunt de manu Scribæ duas schedulas, & unam, quam voluerint, reponunt, alteram scindunt. Decisum referunt DD. ubi supra n. 13.

5. Item, quando eligentes schedulam, reponunt aliquo signo notatam, ut innotescat scrutatoribus, vel uni ex illis, quod talis Elector eligit illum notatum in schedula. Decisum referunt DD. *ibid. n. 14.*

6. Si discordant Moniales in electione, Episcopus assignet certum tempus, quoelapso, potest Episcopus nominare, quam voluerit. *Congregat. Episcop. 20. Novembris 1585. ubi supra num. 27.*

7. Votum dare non potest Episcopus, aut alius scrutator in casu discordiæ. Decisum refert *Lavor. var. Lucubr. tit. 4. cap. 24. n. 42.*

8. Electio Priorissarum S. Clæ per schedulas, & vota secreta fiat, alias est nulla. *Sixt. V. apud Em. Rodr. in addit. tom. 3. cap. 3. n. 12.*

9. Constitutiones Gregorii XIII. & Sixti V. de triennio Abbatissarum electione locum non habent in iis, quæ fiunt per præsentationem, & institutionem. *Barb. loc. cit. n. 37.*

10. Illegitima si eligatur in Abbatissam, vel Priorissam (secus Religionum Privilegiis) electio est nulla. Decisum referunt DD. cum Barb. loco cit. n. 21.

11. Janitricæ, Asculticæ, & Sacristæ sint annorum 40. vel de senioribus Monasterii, & seniores comitentur ingredientiæ Monasterium. *Clem. VIII. apud Moscon. de majest. Eccles. lib. 1. p. 4. cap. 4.*

Monialium Conversæ.

1. Pro queritando victu Monialium provideant Ordinarii de Conversis, aut piis personis. Pius V. Anno 1566.

2. Conversis minimum 40. annos natis, & a Superiore probatis facultas sit exeundi pro necessariis negotiis, permittente etiam Præfecta. *Prov. 1.*

3. Cui etiam liberum sit eas intra septa semper retinere, & erit laudabilis, *ibid.*

4. Exeuntes prodeant binæ, neque longius procedant, quam ut se invicem aspicerent, & audire possint, *ibid.*

5. Si contingat ex urbe egredi, dormiant in eodem lecto, *ibidem.*

6. Caveant, ne in cujusquam famosæ personæ domum introeant, neque in locis suspectis pernoctent, *ibid.*

7. Neque litteras, mandatave clam perferant, *ibid.*

8. Delinquentibus pœna sit carcer, aut etiam gravior, *ibidem.*

V. Monialium clausura, num. 18. 19. 21. Monialium receptio, n. 14. 15. 16. Monialium alimenta, n. 10.

A D D I T I O.

1. Nulla Monialis possit retinere conversas penes se, & numerus conversarum non excedat tertiam partem Monialium. *Clem. VIII. apud Moscov. de Majest. mil. Eccl. l. 1. p. 4. capit. 4.*

2. Famulæ sæculares pro servitiis particularium Monialium ne permittantur. *Idem ibid.*

Monialium educatio activa.

1. Excommunicantur a Concilio Trid. cogentes foeminam ad Monasterii ingressum, ut ibi sæculari habitu retento educeretur, donec ætatis aptæ sit Matrimonio. DD. apud Barbof. alleg. 104. n. 5.

2. Nimirum effectu secuto, *ibid. n. 7.*

3. Ubi prohibitum est admitti puellas ad habitum Monachalem, ibi ne admittantur ad educationem. *Congr. Episc. 28. Martii 1588.*

4. Neque fiat educatio in Monasterio Convertitarum, ead. 11. Martii 1619.

5. Quæ tuto domi non possunt ali, suppeditato victu, in Monasteriis collocandæ sunt, *ibid.*

6. Viduis, & aliis nobilibus non concedatur, nisi a Papa, ut in Monasterio perpetuo vivant, & cum consensu Monialium. Decisum referunt DD. apud Barb. alleg. 102. n. 67.

7. Determinatus numerus puellarum educandarum. *Congr. Episcop. 27. Maji 1603.*

8. Ne admittantur sine licentia Sacr. Congr. Episc. & cum conditionibus ab ea præscriptis, eadem *ibid.*

9. Nimirum: ne sint minores septennio, neque majores annis 25. sine ancillis ingrediantur, si semel egrediantur, ne possint redire: teneantur ad Clausuram: recipiantur cum licentia in scriptis de consensu Abbatissæ: si ob ægritudinem de consensu Superioris Abbatissæ, & Monialium exierint, cum eorundem consensu redire possunt: utantur vestimento modestiæ virginialis, non sint supra numerum: quolibet semestri anticipata solvatur portio pro alimentis: sit locus separatus a Monialibus pro earum dormitione, & operibus. Hæc apud Zer. in *Prax. V. Moniales.*

10. Et requiritur consensus Monialium singillatim, ut admittantur. *Congr. Episc. 4. Jan. 1608.*

11. Neque permittatur, quod iisdem diebus a parentibus transmittatur victus, sed certa solvatur pecunia, ead. 27. Maji 1603.

12. Expleto ætatis ann. 25. Episcopus constituat terminum ad exeundum, vel habitum regularem suscipiendum. Decisum refert Fr. Leo in *Thef. fori, p. 2. c. 16. n. 54. & Barbof. alleg. 102. num. 65.*

13. Quæcumque ex iis voluerit Monialis fieri, ad suos redeat, apud quos per mensem maneat, antequam examinetur ab Episcopo. *Prov. 1.*

14. Si infirmetur, & testari velint, dari debet licentia Notario, & testibus ingrediendi Monasterium. *Cong. Episc. 1595. citata a Naldo V. Moniales n. 14.*

Monialium Consecratio.

1. Tollenda potius est hæc Consecratio, *Congr. Episcop. 5. Decembr. 1597. teste Praxi nova. Episc. part. 1. cap. 2. n. 3. ver. Virgines,*

2. Non conceditur Monialibus Ordinum Mendicantium, eadem 30. Sept. 1616.

3. Quæ consecrandæ sunt agant annum 25. ætatis completum, ead. *ibid.*

4. Non debet ideo Episcopus ingredi Monasterium, eadem 13. Septemb. 1583. *V. Monialium clausura, n. 12. 46.*

5. Fiat Consecratio ad fenestellam Communionis, neque e clausura egrediantur, ead. 30. Sept. 1616.

6. Episcopus non potest demandare Sacerdoti Consecrationem virginum. *Majol. de irregul. lib. 1. c. 29. n. 38.*

7. Sed tantum benedictionem. *Ugol. de par. Episc. c. 4. §. 11. n. 1. sed benedictio est Consecratio, mutato nomine virginittatis in alia honesta verba, si vere non est virgo; & de hac loquitur Ugolin. *ibid. & cap. 32. §. 1. n. 2.**

Monialium cura spiritualis.

1. Episcopus gubernet Moniales spirituali gubernio, non temporali. *Congr. Concil. ad sess. 25. cap. 9.*

2. Moniales invicem se percutientes, etiam exemptas, potest Episcopus absolvere. *Barbof. alleg. 105. n. 55.*

3. Visitet quoad clausuram omnes. *Vide supra, Monialium clausura a n. 56.*

4. In visitatione Monialium audiet eas ad crates, non intra septa Monasterii. *Gavantus de Visitat. S. 8. in Annor.*

5. De quibus examen fiat in visitatione, compendio collegit Gavantus, *ibid. §. 11. a num. 16.*

6. Confessarii sint ætate provecti, & prudentes, qui semel saltem in mensem Moniales audiant, eisque Eucharistiam ministrent. *Prov. 1.*

7. Ordinarii triennio tantum durent. *Congr. Episc. 4. Julii 1594. & refert Campanil. Rub. 12. cap. 16. n. 5.*

8. Etiam ii qui Regularibus subjectas audiunt, ead. 15. Februarii 1593.

9. Mutentur post biennium, & ad summum post triennium. *Prov. 1.*

10. Habentes curam animarum munere Confessarii Ordinarii Monialium fungi non possunt. *Congr. Episc. 10. Apr. 1615.*

11. Extraordinarius Confessarius bis, aut ter in anno offeratur Monialibus. *Trid. sess. 25. cap. 10.*

12. Deputentur Extraordinarii in communi, non in particulari pro hac, vel illa. *Congr. Episc. 15. Febr. 1593.*

13. Qui fuit Ordinarius aliquando, ne detur iisdem ut Extraordinarius, nisi aliud Episcopo videatur. *Prov. 3.*

14. Monialium Regularibus subjectarum Confessarii Ordinarii, & Extraordinarii sunt approbandi ab Episcopo. *Gregor. XV. An. 1622. **

15. Post debitam monitionem factam Superioribus potest eos Episcopus amovere, *ibid.*

16. Nec satis est, quod ii sint approbati ad laicorum Confessiones, sed nova opus est approbatione. *Declar. Greg. XV. Anno 1623.*

17. Neque approbatus pro uno Monasterio censetur approbatus pro alio, *ibid.*

18. Aliter Confessiones sunt nullæ, *ibid.*

19. Neque Extraordinarius pro una vice approbatus potest pluries eisdem audire, *ibid.*

20. Non tenetur Episcopus, significare causam Superioribus, cur amoveat Confessarium, ejus tamen oneratur conscientia, *ibid.*

21. Confessionalia ne sint in sacristia, seu locis occultis, & remo-

remotis, sed in Ecclesiis exterioribus. Congr. Episc. 29. Novembris 1605.

22. Ingredi possunt de licentia Superiorum ad administranda Sacramenta infirmis: quo casu, duæ, aut tres seniores semper assistant. Prov. 1.

23. Etiam post datum signum Salutationis Angelicæ vespertinum. Congr. Episc. 1593.

24. In aliis casibus. Vide supra Monialium clausura a n. 37. ad 44.

25. Ne morentur in domibus Monialium cibi capiendi causa, nisi confessionis tempore. Prov. 1.

26. In habitatione pro Confessario contigua Monasterio ne sint rotæ, crates, neque januæ, quibus eatur in Ecclesiam. Congreg. Episcop. 13. Septembr. 1583.

27. Neque lecti habeantur ibi, ead. 7. Martii 1617.

28. Non dietim victus illis subministratur, sed quædam pecuniæ summa quotannis constituatur, eadem 22. Aug. 1605.

29. Neque aliud communiter, seu privatim illis tribuatur, neque ii sponte oblatum, aut donatum quidquam recipiant, propositis pœnis, non tamen censuris, eadem 29. Novembris 1605.

30. Si exorcizanda est a Confessario Monialis, habita licentia a Sede Apostolica, exorcizetur in Ecclesia exteriori clausis januis, præsentibus sceminis honestis consanguineis, vel aliis provectæ ætatis, neque alio divertatur, ead. 1. Julii 1606.

31. In sepultura Monialium nullum jus competit Parocho, sed tantum Confessario ead. 7. Jan. 1603.

32. Cappellani Monialium approbentur a Superiore Monasterii. Prov. 1.

33. Missam dicere possunt, quæ concordat cum Officio Monialium in choro, sed ritu Romano, qui Romano utuntur Breviario & Missa sumpta de Communi, si propria non habetur in Missali Romano. Congreg. Rit. 20. Nov. 1628.

34. Annum stipendium certa summa pecuniæ detur, nisi Episcopus ejus loco dari triticum, vel vinum concesserit. Prov. 4.

35. Nihil accipiant, etiam quod usui sacro deserviat, neve quid elaboratum, ac ne laborem quidem, opusve, quod in vestibus faciendis ponitur, *ibid.*

36. Neque ab ulla, nisi a Præfecta, seu ea, quæ sacrifiæ præest, celebrandi Missas munus suscipiant, *ibid.*

37. Neque colloquantur cum Monialibus sine licentia in scriptis, nisi cum iis, quæ sacrifiæ præfunt, & de necessariis, ad rotam Ecclesiæ. Prov. 1.

38. Concionatores dentur apti saltem bis in singulis mensibus ad cancellos collocutoris, vel Ecclesiæ, *ibid.*

39. Neque iis liceat cum Monialibus separatim loqui, *ibid.*
V. Missa, num. 8. 21.

A D D I T I O.

1. Non licet Generali audire Confessiones Monialium sui Ordinis sine deputatione speciali Episcopi Congreg. Conc. 13. Novembris 1627.

Monialium cura in temporalibus

1. Moniales ea, quæ vigore instituti sua bona stabilia non possederunt, imposterum ea possunt retinere. Cong. Episc. 28. Martii 1588.

2. Omnia bona mobilia, & immobilia Conventui incorporantur. Trident. sess. 25. cap. 2.

3. Administratio bonorum sit penes Officiales tantum, & hæ sint amovibiles, *ibid.*

4. Mobilium usus sit pro necessitate cujusque, & juxta statum paupertatis, quam profitentur, *ibid.*

5. Quæ in his deliquerit biennio voce activa, & passiva privata sit, *ibid.*

6. Quidquid acquisierint, ad Abbatissam deferatur, quæ in primis subveniat, arbitrio suo, necessitatibus illius, cujus opera, vel contemplatione sunt res datæ: reliquum convertatur in usum communem. Decisum referunt DD. apud Barbof. alleg. 103. n. 3.

7. Si ære alieno gravatæ non habent unde vivant, vestiantve, adstringantur parentes, & consanguinei usque ad secundum gradum, nec non hæredes bonorum, eorundem parentum ad iis subveniendum. Congr. Episcop. 1592.

8. Prædia locentur, sub hasta actione facta, nisi aliud magis expediat. Prov. 4.

9. Ne cogantur Moniales contribuere aliquid Seminario, si beneficia non sint eis unita. Congreg. Episc.

10. Si quæ fiant alienationes, moneatur Episcopus. Provinc. 4.

11. Inventarium bonorum, & jurium archivio Episcopali asservetur, *ibid.*

12. Non possunt Ordinarii deputare Religiosos particulares cujuscumque gradus in administratores bonorum Monialium. Congreg. Episc. 22. Augusti 1605.

13. Procuratores Monialium quolibet triennio mutari debent, ead. 31. Julii 1615.

14. Idem quotannis suæ administrationis rationem reddant. Prov. 1.

15. Præfecta quoque deputatis curatoribus, *ibid.*
Gavant. Tom. III.

16. Eadem neminem admittat ad Monasterii procuracionem, vel famulatum, quem non probarit Episcopus, *ibid.*

17. Et eodem modo eligantur medici, tonsores, & alii Ministri, *ibid.*

18. Translata Moniali ad aliud Monasterium pro ejusdem gubernatione, non licet transferre fructus dotales. Congreg. Episcop. 9. Octob. 1618.

19. Fugitiva Moniali inter Convertitas reposita, dentur Monasterio Convertitarum bona illius, sed post ejus obitum priori Monasterio restituantur. Prov. 6.

V. Monialium clausura, num. 22. 25. Monialium communes leges, num. 34. 35. 36. Monialium Officiales, n. 37. 38. Munerum largitio, per rotum, Regul. jura in Ordine ad Monialium, &c. num. 14. 15. 16.

Monitoria.

V. Excommunicatio.

Montes Pietatis

1. A Pprobantur cum solutione ultra sortem pro Ministris, & rerum custodiam. Leo X. Anno 1515.

2. Moderata sit tamen solutio, *ibid.*

3. Prædicantes contra Montes rite institutos, seu disputantes, ipso facto sunt excommunicati, *ibid.*

4. Episcopi ex Officio suo juxta sacros Canones cognoscant Eleemosynas Montis Pietatis, seu Charitatis, & exequantur, non obstantibus quibuscumque, sess. 22. cap. 8.

5. Etiam si cura ad laicos pertineat, & exemptionis Privilegio sint muniti, *ibid.*

6. In statu Ecclesiastico excommunicantur omnes inferiores Episcopi, qui quovis prætextu, vel colore, præsumunt pecunias ad Montes pios attinentes in alios, quam in usu pauperum, disponere, cum obligatione restituendi. Paulus V. apud Nald. Furtum, n. 12.

Munerum largitio vetita Regularibus.

1. Nihil donare possunt Regulares utriusque sexus. Clem. VIII. Anno 1594.

2. Præter leviora, esculenta, aut proculenta, seu ad devotionem spectantia, nomine communi, *ibid.*

3. Neque per se, neque per alios, *ibid.*

4. Neque Ordinariis ex causa benedictionis, habitus tradendi, aut professionis Monialium, *ibid.*

5. Neque ipsis Religiosis inter se, nisi minima, & cum licentia Superiorum in scriptis, *ibid.*

6. Prohibetur etiam erogatio pecuniæ in honorem alicujus, seu grati animi testificationem quovismodo significandam, *ibidem.*

7. Quicumque recipit, tenetur ad restitutionem Monasterio. *ibid.*

8. Pœnæ imponuntur dantibus, privationis Officiorum, inhabilitatis, vocis activæ, & passivæ, ipso facto, furti, & simoniæ. *ibid.*

9. Quotannis legantur hæc coram Regularibus, & pro Monialibus in communem convertantur lingnam. *ibid.*

Notarius.

1. Possunt examinari ab Episcopo Notarii quicumque ii sint, & inepti prohiberi ad tempus, & in perpetuum. Trident. sess. 22. c. 10.

2. Collegium Notariorum Curia Episcopalis, si multi sunt, instituat, quod certum numerum pro Diocesis conditione contineat. Prov. 1.

3. Statuta conficiantur, ab Episcopo approbanda, *ibid.*

4. Idonei tantum per examen Episcopi recipiantur, *ibid.*

5. Rejiciantur ii, qui de jure non possunt esse testes, ut indigni, *ibid.*

6. Neque admittantur ii, qui 25. annum non attigerint, & quadriennium in Notariatus Officio integre, periteque non sunt versati, *ibid.*

7. Jurent se nihil dedisse, vel promississe pro obtinendo hoc Officio, antequam admittantur, *ibid.*

8. Itemque quod fideliter munus hoc exercebunt, nihil recipiant a litigatoribus, vel aliis eorum nomine, præter taxam Episcopi; non curabunt, ut sibi causæ committantur; neque promotores erunt, vel Procuratores in causis, coram Episcopo, aut Vicario, eorumve Ministro, *ibidem.*

9. Item quod omnes actus judiciales conscriptos, & instrumenta, & omnia alia in causis producta in registrum referent, debitamque copiam dabunt, sine fraude, contenti taxata, *ibid.*

10. Itemque quod secreta Officii, & causarum nemini patefaciant, præsertim dicta Testium, & consilia Assessorum, donec sententiæ latæ fuerint, & subscriptæ, *ibid.*

11. Denique jurent, quod mandatis Episcopi perebunt, instituta Officii, & jussa Officialium Collegii servabunt, & prædicta omnia sine dolo inviolate præstabunt, *ibid.*

12. Originales processus nemini deferant, nisi alicujus inopia aliud Episcopo suadeant, *ibid.*
13. Et tunc non nisi in proprio pluteo, Atrihive loco, neque alio asportari liceat, etiam de consensu partium, præterquam Judici causæ ostendenda. Prov. 5.
14. Nihil edatur sine licentia Vicarii sub pœna amissionis Officii, *ibid.*
15. Denuncient legata pia post tres saltem menses a morte Testatorum sub pœna excommunicationis ipso facto. Prov. 2.
16. Notarii quorumcumque locorum tenentur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis Officiorum, ac solutione dupli, revelare omnes dispositiones in favorem Sac. Edis Lanretanæ factas, vel faciendas intra octo menses a die mortis Disponentis, extra Italiam, intra vero, infra tres menses. Pius V. apud Naldum V. *Elemosyna* n. 12.
17. Si autem dispositio esset inter vivos, intra idem spatium a die solutionis faciendæ computandum, *ibid.*
18. Quam brevissime possunt, scribant rejectis supervacaneis, maxime in repetitionibus dignitatis judicum, vel litigatorum. Prov. 1.
19. In Criminalibus potest Episcopus uti Notario Criminali Civitatis, qui, si advena sit, non excedat tamen taxam sub quovis prætextu. Congreg. Episcop. 14. Apr. 1626.
20. Ubi non sunt Notarii in Diocesi, adhibeantur duo vitæ integritate probati homines, qui acta conscribant, iisque mercedis taxa major ne sit, quam Notariis præscripta. Pr. 3.
21. Cancellariæ ne vendantur, locenturve, nec earum nomine quidquam solvatur quotannis quovis prætextu. Prov. 1.
22. Tabella edatur eorum, quæ sunt expedienda gratis, Prov. 5.
23. Pro litteris Dimissoriis, seu Testimonialibus Ordinum servetur Decretum Concil. Trident. *ibid.* V. *Lit. Dimissoria*, & *Testimonialia*, n. 1445.
24. Mûnera quæcumque ne recipiant Notarii, prout in juramento supra posito. Prov. 4.
25. Idem extenditur ad Scriptores Cancellariæ Episcopalis. Prov. 5.
26. Mercedem, quam acceperint, scribant in fine causæ, seu processus, notatis diebus, quibus divisum acceperint. Prov. 4.
27. De emolumentis Cancellariæ Episcopalis nihil proflus utilitatis privatæ ad Episcopum, ejusve mensam, aut Vicarium, aliosve nisi ad Cancellariam, Cancellarium, & Ministros perveniat, sub pœna quadrupli in Ecclesiæ restorationem, vel Sacrifiæ usum erogandi. Prov. 5.
28. Certus in eo habeatur liber provisionum Ecclesiarum, Parochialium præsertim, aliorumque Beneficiorum, quæ examine adhibito conferunt, in quo scribantur acta examinis, dies vacationis, & modus, dies edicti, & prorogationis ejusdem; nomina Examinatorum, & examinandorum, dies examinis, rejectorum, approbatorum, nomen Electi ab Episcopo, & his similia, *ibid.*
29. In alio libro scribantur Confessarii, Concionatores approbati, seu rejecti cum nominibus Examinatorum. Item Ordinari, & alii, qui examini subsciuntur. *ibid.*
30. Alia notabilia, & criminalia quoque in tabellas referantur, *ibid.*
31. Notarii Episcopales tenentur omnino sibi sumere Judices, & alii in Litteris remissorialibus, & compulsorialibus Ecclesiasticis deputati in iis exequendis. Prov. 7.
32. Notarius Episcopi gaudet Privilegio fori. Gratian. *discept. cap. 340. rom. 2.* Et si delinquit, etiam si sit laicus, punitur ab Episcopo. Ricciul. *in praxi resolut. 471. num. 3.* V. *Forum Episcopale*, n. 31. 59. 68. *Visitatio Episcopi*, n. 48.

Nuncius Apostolicus

1. Non debet exercere Divina in Ecclesia Archiepiscopi sine eidem licentia. Congr. Rit. 9. Martii 1593.
2. Neque potest Ordinare Clericos illius Provinciæ Ordinibus Sacris sine facultate Sedis Apostolicæ, sub pœnis. Conc. Trid. Congr. Conc. 15. Apr. 1633. Vide *Archiepiscopus*.

Oblationes.

1. Oblationum institutum in Cathedrali, seu Parochiali Ecclesia ad Missæ Sacrificium conservetur, & ubi non est, restituatur. Prov. 4.
2. Aliis in Ecclesiis interdicitur Oblatio. *ibid.*
3. Ad consuetudinem retinendam Oblationum populi cogi possunt, non a Sacerdote, sed ab Episcopo, cujus auxilium est implorandum. Sylv. V. *Decima* q. 2.
4. Non potest civitas per statutum mutare solitas Oblationes, *ibid.* *Secundum*.
5. Oblatio in Missa fiat dum cantatur Offertorium, & omnino, ante oblationem Hostiæ. Prov. 4.
6. Primo mares, deinde foemina offerant. Prov. 1.
7. Neque patena, sed Crux, aut sacra Imago ad osculandum eo casu præbeantur. Prov. 3.
8. A notorie criminosis ne accipiatur oblatio. Prov. 4.
9. Nec ideo Sacerdos longe discedat ab Altari, minusque per Ecclesiam eidem ire liceat ordinarie, *ibid.*
10. Offerentium commemoratio fiat in Missa, *ibid.*
11. Oblationes factæ in Missa Episcopi Celebrantis in ali-

- qua Ecclesia Parochiali, sunt Episcopi, nisi celebret ibi nimis frequenter. Genuens. *infra* n. 8. 9.
12. Oblatio facta in Cathedrali, nisi ad certos usus fiat, Episcopi arbitrio reservatur. Prov. 4.
13. In Parochiali facta, seu in alia Ecclesia de licentia Superiorum intra fines Parochiæ, Parocho detur, *ibid.*
14. Oblatio facta Cappellæ, seu Altari, in dubio præsumitur facta intuitu Ecclesiæ, & est Rectoris, non Cappellani. Gen. *in praxi Neap. c. 57. q. 2. n. 3.*
15. Occurrente Festo principali in die Dominico, Oblationes, si ad diversos attinent, ratione Festi, & Dominicæ, dividantur, *idem ibid. n. 11.*
16. Pactio quævis de dividendis Oblationibus, irrita sit, & puniatur. Prov. 4.
17. Neque locari possint Oblationes futura, neque super his contractus iniiri, pœna gravi, etiam Parocho, proposita, *ibidem*.
18. Neque imagines cereæ voti causa Oblatæ venditari possint sæpius, inconsulto Episcopo, neque vendi, etiam si sint contractæ, *ibid.*
- V. *Missæ ritus*, n. 22. *Usura*, n. 13. 14.

A D D I T I O.

1. Quæ sunt tempore Jubilæi, vel anno sancto in Ecclesia Cathedrali, spectant ad Archipresbyterum, cui incumbit animarum cura; non ad Episcopum. DD. *cum Barbosa de jure Eccles. l. 3. cap. 23. n. 37.*
2. Quæ sunt ad imagines depictas in pariete domus alicujus personæ privatæ, Parochiali Ecclesiæ debentur, intra cujus fines situs est paries, nisi offerens obtulisset contemplatione Domini domus, pœna, quia pauper, & *ibid. n. 26.*
3. Parocho nimirum, non Episcopo. Decisum refertur *ibid. num. 29.*
4. Oblata Celebranti in Ecclesia, cedunt illius Rectori, *ibid. num. 28.*

Olea Sacra.

1. Episcopus duarum Civitatum debet conficere Chrisma, & Olea Sacra alternis annis in utraque, *cap. de referente 12. Gratian. discept. forens. 10. 4. discept. 655. n. 74.*
2. Tempore Interdicti potest publice consecrari Chrisma, contra communem probat optime Barb. *alleg. 31. n. 25.*
3. Ad ejus consecrationem omnino adsint ii, quos vocavit Episcopus. Prov. 1.
4. Ad Sacra Olea accipiendâ mittantur tres phialæ stannæ intra capsulam, ita clausæ, ut Minister solus Ecclesiæ Cathedralis eam aperire possit, nullus alius in via. Prov. 4.
5. Capsula corio sit tecta, vel certe sit lignea.
6. Ab eo referantur tantum, qui sit in sacris. Prov. 2.
7. In Cathedrali notetur in libro nomen illius, cui dantur, *ibid.*
8. Regulares non aliunde, quam a propria Cathedrali Olea sumant, alias puniantur. Prov. 6.
9. Et Ordinarii permittant Oleum Sacrum apud Regulares ad eorum usum tantum. Congr. Episc. 13. Julii 1589.
10. In distributione Oleorum nihil recipiatur, ead. *Septembris 1604.*
11. Vetera Olea comburantur in lampade, quæ adest ante Sanctiss. Sacramentum, bombice in sacristia exulto. Prov. 4.
12. In casu necessitatis uti poterit Parochus Oleo veteri Sacro. Congr. Episc. 20. Martii 1590.
13. Sacro Oleo novo deficiente, si aliunde non suppetit, guttatim infundatur Oleum non consecratum. Prov. 4.
14. Duo vascula pro singulari Oleis adsint, quorum alterum, ut dictum est, sit pro iis recipiendis, *ibid.*
15. Ubi plures Parochi in eadem Ecclesia, ibi plura vascula sint Olei infirmorum, *ibid.*
16. Inscriptiones fiant hoc modo saltem in vasis CHR. CATH. INFIR. *ibid.*
17. Thecæ vasorum sint ex corio, & intus ornata serico rubro, *ibid.*
18. Sacculus addatur, & pro Chrismare albus, *ibid.*
19. Pro Oleo infirmorum sit violaceus, cum cordulis, ut de collo pendens ad ægrotos deferri queat. Prov. 3.
20. Asserventur Olea in Ecclesia tantum, nisi quibus concesserit Episcopus Oleum infirmorum tenere domi ob distantiam domicili, *ibid.*
21. Et eo casu domi in fenestella locetur panno serico vestita intus, & sub clave. Prov. 4.
22. Clavis Oleorum semper sit apud Rectorem Ecclesiæ, neque Clerico committatur, *ibid.*
23. Servetur in bambacio, quod defertur ad ægrotos. Rituale Rom.

Oracula viva vocis

1. Revocata sunt qualicumque, & qualitercumque concessa. Gregor. XV. Anno 1622.
2. Exceptis iis, quæ ad supplicationem Regum, & quæ ad favorem Cardinalium; vel pro quibus Cardinales ipsi in scriptis testimonium præbuerunt, *ibid.*

3. Omnia abolevit, & cassavit, etiam ad instantiam Regum, & Imperatorum concessa, quibuscumque Generalibus, Superioribus, etiam Societatis Jesu Sæcularibus, & Regularibus. Urban. VIII. Anno 1632.

Oratio publica.

1. **N**E fiat hæc Oratio coram Sacramento per 40. horas, nisi ubi assidue asservatur Eucharistia, & ubi Episcopus concesserit. Prov. 4.
 2. In Cathedrali quoties inchoatur Ordo, fiat cum apparatu majori, concurrente toto Clero, & populo; tum ad processionem, tum ad Orationem, cum distributione horarum, & Sermonibus pluribus. *ibid.*
 3. Non deferatur hac occasione Eucharistia per ambitum templi. Prov. 1.
 4. Cerei minimum sex, ad summum decem, lampades non plures tredecim, nec pauciores tribus. Episcopus concedere plures cereos potest. Prov. 1.
 5. Per horam antequam in una Ecclesia terminetur, in altera inchoetur, si continuata est Oratio. Prov. 1.
 6. Romæ biduo durat hæc Oratio, itaut mane inchoetur, & mane finiatur. Instr. Rom. de Horis 40.
 7. Cantatur Missa votiva de Sacramento, tum in initio, tum in fine Orationis, *ibid.*
 8. In Festo primæ, vel secundæ classis, sive in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ classis in Collegiatis, vel duæ Missæ cantentur festiva, & votiva, vel una de die cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti. Gavantus 1. *Thefaur. Sac. Rituum, part. 2. tit. 4. num. 14.*
 9. Habetur ritus proprius hujus Missæ, *ibid.*
 10. Clerici saltem sex intersint Processioni. Prov. 4.
 11. Duo semper assistant, quorum alter saltem sit Diaconus, & noctu unus saltem in Sacris, *ibid.*
 12. Diviso sexuum curetur; noctu vero nemo, nisi custodes orantes, conveniat. Prov. 1.
 13. In Ecclesiis Monialium, si fiat Oratio, noctu nemo prorsus intromittatur, & reposita Eucharistia orent in Choro Moniales, *ibid.*
 14. Si noctu meno potest assistere, recondatur Eucharistia, & interdiu compensetur Oratio, *ibid.*
 15. Clausa sint Ostia noctu, *ibid.*
 16. Signa cum Campanis dentur pridie, & ipso die. Provinc. 4.
 17. Sermones breves habeantur populo frequentiori, *ibidem.*
 18. Ne pelves, aut vasa exponantur pro elemosyna, sed capsulæ permitti possunt, *ibid.*
 19. Extra ordinem, Oratio 40. horarum, ne fiat alicubi sine Episcopi licentia. Prov. 2.
 20. In Feria 5. Coenæ Domini saltem unus Sacerdos, aut Sacris initiatus excubet in Oratione. Prov. 5.
 21. In Feriis sextis paulo ante horam nonam detur signum salutationis Angelicæ. Prov. 2.
 22. In Sabbatis laudes B. Virginis per Antiphonam, Salve Regina, canantur Vesperi in Parochialibus. Prov. 3.
 23. Quotidie statuatur oratio pro Defunctis prima hora noctis, dato Campanæ signo. Prov. 6.
 24. Sabbatis quatuor temporum sub vesperum conveniant populi ad Ecclesias Parochiales ad pias preces, tum pro ordinatis, tum pro Beneficiis acceptis. Prov. 4.
 25. Imminentibus calamitatibus ea ratio ineatur, ut sine intermissione fiat Oratio a Clero, & populo. Prov. 3.
 26. Nimbis, procellisve imminentibus Campanæ sonentur, ut fiant preces in Ecclesia, saltem a Clero. Prov. 4.
 27. Pro temporum ratione certa hora statuatur ad communem Orationem, etiam domi habendam, datis idcirco Campanarum signis. Prov. 3.
 28. Stata prece, adhibeatur benedictio ante cibum, & post eum gratiarum actio. Prov. 5.
- V. *Confraternitates, num. 23. Regularium cura sub Episcopis, num. 19. 20.*

A D D I T I O.

1. Non tenentur Regulares accedere ad Ecclesias extra propria Monasteria pro celebratione Orationis 40. horarum. Decisum refert *Genuens. in praxi Neapol. cap. 64. num. 3.*

Oratorium.

1. **A**Edificatio, aut usus Oratoriorum parcius concedatur. Prov. 1.
2. Ne sit in partibus interiorum ædium, sed separatum ab aula, triclinio, cellis, *ibid.*
3. Neque ita angustum sit, ut e fenestris audienda sit Missa, *ibid.*
4. Rarius ibi celebretur, & diebus concessis a Sede Apostolica tantum, *ibid.*
5. Quæ in vis extruuntur, ne sint in campis, & sint sine Altari. Prov. 4.
6. Cancellis muniantur, & fenestris clathratis, *ibid.*
7. Valvis etiam, & claves penes Parochum, *ibid.*

8. Neque extra, nisi in loco alto, pingantur ibi sacre imagines, *ibid.*

V. *Imagines sacra, num. 14. 15. Missæ, num. 18. 19. 20. Reliquia Sanctorum, num. 45.*

Ordo in genere.

1. **O**rdinationes fiant statis temporibus in Cathedrali, presentibus Canonicis, publice; vel in digniori Diocesis Ecclesia, si in Diocesi sit Episcopus. Trident. *sess. 23. cap. 8.*
 2. Ab alieno Episcopo nemo Ordinetur sine testimonio Ordinarii de vita, & moribus. Idem *ibid.*
 3. Dimissoria litteræ dari non possunt nisi ab Episcopis, intra quorum fines existunt exempti. Idem *cap. 10. V. Litteræ dimissoria, num. 1. 2. 3.*
 4. Dispiciantur Ordinandorum genus, Persona, ætas, institutio, mores, doctrina, fides ab Episcopo, opera virorum prudentum, *ibid. cap. 5.*
 5. Genus, nam potest Episcopus Ordinare subditum sibi ratione originis, seu domicilii, seu Beneficii. DD. communiter.
 6. Origo patris inspicitur. Barbof. cum aliis *alleg. 4. num. 4.*
 7. Matris in illegitimo attenditur. Idem *ibid. num. 15.*
 8. Expositi origo attenditur ex loco in quo fuit expositus. Gratian. *discep. forens. cap. 75. num. 12.*
 9. Domicilium est locus perpetuæ habitationis. Menoch. *conf. 329. num. 33.*
 10. Habitatio continua per decennium æquivalet domicilio. Barbof. *loc. cit. num. 28. 29.*
 11. Ratione Beneficii, si plura habet, quovis Episcopo illorum. Barbof. *ibid. num. 51.*
 12. Habita Beneficii possessione, ne dum collatione, quæ sola non sufficit. Garz. *part. 2. cap. 4. num. 16. 17.*
 13. Filii Hebræorum non excluduntur ab Ordinibus. Decisum refert Armendar. *l. 1. tit. 21. l. unica num. 6.*
 14. Potest etiam Episcopus Ordinare Novitios alibi natos, sed degentes in Monasterio Diocesis, non autem potest eorum Abbas. Barbof. *allegat. 2. num. 8. & allegat. 4. num. 62.*
 15. Persona, nam hi simpliciter Ordinari non debent. Illegitime nati. Neophyti intra biennium. Ricciul. *de jure person. cap. 10. num. 9.*
- | | |
|--------------------------|--------------------------|
| Corpore vitiosi. | Ebriosi. |
| Insigniter deformes. | Impudici. |
| Epileptici. | Minores natu. |
| Amentes. | Rudes, & ignari. |
| Servi. | Lapsi post Ordinem. |
| Infames. | Peregrini, & ignoti. |
| Ufurarii. | Bigami. |
| Perjuri. | Irregulares aliis modis. |
| Criminosi. | Censuris ligati. |
| Sollemniter poenitentes. | Ratiocinii obligati. |
- Hæc ex Prov. 4.
16. Ætas, de qua in titulis sequentibus.
 17. Doctrina: conveniant urbani ad examen feria 2. Diocesanæ ante feriam quartam temporum. Prov. 4.
 18. Ne examinetur, qui sine habitu decenti accesserit. Provinc. 5.
 19. Examinatus ab Episcopo qui dat dimissorias, debet rursus examinari ab Ordinante. Trid. *sess. 12. cap. 11. & probat Barb. alleg. 7. num. 22.*
 20. Dispensatio interstitiorum pertinet ad Episcopum Ordinandi, non ad Ordinantem. Congregat. Episcopi 9. Augusti 1563.
 21. Interstitia ipsa attenduntur secundum eorum cursum, non autem per 12. menses, eadem 15. Aprilis 1591. & DD. apud Barbof. *alleg. 18. num. 2.*
 22. Initiatus ab alieno Episcopo ferat testimonium de Ordine suscepto. Prov. 4.
 23. Nemo Ordinetur, qui Ecclesiæ, aut pio loco non ascribatur, & si locum deferat, Episcopo inconsulto, ei sacrorum exercitium interdicitur. Trident. *sess. 23. cap. 16.*
 24. Dominico die ante indictam Ordinationem in Parochialibus Processio cum Litanis habeatur. Prov. 2.
 25. Præter Candelam nihil accipitur non pannus, pecten, &c. Congr. Episc. 2. Januarii 1601.
 26. Nihil item accipitur ab Episcopo pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus, aut sigillo, neque sponte oblatum, neque accipitur a Ministris. Trid. *sess. 21. cap. 1.*
 27. Pro singulis dimissoriis, aut testimonialibus, Notarii, ubi non viget contraria laudabilis consuetudo decimam tantum aurei partem accipere possunt, dummodo salarium nullum sit eis constitutum. Idem *ibid.*
 28. Neque inde ullam partem emolumenti Episcopus habeat, *ibid.*
 29. Regulares non professi tenentur iisdem legibus, quibus sæculares in Ordinibus suscipiendis. Pius V. Anno 1598. & Novitius dicitur habere domicilium in Diocesi Novitiatu. Nald. *Ordo num. 10.*
 30. Sub poena suspensionis per annum Episcopus a collatione Ordinum. Pius V. *ubi supra.*

31. Finito anno, cessat suspensio absque alia absolutione.
32. Neque potest Episcopus ordinare Monachum exemptum sine licentia proprii Abbatis, alias ipso jure alienus est a Communione Episcoporum, & contentus sit Communione suæ Diocesis. Barbof. alleg. 111. num. 17.
33. Regulares degentes in Monasterio sito in loco nullius Diocesis debent Ordinari ab Episcopo viciniore. Nald. V. Ordo num. 26.
34. Dimissoria dantur a Superioribus Regularium. Trident. sess. 23. cap. 8. & probat Barbof. alleg. 7. n. 31.
35. Sed ad Episcopus Diocesanus, in cujus Diocesi est Monasterium Ordinandi. Clemens VIII. 15. Martii 1596.
36. Qui si fuerit absens, vel non habiturus Ordinationes, ad alium dirigi poterit, facta in Dimissoriis mentione de absentia, seu de non habenda Ordinatione. Idem *ibid.*
37. Sub poena privationis vocis activæ, & passivæ, Officii, & Dignitatis, & aliis arbitrio Papæ, reservatis eidem, *ibid.*
38. Episcopus præsens, per alium Episcopum Ordinationes habens, non dicitur absens; & ideo Regulares alios ordinare non potest. Tamburin. de jure Abbatum tom. 2. disp. 2. q. 18.
39. Examinandi vero sunt Regulares ab Episcopo Ordinante. Trid. sess. 23. cap. 12.
40. Interstitiorum remissio in Regularibus spectat ad Episcopum Ordinantem; causam approbare pertinet ad Superioriorem Ordinandi. Decisum referunt DD. apud Barbof. alleg. 18. num. 16.
41. Centuræ ratione Ordinationis sunt, Qui extra tempora, vel ante ætatem legitimam, vel sine Dimissoriis, ad Sacros Ordines se faciunt promoveri, suspensi ipso jure ab Ordine. Pius II. Anno 1461.
42. Beneficiis item possunt privari, *ibid.*
43. Ordinatus sine Dimissoriis Ordinarii sui matet suspensus arbitrio Ordinarii sui. Trid. sess. 14. cap. 2.
44. Neque eum Episcopus admittat, nisi idoneum reperit, & interim eum suspendere potest ab Ordinum exercitio, & ne ministret, interdicere, *ibid.* cap. 3.
45. Prohibitus a suo Prælato, ne ascendit ad Ordines, ex quacumque causa, etiam occulta, sine ejusdem licentia promoveri non potest; neque item restitui, si est suspensus a suis Ordinibus, *ibid.* cap. 1.
46. Conferens primam Tonsuram non suo subdito est suspensus a solius primæ Tonsuræ collatione per annum. Bonac. de Sacram. disp. 3. quest. un. punct. 4. num. 29.
47. Conferens alios Ordines eidem, suspensus est per annum a collatione omnium Ordinum. Tridentin. sess. 23. c. 8.
48. Nisi probabiliter ignoret, Clericum esse alterius Diocesis. Decisum refert Navarr. conf. 40. de temp. Ord.
49. Conferens invito primam Tonsuram suspensus est ipso jure per annum a Celebratione Missæ. DD. apud Barbofam alleg. 111. num. 3.
50. Conferens infanti suspenditur a collatione Clericalis Tonsuræ tantum, per annum, *ibid.* DD. num. 4.
51. Idem, si illiterato, *ibid.* num. 6. sed non est in casu hæc censura. Sà, Verb. Suspensio, n. 13.
52. Idem, si conjugato nisi velit ingredi Religionem, aut promoveri ad Sacros Ordines. Barbofa loco cit. n. 10.
53. Ordinans eodem die, vel duobus continuato jejuniis ad duos Sacros Ordines, suspenditur a collatione utriusque, donec a Papa absolvatur. Idem num. 12.
54. Ordinans Sacerdotem non idoneum suspenditur a collatione Ordinis Sacerdotalis, *ibid.* n. 11.
55. Ordinans in aliena Diocesi sine licentia expressa Ordinarii loci, aut de ejus licentia sibi non subditos, suspenditur a Pontificalibus, & est reservata Papæ. Trid. sess. 6. cap. 5.
56. Potest tamen Episcopus in aliena Diocesi sine licentia Diocesani conferre primam Tonsuram subdito suo. Azorius par. 2. leg. 3. cap. 48. q. 5.
57. Ordinans eum, quem scit sollemniter egisse poenitentiam, vel scit esse bigamum, suspenditur per annum a Celebratione Missæ. Barbofa loco cit. num. 15.
58. Ordinans aliquem accepto juramento, vel promissione de non inferendis molestiis super ejus provisione, per triennium est suspensus a collatione Ordinum, *ibid.* n. 18.
59. Ordinans simoniace, & conferens primam Tonsuram, suspensus est a Pontificalibus, & ab Ecclesiæ ingressu interdictus, cum reservatione absolutionis Papæ ipsi, & non Poenitentiariorum, alias nulla est absolutio. Sixtus V. Anno 1588. Clem. VIII. Anno 1595.
60. Si adhuc se ingesserit, privatus sit ipso facto, etiam Episcopatu, nedum Beneficiis, cum reservatione Papæ, *ibid.*
61. Titulares Episcopi, etiam in loco nullius Diocesis aut exempto, conferentes Ordines, seu primam Tonsuram alicui non habenti Dimissorias, etiam si habeant Privilegium promovendi quoscumque accedentes, incurunt suspensionem a Pontificalibus reservatam Papæ. Trident. sess. 14. cap. 2.
62. Quomodo supplenda sint omittita in Ordinatione. Vide Sylv. V. Ordo 2. q. 10. 11. 12.
- V. Abbas, n. 31. & seqq. Capitulo Sede Vacante, num. 26. & seqq. Cessatio a Divinis, n. 8. Familiaris Episcopi, n. 3. & seqq. Interdictum, num. 40. & seqq. Irregularitas n. 35. & seqq. Simonia, num. 9. 10. 11.

A D D I T I O.

1. Origo patris attenditur, ubi scilicet domicilium habuit Pater. Sanchez cum aliis, de Matrimon. l. 3. disputat. 23. num. 3.
2. Domicilia duo quis habere potest in diversis Diocesis, si fere æqualiter habitet in uno ætate, in altero hyeme, & subditur duobus Episcopis. Barbofa cum aliis, de potest. Episc. alleg. 4. num. 38.
3. Feudatarii, licet alibi habitent, dicuntur habere Domicilium in loco feudi: item & filii eorum. Idem *ibid.* n. 32.
4. Perpetuum officium apud Principem ad jus Domicilii pro Ordinibus leg. sonatores, Cod. de incolis.
5. Ratione Beneficii simplicis, immo & tenuis, juncto patrimonio, potest quis Ordinari. Barb. supra n. 44. 46.
6. Ordinatus ab uno Episcopo, quovis titulo, non potest alios Ordines accipere ab alio sine licentia prioris Episcopi. Molfes. in summ. tr. 2. c. 2. n. 10.
7. Cum Regularibus mitius agi potest circa scientiam, quam cum sæcularibus. Barbofa loco cit. alleg. 46. n. 14.
8. Regulares participantes in Privilegiis. Greg. XIII. Societatis Jesu, & Clem. VIII. S. Jo. in Portugalia, possunt Ordinari, non servatis interstitiis; neque prævia functione priorum Ordinum, & extra tempora. Diana tom. 2. mor. resol. tract. 2. de dub. regul. resol. 31. 32. & 112.
9. Ordinatus per saltum est suspensus ab eo tantum Ordine, quem per saltum suscepit. Sylv. V. Irregularitas, q. 11.
10. Conferens Ordinem non suo subdito suspensus est a collatione Ordinis male collati tantum, per annum. Molfes. cum aliis in sum. tr. 2. c. 2. n. 12. contra Barbof. qui a collatione omnium docet esse suspensum.
11. Suspensio ob malam Ordinum collationem per Pium II. est Papæ reservata. Barbofa loco cit. alleg. 17. n. 14.
12. Infantes expositi, cum adoleverint, habentur pro legitimis ad Ordines Sacros, nisi probetur oppositum. Diana 2. p. tr. 1. Miscell. resol. 22.

Ordines Minores.

1. Militibus, etiam quod non sint prælati, denegatur prima Tonsura. Congreg. Episc. 30. Augusti 1619.
2. Ultramontanis ne conferatur prima Tonsura, nec Ordo minor, nisi cum Dimissoriis prius recognitis a Nunciis, & postea a Vicario Urbis, sub poena promoventibus suspensionis ad annum a Pontificalibus; promotis autem perpetuæ suspensioni; eo ipso. Urban. VIII. Anno 1624. *
3. Itali prima Tonsura, aut minoribus Ordinibus ab alieno Episcopo cum falsis Dimissoriis initiati non gaudent privilegio fori. Idem *ibid.*
4. Prima Tonsura non initiatur, nisi prius confirmati. Trident. sess. 23. cap. 4.
5. Fidei rudimenta sciant; & legere, & scribere, & conjectura sit probabilis, eos Deo servire velle. Idem *ibid.*
6. Afferant probationes de legitimo Matrimonio, seu dispensationem.
- De origine, vel decennali domicilio.
- De doctrina, & moribus a Parocho.
- De Doctrinæ Christianæ scholis frequentatis.
- De Confirmatione.
- De Spe ad ulteriora.
- De frequenti Sacramentorum usu. Hæc Prov. 4.
- De ætate, quæ debet esse 7. annorum, cap. in singulis 77. dist.
7. Potest autem conferri prima Tonsura qualibet die. Barbof. alleg. 11. num. 19. & in aliena Diocesi.
- V. Ordo in genere, num. 59. Sed cum Stola saltem. Sà, Ordo num. 31.
8. Ad minores Ordines, testimonium habeant a Parocho, & Magistro Scholæ. Trid. loc. cit. cap. 5.
9. Et præterea de Tonsura, vel Ordine suscepto.
- De Functionibus præstitis in Ecclesia, cui adscripti.
- De habitu Clericali assidue gestato.
- De Sacramentorum frequenti usu. Hæc ex Prov. 4.
10. Ætas Acolythi 12. annorum expletorum. Moneta, de distribut. p. 2. q. 19. num. 11.
11. Iis conferantur, qui latinam linguam intelligunt, quos scientiæ spes majoribus Ordinibus dignos ostendat. Trident. loc. cit. cap. 11.
12. Per interstitia temporum, nisi aliud Episcopo videatur. Idem *ibid.*
13. Consuetudo conferendi simul primam Tonsuram, & minores Ordines retineri potest. Decisum refert Armendar. ad recop. legum. Navar. lib. 1. tit. 18. l. 1. n. 57.
14. Laudabilius est conferre singillatim minores. Innuit Trident. sess. cit. cap. 11.
15. Possunt conferri in Festis de præcepto. Barb. alleg. 11. num. 18. Festis scilicet Diocesis. Nald. Ordo, num. 2. In Festivis diebus duplicibus. Pont. Rom.
16. Sine Missa, etiam a non jejunio, sed mane. Barb. alleg. 14. num. 16.
17. In domo Episcopali, & non Episcopali, non in loco interdicto. Idem alleg. 11. num. 20.

18. Uni, vel duobus, videatur Ordinatio generalis. Sylv. *Ordo 2. quest. 6. secundum*. Pluribus, quam duobus, concedunt alii, *ibid.*

19. Habens animum non ascendendi ad Sacros Ordines ob humilitatem, non facit contra Concilium. Navar. *cap. 25. num. 108*. Secus, si ut fugiat forum laicale.

20. In regno Neapolitano antequam prima Tonsura, seu Ordines Minores dentur, publicetur a Parocho initiandorum nomina, & hic transmittat Testimonium de natalibus, ætate, moribus ad Ordinantem. Congreg. Cathedralium 10. Julii 1623. *

21. Si dentur Dimissoria, dentur uni, & certo Ordinario ad electionem concedentis, cum mentione dictæ diligentia, *ibidem*.

22. Alias promotus ab executione collati, & a susceptio- ne Superioris Ordinis perpetuo suspensus sit, & Ordinans, seu Dimissorias concedens a collatione Ordinum, eo ipso per annum, *ibid.*

Ordines Majores.

1. **Q**ui Majoribus sunt iniciandi ad singulos Ordines ante mensem Episcopum adeant, qui committat Parocho, aut alteri, ut eos publicet in Ecclesia, & de natalibus, ætate, moribus, & vita inquirat, & testimonium transmittat. Trid. *sess. 23. cap. 5.*

2. Nemo admittatur ad Sacros Ordines, nisi cum sufficienti Beneficio. Idem *sess. 23. cap. 3.*

3. Neque poterit resignari, sub poena nullitatis, *ibid.*

4. Et admittens resignationem debet eum alere. Pius V. Anno 1568. & Decisum referunt DD. apud Barbosam, *allegat. 19. num. 47.*

5. Neque potest resignare, licet cum juramento extet promissio. Decisum refertur *ibid. num. 46.*

6. Neque potest permutari, nulla facta mentione de titulo. Decisum referunt DD. apud eundem, *ibid. num. 43.*

7. Neque possunt obligari fructus talis Beneficii, nec hypothecari, *ibid. num. 28.*

8. Potest Ordinari quis ad titulum Beneficii, cujus tamen fructus non percipiet, nisi post Sacerdotium. Decisum refert Garz. *part. 2. cap. 1. num. 110.* & Barbos. *allegat. 19. num. 29.*

9. Ad Patrimonii titulum, seu pensionis, non nisi pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum Episcopi, & sit redditus certus, & sufficiens. Trident. *sess. 21. cap. 2.*

10. Non potest hoc Patrimonium, neque pensio alienari, nisi adsit aliunde victus, *ibid.*

11. Pactum, & conditio in Patrimonio de eo reddendo, cum ordinatus habuerit aliunde, unde vivat, non est contra Concilium. Garz. *d. cap. 5. num. 169.*

12. Et item ad vitam tantum Ordinandi. Congr. Episcop. 22. Aprilis 1596. apud Naldum *Ordo, num. 17.*

13. Alienatio Patrimonii, adveniente Beneficio sufficiente, valet etiam facta sine licentia Episcopi. DD. apud Barbosam *alleg. 19. num. 88. 89.* Negant alii, *ibid. num. 90.*

14. Bona hujus Patrimonii habent privilegia, quæ conceduntur a jure bonis Ecclesiasticis, Barbos. *ibid. num. 91.*

15. Publicetur hoc Patrimonium a Parocho, intra cujus limites major est illius census. Prov. 4.

16. Qui promittit, & cui promittitur victus, donec aliunde habuerit, jurent, sine dolo, & vere id fieri, poena suspensionis proposita, & inhabilitatis ad alios Ordines. Provinc. 5.

17. Neque hæc promissio admittatur nisi ob penuriam Sacerdotum, *ibid.* & Decisum refert Barbos. *cit. num. 73.*

18. Ob delictum non potest Patrimonium applicari Fisco, sed redeat ad eum, qui promissit, sub poena nullitatis, *ibid.*

19. Ordinari potest quis ad titulum donationis alicujus, si vera est, arbitrio Episcopi, neque potest alienari. Decisum refert Garz. *d. cap. 5. num. 79.*

20. Item ad titulum Massæ tot Clerici Ordinari possunt, quot congruenter sustentari possunt, & tenentur inservire Ecclesie, ac si essent Beneficiati. Congreg. Episcop. 16. Martii 1593.

21. Non potest Ordinari ad titulum mensæ Episcop. eadem 20. Febr. 1590.

22. Neque ad titulum Seminarii, nisi ob Beneficium Seminario unitum, vel sub certa assignatione fructuum causa inserviendi Beneficio unito Seminario. Decisum referunt Garz. *d. cap. 5. num. 104.* & Barbos. *alleg. 19. num. 31.*

23. Neque ad titulum insignis literaturæ. Decisum refert Barbos. *loco cit. num. 72.*

24. Neque si ex arte Musica, vel alia possit habere, unde vivat. Decisum refert Garz. *d. cap. 5. num. 126.*

25. Ordinatus sine titulo non est suspensus, sed Episcopus renetur eum alere. Decisum referunt DD. apud Barbosam, *alleg. 20. num. 27.*

26. Ordinatus sine titulo, non promoveatur ad alios Ordines. Decisum referunt DD. apud Barbos. *ibid. num. 22.*

27. De familiaribus Episcopi. Vide supra proprio titulo.

28. Regulares se ipso paupertatis Ordinantur, sed jurent coram Episcopo se sponte professionem sollemnem emisisse, aut ratam habuisse. Prov. 5.

29. Examen pro Majoribus Ordinibus fiat coram Episcopo, *ibidem*.

30. Ad Subdiaconatum ne admittatur ante annum 22. ætatis. Trident. *sess. 23. cap. 12.*

31. Et non nisi post annum a susceptis Minoribus, nisi adsit necessitas, aut Ecclesie utilitatis, *ibid. cap. 11.*

32. Neque admittatur imperitus Canonicarum Horarum. Prov. 5.

33. Doceat de Denuntiationibus factis in Ecclesia.

De ætate.

De censu cum publicatione ejusdem.

De exercitationibus spiritualibus per dies aliquot.

De interstitiis, seu causa dispensandi. Prov. 4.

De exercitio Minorum Ordinum. Tridentin. *sess. 23. cap. 13.*

34. Ad Diaconatum ne admittatur, nisi post annum a Subdiaconatu, arbitrio tamen Episcopi. Trid. *ibid.*

35. Neque ante 23. ætatis annum. Idem *ibid. cap. 12.*

36. Docet de exercitio Subdiaconatus. Idem *ibid. cap. 13.*

De Denuntiationibus.

De ætate. Prov. 4.

37. Ad Sacerdotium ne admittatur, nisi post annum a Diaconatu, nisi Ecclesie utilitas, ac necessitas aliud suadeat. Trid. *loco cit. cap. 14.*

38. Sit aptus ad docendum populum, ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, & ad ministranda Sacramenta. Item pietate, & castis moribus sit conspicuus. Trident. *ibid.*

39. Doceat de Denuntiationibus.

De ætate.

De exercitationibus spiritualibus.

De interstitiis, seu causa dispensandi. Prov. 4.

40. Regulares observent eadem, quæ supra, & examinentur ab Episcopo. Trid. *loco cit. cap. 12.*

41. Doceant de natalibus, & ætate.

De Ordine proxime suscepto.

De progressionem in Ecclesiastica disciplina.

De ministerio in Ecclesia.

De exercitio functionum.

De frequentia Sacramentorum.

De interstitiis seu causa dispensandi, cujus judicium erit Episcopi. Prov. 5.

42. Duo sacri Ordines, eodem die ne conferantur. Trid. *loco cit. cap. 13.*

43. Non nisi in Missa conferantur, *cap. Quod sicut elect.*

44. Extra tempora, quando conceditur Ordinatio in diebus Festis, intellige, de præcepto, quia in privilegio dicitur: *in Dominicis, seu aliis Festis*: hoc est, quæ æquiparantur Dominicis.

45. Cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ea causa potest dispensare. Trid. *cap. 14. V. Regularium jura sub Episcopis, num. 23.*

A D D I T I O.

1. Patrimonium potest constitui super annuis perpetuis censibus, cum cautione, quod, si redimantur, pecunia ex Decreto Judicis deponatur apud idoneas peronas ad effectum reinvestiendi. Cong. Conc. 2. Junii 1629.

2. Patrimonium valet Clerico assignatum a patre in bonis, quæ sunt directi Domini Ecclesie, & de quibus solvitur quædam rata fructuum in recognitionem, quatenus utile Dominium a patre transferri queat, & ad victum Clerici sufficiat, *ead. 7. Sept. 1603.*

3. Patrimonium non potest capi in executionem ob illata vulnera alicui ad rescindendas curationis impensas, etiam ex Decreto judicis, & etiamsi nihil aliud possideat, *eadem 5. Febr. 1604.*

4. Ad Diaconatum non potest quis Ordinari, promotus ob utilitatem alicujus Ecclesie, ab alio Episcopo, sub quo domicilium habet; sed debet ab eo, qui eum Subdiaconum creavit; nisi cum hujus licentia discesserit, *ex Trident. sess. 23. cap. 16.*

5. Ob multitudinem Ordinandorum, si desit tempus, qui in Sabbatho Ordinari non possunt in Sacris, continuato jejuni- o ab Ordinate, & Ordinandis, possunt Ordinari in sequenti die Dominico. Henriq. *lib. 10. cap. 12. num. 12. Dian. tom. 1. tract. 16. resolut. 28.*

6. Non tamen in Sabbatho conferri potest unus Ordo Sacer, & alter in Dominica, continuato jejuni- o sub poena suspensionis Papalis. Nav. *in Man. cap. 27. num. 71.*

7. Qui obtinet a Papa Ordinari possit tribus diebus Festis, non potest in Sabbatho quatuor Temporum, & in Dominica sequenti duos recipere Ordines Sacros. Suarez *de cens. disp. 31. sect. 1. num. 40. 42.*

8. Tres dies festos intelligi de duplicibus, non feriatis, docent Rodriq. *tom. 2. de Regul. quest. 13. art. 5. & Facund. de quinque præc. lib. 1. cap. 2. num. 12.*

9. Sed Azor, cui adhæreo, *part. 2. lib. 1. cap. 27. q. 19.* intelligit de feriatis a populo.

10. Licet Concilium Trident. in Ordinando ad titulum Patrimonii necessitatem, ac utilitatem requirat Ecclesie; tamen intelligit illud, ac pro vel Cong. Conc. 17. Mart. 1619.

Parochia.

1. Ita distinguantur Ecclesie Parochiales, ut quisque habeat proprium Parochum, & ubi non sunt Parochiales Ecclesie, fiant quamprimum. *Trid. sess. 24. cap. 13.*
 2. Quorum Parochialium fructus adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curet Episcopus per Beneficiorum non regularium unionem, aut primitiarum, vel decimarum assignationem, vel Parochianorum symbolum, aut alia ratione, sufficienter eos augeri. *Idem ibid.*
 3. Ubi populus est numerosus, cui unus non sufficit Rector, adjungantur alii, & cogantur Rectores, *Idem sess. 21. capit. 4.*
 4. Ubi ob locorum distantiam Parochiani non sine magno incommodo Sacramenta percipere possunt, & Divina Officia audire, novae Parochiae fiant, invitatis etiam Rectoribus. *Idem ibidem.*
 5. In erectione novae Parochiae, seu separatione Parochianorum, non requiritur consensus Parochianorum. *Ricciul. in praxi resol. 466. in 2. edit. num. 6.*
 6. Neque consensus Parochi primae Ecclesiae, dummodo sine illius praedictio fiat. *Decisum refert Praxis nova Episc. par. 1. cap. 5. num. 1.*
 7. Ecclesia simplex potest ex causa erigi in Curatam. *Garz. par. 12. cap. 5. n. 2.*
 8. Non tamen Beneficium simplex in Curatam. *Decisum refert, cessante causa, & necessitate. Garz. ibid. n. 3.*
 9. Parochis novis assignetur competens portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad Matricem Ecclesiam quomodocumque pertinentibus, & si est necesse, compellatur populus ad subveniendum. *Trid. loco cit. cap. 4.*
 10. Parochiales collapsae, etiam si juris patronatus sint, resciantur ex fructibus quibuscumque ad eas provenientes. *Idem ibid. c. 7.*
 11. Si non sufficiunt, Patroni, & alii, qui fructus aliquos percipiunt, item Parochiani compellantur, aut si nimia est egestas transferantur ad Matricem, seu viciniore Ecclesias. *Idem ibid.*
 12. Valent praedicta etiam in Parochialibus Regularium. *Decisum refert Franc. Leo in Thes. fori p. 2. c. 2. n. 69.*
 13. Canonici residentes in Cathedrali, & Clerici ejusdem censentur de Parochia Cathedralis, non autem de ea, in qua habitant. *Nald. Parochia, num. 13.*
 14. Si non resident, sunt de ea, in qua habitant. *Idem ibidem.*
- V. Benefic. num. 11. 12. 13. 14.*
Benef. mutatio, num. 1. 3.
Decima, num. 9. 16. 19. 33.

A D D I T I O.

In vim Decreti. *Conc. Trid. sess. 21. cap. 4.* non potest Episcopus erigere Coadjutoriam, sed debet cogere Rectorem ad assumendum sibi Sacerdotes necessarios pro ministrandis Sacramentis. *Decisum refert Barbosa de jure Eccl. 2. cap. 2. n. 10.*

Parochorum Residentia.

1. Residente cognatum omnino. *Trid. sess. 6. c. 2.*
2. Etiam Regulares. *Prov. 5.*
3. Etiam ii, quorum institutio pertinet ad inferiores Episcopos. *Decisum refert Garz. parte 3. cap. 2. num. 179. in 2. & 27. declar.*
4. Resideant in aedibus Ecclesiae Parochialis, nisi aliud videatur Episcopo. *Prov. 1.*
5. Si non habet aedes proprias, conducant viciniore Ecclesiae intra fines Parochiae. *Decisum refert Garz. loco cit. num. 22. declar.*
6. Quod extenditur etiam ad Substitutos, & Coadjutores necessarios. *Prov. 4.*
7. Si in aedibus Parochialibus Rector, & socius habitare nequeunt, aptior ex iis, iudicio Episcopi, ibi habitet, alter in alia domo, *ibid.*
8. Cappellani, & Coadjutores Parochorum instituti a Sede Apostolica tenentur ad personalem residentiam. *Decisum referunt DD. apud Barbosam alleg. 53. num. 78. & alleg. 63. num. 9.*
9. Etiam si essent tres tantum incolae, & si ibi fuerint duae Ecclesiae unitae, residendum est in digniori, & intra urbem, si altera est extra; si nescitur dignior, in frequentiori. *Decisum refert Garz. loco cit. in 14. declar.*
10. Qui Parochialem, & Canonicatum, seu Dignitatem in Collegiata habet, resideat in Parochiali. *Pius V. Anno 1568.*
11. Sub poenis arbitrio Ordinarii, etiam privationis Beneficiorum, *ibid.*
12. Si Parochialis Ecclesia tribus, aut quatuor milliariibus distet a Civitate, in ea tamen habitare debet Rector, nec habetur pro residente, qui Dominicis tantum diebus illuc accedit. *Decisum refert Garz. loco cit. in 17. declar.*
13. Nec poterit abesse Rector ille, cui datus est Coadjutor. *Decisum referunt DD. apud Barbosam alleg. 63. n. 8.*

14. Qui Vicarium habet perpetuum, cui tota incumbit cura, non tenetur residere. *Decisum refert Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 99.*
 15. Neque excusat a residentia senectus. *Decisum refert Praxis nov. Episcop. p. 1. V. Residentia vers. 9.*
 16. Neque Officium Inquisitoris. *Decisum refert Gonzalez loco cit. num. 265.*
 17. Neque Officium Subcollectoris Apostolici. *Decisum refertur ibid.*
 18. Neque Officium Secretarii, seu Vicarii foranei. *Decisum referunt DD. apud Barbosam supra num. 86. alleg. 53.*
 19. Neque negotium Episcopi. *Decisum refert Garz. dist. 6. 2. n. 2. in 2. declar.*
 20. Neque quod sit Magister Grammaticae in Civitate, si distat Parochialis Ecclesia ultra duo milliaria. *Decisum refert idem in 19. declar. loco cit.*
 21. Etiam si relinquat ibi Vicarium idoneum. *Decisum refert Ricc. in praxi decis. 102. in 1. edit. & resolut. 393. in 2. edit.*
 22. Studendi causa non percipit fructus absens Parochus. *Decisum referunt DD. apud Barbosam alleg. 53. num. 77.*
 23. Neque excusat defectus domus, neque servitium Cathedralis, neque lis, constituto etiam Vicario idoneo. *Decisum referunt DD. apud Barbosam ibid. num. 85.*
 24. Excusat causa inimicitiarum, & discrimen vitae, ut possit abesse per annum, dato Vicario idoneo. *Decisum refert DD. apud Barbosam ibid. num. 89.*
 25. Item infirmitas; ubi non adest copia Medicorum, vel medicinarum, potest ab Episcopo dari dilatio Rectori trium, vel quatuor mensum, ut in locis viciniore curetur. *Decisum refertur in Praxi nova Episc. V. Residentia vers. 7.*
 26. Propter intemperiem aeris, Parochus aliunde oriundus de consensu Ordinarii, potest per quatuor menses habitare alibi, relicto Vicario idoneo. *Decisum refert Garz. loco cit. in 4. declar.*
 27. Omnino ne evocentur alio, etiam ad Divina Officia, paulo ante Festa Natalitia, & Paschalia, Parochi. *Prov. 1.*
 28. Itaque ultra bimestre regulariter ne absint Parochi, & eo casu cum licentia in scriptis, & Vicario approbato, & ex gravi causa. *Trid. sess. 23. cap. 1.*
 29. Valet Constitutio Episcopi cohibentis, ne Parochi absint ultra duos dies sine licentia. *Decisum refert Garz. dist. cap. 2. n. 23. in 2. declar.*
 30. Sub poena pecuniaria, quae decimam dimidiam non excedat; non sub poena excommunicationis latae sententiae. *Decisum refertur ibid.*
 31. Absentes illegitime peccatum mortale incurrunt, & pro rata temporis absentiae non faciunt fructus suos, qui debentur in foro conscientiae fabricae Ecclesiae, aut pauperibus loci. *Trident. sess. 23. cap. 1. sine citatione. Decisum refert Garz. num. 27.*
 32. Si contumaces sint, usque ad privationem Beneficii compellantur per censuras, & alia juris remedia. *Idem ib.*
 33. Procedens Episcopus per subtractionem fructuum contra Parochos non residentes, non tenetur servare intervalla omnia, quae contra Episcopos statuit *Trid. Decisum refert Garz. ibid. n. 32.*
 34. Neque conventio, neque compositio ulla valet circa fructus amissos. *Trid. loco cit.*
 35. Neque vigore Bullae Cruciatiae, seu alterius Privilegii *Decisum refert Garz. loco cit. num. 26.*
 36. Vicecuratus non tenetur ad residentiam, ex edicto, quod fit ad Curatos. *Congregatio Episcoporum 24. Januarii 1617.*
- V. Canoniorum Residentia, n. 20. 24. Residentia. n. 1. 5.*

A D D I T I O.

1. De domibus pro necessaria Parochi habitatione intelligendum est idem, quod de Ecclesiis Parochialibus reparandis est *decisum. Refert decisum Barbos. de off. Parochi p. 1. cap. 13. num. 12.*
2. Absentiae licentiam debet dare Episcopus, etiam si collatio Parochialis Ecclesiae ad inferiores, etiam Regulares, spectet. *Decisum refert Garz. de Beneficiis, parte 3. cap. 2. num. 179.*
3. Nisi hi jurisdictionem habeant quasi Episcopalem. *Idem ibidem.*

Parochorum munera.

1. Frequenter celebrent, ita ut suo muneri satisfaciant. *Trident. sess. 23. c. 14.*
2. Offerant Sacrificium pro ovibus. *Idem ibid. cap. 1. V. Missa Parochialis, num. 1. & seqq.*
3. Juxta viri prudentis arbitrium. *DD. cum Barbosa alleg. 24. num. 23. Negant teneri ad applicationem Sacrificii. Nald. cum aliis.*
- V. Parochus, num. 19.*
4. Clericus adsit, populi etiam sumptu, si minus ille potest suo. *Prov. 4.*
5. Praedictent populo omnibus diebus Festis. *Trid. sess. 24. capit. 4.*

6. Vñ Sacramentorum, & usum explicent inter Missarum sollempnia. Idem *ibid.* cap. 7.

7. Jejunia, & dies Festos commendent, & evulgent. Idem *sess.* 25. *in fin.*

8. Decreta Matrimonialia Concil. Trid. publicent, & explicant. Idem *sess.* 24. cap. 1.

9. Præmoneant populum de Oratione, Processione, Anniversariis per hebdomadam, seu Exequiis faciendis. Prov. 3.

10. In Quadragesima quotidie, vel tribus diebus per idoneos, expensis suis, iudicio Episcopi Conciones procurent. Trid. *sess.* 24. cap. 4.

11. Nec omittantur Conciones eo prætextu, quia in Cathedrali eæ habentur. Prov. 7.

12. Sacramenta ministrent. Trid. *sess.* 23. cap. 1.

13. In Baptismo non omnes lavantes de fonte admittant, nisi certos. Idem *sess.* 24. c. 2.

14. Liceat Parocho advenas, & peregrinos, quos intra fines suæ Parochiæ, vel ad breve tempus morari contigerit, etiam Paschali tempore confitentes audire, nisi ii de industria eo diverterint, ne in propria Parochiali Sacramenta percipiant. Prov. 7.

15. In festo Ascensionis significant Episcopo eos, qui in Paschate non communicarunt, sub poena suspensionis ipso facto, *ibid.*

16. Contumaces autem, de mandato tamen Episcopi, Dominica 2. post Pentecosten intra Missa sollempnia interdictos ea de causa denunciunt, eorumque nomina valvis Ecclesiæ affigant, & intra dies quindecim curent, ut affigantur valvis Ecclesiæ Cathedralis, *ibid.*

17. Nuptias ipsi benedicant. Trid. *sess.* 24. cap. 1.

18. Vesperas in diebus Festis recitent, etiam cum altero tantum, alta voce, statuta hora. Prov. 3.

19. Horas Canonicas in sollempnioribus Festis canant in Ecclesia, ubi id commode fieri potest, Episcopi iudicio. Provinc. 4.

20. Diebus Festis pueros fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes doceant. Trid. *sess.* 24. cap. 1. *V. Doctrina Christiana, n. 1. 15.*

21. Ad Parochum pertinent functiones Sacerdotales in Ecclesiis, quæ sub laicorum sunt gubernio, non ad Cappellanos, neque ad Sacristam, nempe benedictiones Cinerum, Candelarum, Ramorum, Fontis Baptifimalis, delationes Sanctissimi Sacramenti, Celebratio Missarum in Feria V. Coenæ Domini, Aspersiones Domorum, & quæ in Ecclesia fiunt die Dominico, Orationes 40. Horarum, & similes. Congreg. Rit. 18. Maji 1602.

22. Librum Baptizatorum habeant. Trid. *sess.* 24. cap. 2.

23. Item Matrimoniorum. Idem *ibid.* cap. 1.

24. Item librum, in quo omnium, qui in eorum Parochiis sunt, nomina, sexum, ætatem, & statum habeant. Prov. 3.

25. Negligentes in conscribendis prædictis libris, & Defunctorum, decem aureorum poena mulctentur. Prov. 7.

26. Habeant Homiliarum Summam Antoninam, vel aliam, præter libros communes Clericorum. Prov. 4.

27. Ad munera Parochialia compellantur, etiam Curati Regulares. Prov. 3.

28. Neque semper potest Parochus alterum sibi substituere etiam approbatum, ad Confessiones suorum subditorum audiendas. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. cap. 13. n. 61.

29. Illi etiam, idest, Regulares, tenentur adesse benedictioni Fontis Baptifimalis in Sabbato Sancto, si tenentur alii. Congreg. Episc. 12. Decembris 1597.

30. Et debent habere socium Regularem in domo Parochiali, eadem 21. Junii 1595.

31. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur, & ipsi ad omnes functiones, ad quas Curati alii, ead. 28. Aprilis 1599.

32. Et accedere quoque ad Congregationes Casuum conscientiæ. Congreg. Concil. 18. Martii 1598.

33. Monentur præterea Curati omnes, ut deponant nimium affectum erga propinquos. Trid. *sess.* 25. cap. 1.

34. Hospitalitatem ament. Idem *ibid.* c. 8.

35. Pauperum, & miserabilium personarum curam paternam gerant. Idem *sess.* 23.

36. Ne pueros certa mercede pacta alant domi; Clericos autem, & pauperes Parochiæ pueros futuros Clericos, de consensu Episcopi, possunt. Prov. 4.

37. Neque ludum aperiant litterarum extra fines Parochiæ, *ibidem.*

38. Neque Cantoris, Musicive munus in alia Ecclesia suscipiant, sine licentia Episcopi, *ibid.*

39. Neque aliud munus, quod impedire possit residentiam. Prov. 5.

40. Si illiterati sint, possunt eis dari Vicarii, vel Coadjutores cum parte fructuum competenti. Trid. *sess.* 21. cap. 6.

41. Inter Rectorem, & socium emolumenta dividantur certa lege, iudicio Episcopi. Prov. 4.

42. Servitia animarum, & Ecclesiæ non dividantur per hebdomadas, ubi sunt plures Parochi, sed omnes sint, unus. *ibidem.*

43. Qui scandalose vivunt, post monitionem castigantur, & incorrigibiles priventur etiam Beneficiis. Trident. *sess.* 21. cap. 16.

44. Nullum tradant testificationis genus e libris Parochialibus descriptum sine licentia Episcopi, nisi de natalibus, vel ætate. Prov. 3.

45. Morituro Parocho vicinior Sacramenta ministret, & mortui funus obeant universi Parochi regionis illius in qua debebat. Prov. 2.

46. Quisque ex prædictis Missam pro eo faciet, & una omnes ad Missam pro eo sollempnem convenient, die statuta a Præfecto, seu Vicario foraneo; & hæc omnia gratis, *ibid.*

47. Successor Parochi prædefuncti animam juvet celebrando quotannis Anniversarium cum Missa pro eo. Prov. 6.

Vide Baptismus, num. 2. 10. Clerici Conventus, num. 2. 15. 18. 19. Concio sacra, num. 5. 6. 54. & seqq. Confessarius, num. 4. 5. Confraternitates num. 12. 38. & seqq. Eucharistia, num. 4. & seqq. Exequia, num. 14. & seqq. Matrimonii celebratio per totum. Missa, num. 15. 66. Monialium cura spiritalis, num. 10. 31. Oratio publica, num. 22. 24. Orationum, num. 7. Ordo, num. 24. Pestis, num. 1. 2. 8. Præcedentia, num. 14. Quadragesima, num. 5. Synodus Diocesana, num. 12. 15. Usura, num. 17.

A D D I T I O.

1. Non censetur approbatus Parochus per tota Civitate, & Diocesi. Decisum refert *Piassec. in Praxi Episc. par. 2. cap. 4. num. 10. & Barbosa de potest. Episc. alleg. 25. n. 8.*

2. Parochus Cathedralis Ecclesiæ non potest ministrare Sacramenta in aliena Parochia. *Congreg. Concilii 20. Sept. 1628.*

3. Parochus sæcularis audiens Confessiones tenetur deferre superpelliceum, & stolam. *Congr. Episc. 3. Nov. 1588.*

4. Parochus, seclusa Episcopi reservatione, potest dare simpliciter Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, excepto Pœnitentiæ. *Cong. Episc. 20. Aug. 1502.*

5. Neque sine causa debet ei Episcopus hoc idem prohibere, eadem *ibid.*

6. Non potest Episcopus cogere Parochum, ut subministret necessaria Presbyteris volentibus celebrare in Parochiali. *Congreg. Rit. 1602.*

Patriarcha.

1. Patriarchæ sunt quatuor proprie, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & hic eorum ordo. *Sylv. V. Patriarcha.*

2. Alii proprie sunt Primates, ut Aquilejensis, Gradensis, & huiusmodi. Idem *ibid.*

3. Conferunt Metropolitanis suis pallium. Idem *ibid.*

4. Faciunt ante se ubique Crucem deferri, nisi in Urbe, & ubi est Papa, vel Legatus ejus utens insignis Papalibus, quæ enumerat *Sylv. ibid.*

5. Crux autem geminum lignum transversarium habet, cuius superius est brevius, inferius longius. *DD. cit. a Barbosa de potest. Episc. tit. 3. num. 25.*

6. Prædicta privilegia non competunt aliis minus proprie Patriarchis, sed quatuor tantum supra relatis. *DD. apud Barbosam loco cit. n. 37.*

V. Subsidium charit. n. 1.

7. Non potest tamen sollempniter benedicere, nisi intra Diocesim, non extra eam. *Sylv. supra.*

8. De eorum jurisdictione in Archiepiscopo. *Sylv. sup.*

9. Patriarcha habens aliquas Ecclesias immediate sibi subiectas in aliena Diocesi, non potest dare licentiam Pontificalium in iis sine consensu Episcopi Diocesis. Decisum refert *Riccus, in Praxi fori post resolut. 495. in notab. de mat. Episcop.*

Pensio.

1. Non potest Episcopus per resignationem reservare alicui pensionem; quia resignationes in favorem sunt prohibita, per Bullam Pii V.

2. Potest autem ex causa permutationis, ut ea sit æqualis. *Bulla Pii V. cit. a Leon. in Thef. Fori p. 2. c. 7. n. 27.*

3. Potest Episcopus ex justa causa, puta pro bono pacis, vel studio scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesiæ reservare Pensionem, & imponere. *DD. cum Rot. apud Barb. alleg. 69. n. 15.*

4. Item in collatione Beneficiorum per obitum vacantium & ad Episcopi collationem spectantium. *Leo supra n. 29.*

5. Non tamen super quotidianis distributionibus; nec excedat tertiam partem fructuum Beneficii. Idem *ibid. n. 30.*

6. Omnino non excedat medietatem veri valoris Beneficii. *Urbanus VIII. 24. Januarii 1624.*

7. Ætas septem annorum sufficit ad Pensionem. *Ricc. in praxi, ref. 367. in 2. edit.*

8. Obligatur Pensionarius ad Horas parvas B. Virg. Pius V. Anno 1571.

9. Sub pœnis, quas diximus supra.

V. Hora Canonica, num. 29.

10. Si Pensio minor sit sexaginta ducatis de Camera, non tenetur ad Habitum Clericalem. *Sixtus V. Anno 1589.*

11. Pensionarius habetur pro Clerico beneficiato ad effectum Privilegii fori, si incedat in habitu. Decisum refert *Garz. p. 1. c. 5. num. 70.*

12. Illegitimi Clericorum filii non possunt habere Pensiones super Beneficia, quae parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt. *Trid. sess. 25. c. 15.*

13. Oneratus Pensione non debet solvere de fructibus Canonici gravati fabricae, seu Sacrariae, si ea est consuetudo, nisi de fructibus, quos libere percipit, cum fideiussione solvendi reliquum, cum Pensio cessaverit. *Prov. 2.*

14. Pensio solvitur in fine semestris, non pro rata mensium, quibus vixit Pensionarius. *Naldus Pensio n. 9.*

15. Non transit Pensio ad Successorem in Beneficio, nisi a Papa reservetur. *Leo supra num. 31. & est necessarius consensus ejus, cui Beneficium Episcopus confert. Idem ibid. num. 36.*

16. Extinguitur Pensio per Religiosam Professionem, prout vacant Beneficia. *Idem ibid. num. 73.*

17. Pensio amittitur per contractum Matrimonii. *DD. apud Barbosa alleg. 57. num. 207.*

18. Extingui potest anticipatis aliquot solutionibus sine auctoritate Papae. *Leo ubi supra n. 74. negat Moneta, de distribut. num. 52. cum Navarro cap. 23. num. 111. & Nald. Pensio num. 10.*

19. Pensiones in Cancellariis, Episcoporum assignatae, nisi sint iuridicae, tollantur. *Prov. 1.*

20. Incapacitas Beneficiorum, ratione homicidii, non extenditur ad Pensiones. *Decisum refert Riccius in Praxi, de c. 524. num. 4.*

V. Benef. Paroch. provisio, num. 56. Pluralitas, num. 14. Benef. permutatio, num. 9. Concio sacra, num. 58. Ecclesia, num. 57. Filii Clericorum illegitimi, num. 22. Fori privilegium, num. 15. Illegitimi, num. 14. Ordines majores n. 9. 10. Seminarium Clericorum, num. 34. Subsidium charitativum, num. 17.

Peregrinationes sacrae.

1. **N**ullus Sacerdos, aut Clericus sine litteris, & benedictione Episcopi, se committat itineri, peregrinationis causa. *Prov. 4.*

2. In litteris exprimantur Comites, *ibid.*

3. Nec ostiatum quaerit, nisi ex voto, vel alia causa ab Episcopo probata in scriptis, *ibid.*

4. Reverfus adeat Episcopum, seu Vicarium, *ibid.*

5. Laici eadem praestent cum suis Parochis, *ibid.*

Personae infames.

1. **A** signato meretricibus loco in Civitate pro earum incolatu extra fines illius ne habitent. *Prov. 5.*

2. Qui domum eis locaverit extra, excommunicatione puniatur, *ibid.*

3. Neque habitent prope Ecclesiam. *Prov. 4.*

4. Contra caupones, qui eas alunt in cauponis ad turpem quaestum, agatur poena interdicti, & alii gravioribus. *Provincial. 5.*

5. Amictum aliquem habeant, quo dignoscantur. *Prov. 1.*

6. Ne ultra diem commorentur in tabernis publicis, & cauponis, *ibid.*

7. Non est eis prohibenda auditio Missae, neque Divinum Officiorum. *Congreg. Episc. 23. Julii 1602.*

8. Vicelegatus non potest eidem concedere larvæ usum, quibus prohibuit Episcopus, eadem 9. Martii 1604.

V. Benedictio, num. 18. Jus patronatus, num. 19. Monialium Monasteria, n. 23. Oblationes, n. 8.

Pestis.

1. **T**empore pestis tenetur Parochus ministrare Sacramenta saluti necessaria, vel dare suis expensis, qui ministraret. *Sa Parochus.*

2. Si Parochus hoc tempore renunciaret Beneficium, non debet admitti renunciatio. *Rodr. in summi. Cas. Conf. par. 2. cap. 37. n. 3. ed. ult.*

3. Deficientibus Curatis tenentur Sacerdotes deputati ab Episcopo, cui in Ordinatione promiserunt obedientiam.

4. Episcopus tenetur curare Ministros Sacramentorum, etiam si multum debeat expendere. *Bannes 2. 2. quaest. 33. artic. 3. dub. 4.*

5. Potest vendere bona Ecclesiae in hanc causam. *Idem ibidem.*

6. Eucharistia non debet ministrari cum instrumento. *Acta Mediol. Eccl. de cura pestil. cap. 15. num. 2.*

7. Alii concedunt cum cochleari argenteo. *Venerus in Exam. Episc. lib. 4. cap. 46. n. 47.*

8. Ungi posse infirmum cum argentea virga. *Docet Nald. Sacramentum num. 7. in fine.*

9. Potest Episcopus cum consilio sui Capituli, & Theologorum, & Medicorum dispensare, ut omnes tempore pestis in Quadragesima comedant carnes, & profuit Panormitanis. *Anno 1625. Navarr. cons. final. de observat. jejunii cit. a Venero supra num. 53.*

10. Missae celebrari possunt extra Ecclesias, *Acta Mediol. Ecclesiae loco cit. cap. 13. n. 6.*

11. Vestibus uti poterunt Ministri brevioribus, *ib. c. 15. n. 2.*

12. Plura de cura Pestilentiae, *ibid.*

A D D I T I O.

1. Tenentur Parochi residere. *Decreto Gregorii XIII. 20. Decembris 1577. apud Marchinum de bello dist. par. 3. cap. 2. num. 3.*

2. Et tenentur ministrare Sacramenta Baptismi, & Poenitentiae, saltem per alios. *Idem ibid.*

3. Non alia Sacramenta, si cum maximo vitae periculo. *ibid. num. 4.*

4. Tempore magnae Pestilentiae valde saevientis, cessant omnes casus reservati, & omnes Sacerdotes, etiam non approbati, possunt absolvere, *ibid. c. 3. n. 3. 4.*

5. Immo vero etiam coram approbatis, si non approbatus audit prius poenitentem, *ibid. n. 13.*

6. Quilibet Sacerdos, & eo absente, Diaconus potest ministrare Eucharistiam peste laborantibus, *ibid. c. 8. n. 4. 5.*

7. Nequaquam Clericus, neque laicus, *ibid. num. 6.*

8. Sacerdos, & Diaconus peste laborantes possunt se ipsos communicare singillatim sine ministerio alterius, *ibid. cap. 9. num. 4. 5.*

9. Laicus absente Sacerdote, tempore pestis, potest absolvere a Censuris, *ibid. cap. 12. n. 3. & seqq.*

10. Personis Ecclesiasticis non potest Princeps prohibere egressum e domo, vel Monasteria claudere. *Decisum 21. Januarii 1631. refert Marchinus p. 4. cap. 2. num. 4. in fine.*

11. Nisi titulo defensionis naturalis, ne Ecclesiasticus infectus peste inficiat alios. *Idem ibid. n. 6.*

12. Neque potest Princeps destinare Monasteria pro Lazaretis, inconsulto Romano Pontifice. *Decisum 21. Januarii 1631. refert ibid. c. 3. n. 31.*

13. Nisi periculum esset in mora, & Papa distaret, *ibid. num. 41.*

14. Tenentur Regulares in penuria Sacerdotum ministrare Sacramenta vocati ab Episcopo. *Idem p. 3. c. 1. n. 10.*

15. Facultas exeundi e domo Regularibus datur non ab Episcopo, sed a Nuntio Apostolico sibi est, *ibid. c. 3.*

16. Causa item audiendi Confessiones fidelium intra domos eorum, vel ad januas, spectat licentiam dare ad Nuntium, *ibid. c. 4.*

17. Potest fieri Sacrum, Missae de licentia Episcopi in viis publicis. *Idem p. 6. c. 1. n. 5.*

Pia Dispositiones.

1. **E**xecutiones omnino Piarum Dispositionum sunt Episcopi. *Trid. sess. 22. cap. 8.*

Poenitentarius.

1. **I**n omnibus Cathedralibus Poenitentarius instituitur ab Episcopo, cum unione Praebendae proximè vacaturae. *Trid. sess. 24. cap. 8.*

2. Praebenda vacatura unienda intelligitur extra mensem Papae. *Decisum refert Garz. in addit. ad p. 5. cap. 4. n. 127.*

3. Portio, quae sit in Ecclesia, non potest erigi in Poenitentialem Praebendam; sed Canonialis esse debet. *Decisum 31. Maji 1596. a Cong. Concil.*

4. Potest per solum Episcopum constitui, ad quem quoque spectat electio personae, quoties opus fuerit, exercentis tale Officium, neque requiritur consensus Capituli. *Decisum refert Garz. part. 5. cap. 4. n. 138.*

5. Collatio Praebendae unienda ab iis fieri debet, ad quos antea spectabat. *Decisum ibidem refertur.*

6. Si contingat vacatio in Mense Apostolico, vel alias Praebenda sit reservata, vel affecta, electio personae Poenitentarii pertinet ad Papam. *Decisum refert Gonzalez ad regul. 8. Cancell. Gloss. 9. §. 2. num. 84.*

7. Absente Episcopo, Capitulum, ad quod Collatio spectat, non potest se intramittere in electione Poenitentarii, sed expectetur electio ab Episcopo. *Decisum refert Garz. supra n. 143.*

8. Negligente Episcopo, aut Vicario, post sex menses a die vacationis, electio devolvitur ad Capitulum. *Barbos. alleg. 55. num. 16.*

9. Sede vacante, non potest Capitulum eligere, licet collatio sit communis Capitulo, & Episcopo. *Decisum refert Garz. loco cit. num. 145.*

10. Electio eo casu spectabit ad Papam, etiam seclusa reservatione. *Decisum refert idem ibid. num. 150.*

11. Poenitentarius institutus ante vacationem Praebendae ei Officio unitae, non habetur pro Canonico, neque vocem in Capitulo, neque locum habet in Choro. *Decisum refert Garz. loco cit. num. 111.*

12. Tenetur tamen ita initiatus Officium exercere. *Decisum a Congr. Conc. 1. Martii 1598.*

13. Fiat concursus in collatione Poenitentariae, nisi spectet ad Sanctissimum. *Prov. 5.*

14. Sit ille annorum 40. Magister, vel Doctor, aut licentiat in Theol. seu jure Canonico. *Trid. sess. 24. cap. 8.*

15. Defectus aetatis 40. annorum non obstat, ubi alius aptior

aptior pro loci qualitate non reperitur . Garz. loco citat. numero 133.

16. Regulariter autem ætas 40. annorum debet esse completa. Idem *ibid.* n. 35.

17. At sufficit inchoata. Azor. p. 2. lib. 6. c. 5. *quæst.* 6.

18. Est enim veluti Parochus totius Diocœsis. DD. apud Barb. *alleg.* 55. n. 19.

19. Ubi optantur Præbendæ, erecta Pœnitentiari, non potest optare Pœnitentiarius; neque ejus optari Præbenda. Decisum refert Garz. loco cit. n. 132. & *seqq.*

20. Non potest sibi alium substituere in audiendis Confessionibus. Congr. Episc. 2. Octobris 1584.

21. Neque videtur posse delegare suam potestatem, nec generaliter, nec particulariter. DD. apud Barb. *alleg.* 55. n. 21. affirmat posse Navarr. c. 17. n. 45.

22. Non potest abolvere a casibus Episcopo reservatis expressè, nisi speciatim Episcopus dederit illi facultatem. Decisum refert Garz. loco cit. n. 115.

23. Tenetur integras audire Confessiones, non autem solos casus reservatos. Congr. Conc. 21. Apr. 1587.

24. Debet assistere certis horis opportunis in loco, & sede arbitrio Episcopi. Decisum refert Garz. loco citat. numero 118.

25. Adsit diebus Festis sollempnibus, in Quadragesima, Adventu, Quatuor Temporibus, Paschate, Ascensione, ejusmodi. Decisum refert, *ibid.* n. 122.

26. Non debet manu virgam tenere, sicut in Urbe. Barb. loco cit. n. 28.

27. Si renuat audire Confessiones, puniri debet, & cogi. Decisum refert Garz. loco cit. n. 118.

28. Non tamen potest cogi ad majorem residentiam, quam alii Canonici, qui per tres menses abesse possunt, dummodo non absit eo tempore, quo pœnitentes frequentius accedunt. Decisum refert idem *ibid.* n. 122.

29. Habetur autem pro præsentem in Choro, dum audit Confessiones, etiam extra sedem Confessionalem. Decisum refert DD. apud Barb. loco cit. n. 30.

30. Inmo, & censetur præfens in Processionibus, dum audit Confessiones. Decisum refert Garz. loco cit. n. 125.

31. Item, & in funeribus. Decisum refert idem *ibid.*

32. Non censetur præfens, dum non audit, licet sit in sede Confessionali, & recitet Officium privatim. Decisum refert DD. apud Barb. d. n. 30.

33. Neque quando audit ante horam divinarum Officiorum, & postea hoc tempore celebrat Missam, aut privatim recitat Horas. Prov. 5.

34. Neque quando audit Confessiones extra Ecclesiam, etiam infirmorum. Garz. loco cit. n. 125.

35. Qui tempore Paschatis constituitur Pœnitentiario, satisfacit præcepto. Congr. Conc. 16. Febr. 1595.

Præcedentia .

1. **C**ontroversiæ omnes de Præcedentia inter Ecclesiasticos, sæculares, & Regulares, in Processionibus, & aliis casibus componantur ab Episcopo, amota omni appellatione. Trid. *sess.* 25. cap. 13. de regul.

2. Inter Fratres, & inter Confratres ii præcedant, qui sunt in quasi possessione Præcedentiæ. Gregor. XIII. Anno 1583.

3. In dubio ii, qui sunt antiquiores in loco controversiæ; & qui Confratres usi prius sunt faccis, *ibid.*

4. In futurum qui novas domos alicujus Ordinis Mendicantium erigere volunt, ubi sunt alii Mendicantes, ii sunt posteriores in Processionibus, & publicis actibus, *ibid.*

5. Salvis juribus dictorum Ordinum, quando diversa sunt in Processionibus, seu Conciliis generalibus, seu aliis actibus publicis, aut privatis, *ibid.*

6. Illud observetur regulariter, quod Romæ inter Regulares. Congr. Episc. 26. Aug. 1529.

7. Consuetudo prævalet Constitutioni Gregor. XIII. eadem 8. Julii 1618.

8. Præcedentia Regularium intelligitur, quando Monasterium est prius erectum, non simplex domus. Congr. Episcop. 8. Maji 1584.

9. Canonici Lateranenses præcedunt Monachos in Processionibus. Pius IV. 23. Septembris 1563. & Congr. Episc. 30. Maji 1583.

10. Monachi Fulienses præcedunt omnes Mendicantes. Congr. Concil. 23. Junii 1529. * Decreto impresso Romæ.

11. Fratres Prædicatores præcedunt reliquos Mendicantes. Pius V. & Greg. XIII. apud Fuscum de Visitat. lib. 2. cap. 15. n. 66.

12. Fratribus Observantibus Reformatis etiam sine familia incidentibus, debetur Præcedentia a Regularibus aliorum Ordinum. Congr. Rit. 10. Decemb. 1629.

13. Capucini incedere possunt sub Cruce aliorum S. Francisci. Greg. XIII. Anno 1583.

14. Generaliter Rector in sua Ecclesia præcedit alios quoscunque non sibi Superiores Ordine Hierarchico, puta Decanum, & Capitulum Collegiatæ, ad eam Ecclesiam accedentes. Rota apud Barb. *alleg.* 78. n. 38.

15. Latini Græcos præcedant. Congregat. Episcop. 17. Augusti 1618.

16. Abbas sæcularis exemptus habens usum mitræ, & baculi, præcedit Commendatariis, qui, & inter Abbates sunt recipiendi ex declarat. Gregor. XIII. apud Genuens. in *praxi capit.* 49.

17. Abbates præcedunt Canonicos Cathedralis non Collegialiter incidentes. Tamburin. de *jure Abb. disq.* 25. *quæst.* 2. V. Abbas n. 40.

18. Item Protonotarios non participantes. Cærem. Episcop. lib. 1. cap. 23.

19. Item Vicarium Generalem Episcopi, si sæculares sint, pro consuetudine tamen Ecclesiarum. Cærem. loco cit. & Tambur. loco cit. q. 3.

20. Prælati post Episcopum incedant. Congregat. Rituum 12. Junii 1627.

21. Prælatus Referendarius Canonicus extra Ecclesiam præcedit alios Canonicos, & Dignitates, eadem 6. Junii, & 4. Julii 1626.

22. Vicarius Generalis debet præcedere Gubernatorem non Prælatum in temporalibus, etiam Episcopo præsentem, eadem 28. Apr. 1607.

23. Item præcedit Abbatem Regularem, Congreg. Episc. 31. Julii 1515.

24. Vicarius Generalis in Processione cum Capitulo incedere potest ante Episcopum. Cong. Rit. 12. Junii 1627.

25. In accipiendis cineribus, candelis, & palmis attendatur consuetudo in Vicario, & Canonicis, eadem 15. Martii 1608.

26. Item in thurificatione, & aliis, ead. *ibid.*

27. Nisi Canonici sint parati, ead. 19. Maji 1608.

28. Neque præcedit Canonicos paratos, eadem 6. Martii 1610.

29. Episcopus sedens in Choro inter Canonicos, extra sedem Pontificalem, Vicarius sedeat in loco convenienti. Congreg. Episc. 15. Maji 1600.

30. Vicarius Capitularis, sede vacante, si Canonicus est, sedebit in loco suo post antiquiores. Rebuff. *pract. ben.* in for. Vicariatus, n. 28. & decisum a S. Congr. Rituum, refert Riccius in *Praxi decis.* 475. num. 5.

36. Protonotarii Apostolici non participantes, debent cedere locum Canonicis Collegialiter incedentibus, ead. 23. Martii 1619.

32. Præcedunt autem Canonicos non Collegialiter incedentes, ead. 12. Julii 1628.

33. Ubi non est Collegium, sedere possunt in presbyterio in habitu Prælatitio, & in Processione incedere post Celebrantem, ead. *ibid.*

34. Debent item cedere locum Officialibus Episcopi, ead. 10. Aprilis 1604.

35. Idem sedebunt post Abbates, ead. 6. Martii 1601.

36. Priori Collegiatæ non competit Præcedentia supra Canonicos Cathedralis. Congregat. Rit. 19. Augusti 1619.

37. Canonicus Collegiatæ in Romana Civitate est dignior Canonico Cathedralis alterius Civitatis. Decisum refert Zerala *part.* 2. Vide *Canonica*.

38. Inter Canonicos præcedant qui in Ordine Presbyterali Canonicatum Presbyteralem obtinent; deinde, qui Canonicatus Diaconales; postremi sint alii, licet hi promotione sint antiquiores prædictis, non obstante consuetudine. Sacra Rituum Congregat. apud Ricc. in *Praxi decis.* 579. num. 2.

39. Inter æquales præcedit Canonicus prior in Possessione, non in Data. Riccius, *ibid.* *decis.* 580. n. 4.

V. Coadjutor, &c. num. 22. 23. 24. Confraternitas, num. 49. Doctor, num. 4. Exequia, num. 16. & *seqq.* Vicarius foraneus, num. 5. 6.

A D D I T I O .

1. **E**piscopus Diocœsanus in sua Ecclesia, & Diocœsi in consecrationibus, & actibus Pontificalibus exercendis præferendus est aliis Archiepiscopis, & Episcopis etiam anterioribus, excepto Metropolitanò ejusdem, licet alias debeat advenas honorare. Congregat. Rit. Januarii 1069.

2. Episcopus Consiliarius Regis sedet eo casu post alios Consiliarios, vel certe non eos præcedit, ut Episcopus. Ricc. in *Praxi resol.* 203. n. 3. in fine.

3. Si adsit in regio Senatu, vel Regalibus Cancellariis, alicujus litis propriæ, vel suæ Ecclesiæ causa, sedebit inter Senatores ad sinistram Præsidis. Barb. de *jure Eccl.* l. 1. cap. 1. n. 35. Decimoquinto.

4. Episcopus Canonicus præcedit omnes Canonicos, & Dignitates in omnibus actibus. Cong. Rit. 11. Julii 1617. 13. Novembris 1621.

5. Coadjutores Episcoporum sedent inter Episcopos loco suæ promotionis, ead. 20 Septemb. 1596.

6. Vicarius præsentem in choro, & Episcopo absente si primum stallum detur Vicario in dextera Altaris, sedebit in parte sinistra prima Dignitas, Secunda post Vicarium, ead. 15. Septemb. 1610.

7. Vicarius Capitularis, qui non est Canonicus in Capitulo

lo federe debet post primam Dignitatem, ead. *Septemb.* 1630. apud Barb. *Canonic.* 36. n. 8.

8. Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedunt Canonicos Collegiatæ, etiam in hac Ecclesia, non obstante consuetudine, ead. 2. *Octob.* 1597. 10. *Aug.* 1619.

9. Idem præcedunt Curato in funeralibus, & aliis Processionibus, stola induto, eadem 25. *Junii* 1611. 30. *Julii* 1616.

10. Non autem, si Canonici sine Cruce, & consensu Capituli, uti singuli incedant, ead. 20. *Novemb.* 1603.

11. Canonici Cathedralis non Doctores in Congregationibus præferuntur Presbyteris Doctoribus, eadem 29. *Januarii* 1608.

12. Canonici Cathedralis sunt in omnibus, & per omnia præferendi Magistratui sæculari, quando non est de perpetuis, & majoribus, ead. 3. *Octob.* 1615.

13. Et ideo ante Magistratum sunt thurificandi, tam in Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis, ead. 19. *Junii* 1605.

14. Referendarius Canonicus extra Ecclesiam præcedit etiam Dignitatibus, ead. 4. *Julii* 1626.

15. Canonicus paratus præcedit, etiam Decano, ead. 24. *Octob.* 1609. 26. *Junii* 1610.

16. Canonici parati assistentes Episcopo præcedunt Vicario Generali, ead. 6. *Sept.* 1603. 13. *Martii* 1608. 27. *Febr.* 1610. 25. *Sept.* 1621. & *Congr. Episc.* 16. *Maji* 1600.

17. Et sunt thurificandi ante Vicarium. *Congr. Rit.* 3. *Augusti* 1602. 6. *Martii* 1610.

18. Posita distinctione Præbendarum, in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, qui de novo obtinuerit Presbyteralem, debet præcedere habentes Diaconales, ead. 11. *Apr.* & 11. *Octob.* 1601. 23. *Martii* 1602. 17. *Junii* 1606.

19. Consuetudo, ut obtineat locum secundum tempus admissionis, licet Præbendæ sint distinctæ, quando omnes sunt Presbyteri, & serviunt in celebrandis Missis, servanda est, ead. 10. *Jan.* 1604. 23. *Maji* 1603.

20. Qui Canonicatum dimisit, & alium acquirit, ultimo loco federe debet, ead. 2. *Martii* 1609.

21. Collegiata insignis ab ejus erectione præcedit aliis Collegiatis antiquioribus ead. 24. *Martii* 1612.

22. Collegiata simplex præcedit Parochialibus, ead. 20. *Julii* 1602. 23. *Martii* 1619.

23. Etiam si antequam erigeretur, illis cederet, ead. 25. *Februarii* 1606.

24. Canonici Collegiatarum præcedunt alios de Clero & ideo debent thurificari duplici ductu, Clerici Parochialium unico, ead. 19. *Januarii* 1613.

25. Idem præcedunt Parochis in funeralibus, ead. 30. *Aug.* 1602. 2. *Aug.* 1603. 18. *Novemb.* 1606. 9. *Maji* 1617. 14. *Augusti* 1618.

26. Præcedunt etiam omnibus Parochis in synodo, & Processione, ead. 11. *Dec.* 1613. 23. *Mart.* 1619. 4. *Apr.* 1620. contra Steph. Gratian. Vide *Barbos. de Canon.* cap. 18. n. 68. & *de off. Parochi par.* 1. cap. 9. n. 9.

27. Canonici quicumque præcedunt Regularibus, etiam in eorum Ecclesiis ead. 12. *Martii* 1616. 31. *Martii* 1618.

28. Prior Collegiata, qui est caput Capituli, & Dignitas unica, cui solent a Sede Apostolica causæ committi, præcedit Canonico Cathedralis, ead. 20. *Dec.* 1601.

29. In Ecclesia Collegiata exempta, præsentem uno Canonico Cathedralis cum Episcopo, & Abbate Collegiata ejusdem cum suis Canonicis, prius incensatur Canonicus, quam Abbas, ead. 7. *Febr.* 1604.

30. Prior abique cura animarum Ecclesiæ Parochialis præcedit alios Beneficiatos antiquiores ejusdem Ecclesiæ, tam intra, quam extra Ecclesiam, ead. 5. *Julii* 1631.

31. Inter plures Parochos, sive Regulares, sive sæculares, attenditur prærogativa Ecclesiarum, non Regularum, eadem 21. *Martii* 1609.

32. Inter Parochum a quo, & Parochum ad quem Defunctus effertur, præcedentia debetur Parocho ad quem, ita Roma fit, teste *Barbos. de off. Parochi,* cap. 9. n. 13.

33. Cœlestini præcedunt Oliverianis. *Rot. Rom.* 21. *Junii* 1625. coram *Burato dec.* 877.

34. Carmelitani in omni loco præcedere debent Fratibus de Mercede. *Congr. Rit.* 21. *Aug.* 1604.

35. Capucini debent cedere iis Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco incedebant, antequam ipsi propriam Crucem deferrent, ead. 23. *Martii* 1619.

36. Mendicantes ubique cedunt. Monachis, ead. *ibid.*

37. In materia præcedentiarum plurimum defertur consuetudini. Rota apud Seraphinum *decision.* ejusdem 964. etiam si jus resistat.

Processio.

1. Potest Episcopus cum consensu Capituli constituere, & edicere, quo, & qua Processiones dirigi, & ad quas Ecclesias perducere debeant. Decisum refert Fr. Leo in *Thesaur.* p. 4. cap. 2. n. 145.

2. Vicarius Generalis eandem habet facultatem in decernendis Processionibus. Decisum refert *Barbos. allegat.* 78.

20077. 5.

3. Stati dies pro gratiarum actione de Beneficio accepto sint, Dominica dies, & Feria 5. Prov. 4.

4. Pro calamitatibus, Feria 5. 6. & Sabbathum, *ibid.*

5. Fiant semper mane, si Episcopo videbitur. Prov. 7.

6. Ad publicas Processiones etiam pro bono publico, & honore, possunt compelli Canonici, & alii Beneficiati, vel Officia Ecclesiastica obtinentes. Decisum a *Congreg. Concil.* 17. *Julii* 1597.

7. Exempti omnes, tam Clerici sæculares, quam Regulares, & Monachi quicumque ad publicas Processiones vocati, accedere compellantur. Trident. *sess.* 25. *cap.* 13.

8. Iis tantum exceptis, qui in strictiori clusura perpetuo vivunt, idem *ibid.*

9. Et iis qui fere ultra medium miliare a civitate absunt. *Congr. Conc.* 5. *Maji* 1592.

10. Et iis item, qui sunt nullius Diocesis, vel nullum Officium, seu Beneficium in Civitate, aut Diocesi obtinent. Decisum refert Barb. *loc. cit.* n. 23.

11. Monachi Cassinenses non tenentur ire ad Processiones, nisi juxta solitum. *Congreg. Rit.* 10. *Junii* 1602. & 30. *Julii* 1616.

12. Fratres Joannis Dei non tenentur ire ad Processiones. *Greg. XIV.* Anno 1591. in Bullario.

13. Confraternitates laicorum non tenentur ire, quas tamen Episcopus vocare potest. Decisum sæpius referente *Quaranta. V. Præcedentia in fine.*

14. Sacerdotes inservientes Religioni Hierosolymitanæ vocari debent, & compelli ad Processiones. Decisum refert Barb. *alleg.* 78. n. 11.

15. Nomine Processionum generalium comprehenduntur Rogationes. *Congreg. Episc.* 12. *Martii* 1601.

16. Generales Processiones a Cathedrali incipiant, vel a majore loci Ecclesia, & eodem redeant, nisi aliud Episcopo videatur. Prov. 1.

17. Decernat Episcopus, qui e Clero suo pluvialia induant. Prov. 4.

18. Cruces ferant Clerici talari veste induti cum duobus luminibus. Prov. 5.

19. Canonici Lateranenses ferant Crucem cum velo, seu panno appenso. *Congreg. Rit.* 14. *Januarii* 1617. Salva contraria consuetudine.

20. Capucini ferre possunt Crucem propriam. *Paulus V.* Anno 1617.

21. Campanæ pulsantur dum exit, & redit Clerus. *Provinc.* 4.

22. Item in iis Ecclesiis, per quas transitur, *ibid.*

23. Musica instrumenta ne permittantur, *ibid.*

24. Preces in Ecclesia, ad quam itur, fiant a Clero majori loci, nisi aliud ferat consuetudo, *ibid.*

25. Item Missa ab eodem, si fiat sollempnis, *ibid.*

26. Non accedentes etiam Regulares, potest punire Episcopus Censuris, & pœnis arbitrariis. Decisum refert Barb. *supra* num. 25.

27. Qui non venerit ante invocationem Sanctissimæ Trinitatis, si Litanie cantantur, habeatur pro absente. Prov. 1.

28. In iis, quæ sunt majorum jussu intra Ecclesiam, Canonicis, & aliis de Choro, ex communi censu residentie tantum detur, quantum dari solet iis, qui intersunt Horæ Tertii; si longior sit Processio, triplum detur. Prov. 4.

29. Alii Clerici pœnis mulctentur, *ibid.*

30. Si Eleemosynæ idcirco sint distribuendæ, fiat distributio, peracta tota Processione, *ibidem.*

31. Processio Sanctissimi Sacramenti conceditur omnibus in quacumque die infra Octavam ejusdem. *Gregor. XIII.* Anno 1573.

32. In Processione, quæ fit in Festo Corporis Christi, Eucharistia non deferatur humeris. *Congr. Rit.* 2. *Junii* 1618.

33. Deferatur a Celebrante, & in Vesperis diei Octavæ (si fit) ab eo, qui cantavit Vesperas, modo saltem sit Canonicus in Collegiatis, eadem 12. *Junii* 1627.

34. Si Episcopus eo die non deferat Eucharistiam, Canonici tamen induant Sacras vestes, eadem 17. *Martii* 1628.

35. Non deferantur eo casu Sanctorum Reliquiæ. *Provinc.* 4.

36. Tabernaculum gestatorium habeat lunulam saltem argenteam auro litam, cum scutuo supposito ejusmodi operis, ut fragmenta Hostiæ colligi queant, *ibid.*

37. Umbella pretiosior adhibeatur, *ibid.*

38. Cerei in manibus Cleri sint uniformes, *ibid.*

39. Priores Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti eant a latere umbellæ post Canonicos, non ante eos. *Congr. Rit.* 30. *Jan.* 1616.

40. Mares a Fœminis separentur in Processione. Prov. 1.

41. Non e fenestris inspiciant laici. Prov. 4.

42. Non exhibeantur spectacula in viis. Prov. 1.

43. Efulenta, poculenta vendendi, aut deferendi tollatur abusus, *ibid.*

44. Indulgentiæ, si quæ sunt, præannuncientur a Parochis. Prov. 4.

45. In Processionibus Regularium, ne ingrediantur eo casu in Ecclesias Monialium sibi subjectarum. *Congr. Episc.*

24. *Novembr.* 1617.

46. In eorundem Ecclesiis habentibus claustra, fiant Processiones intra claustra tantum. Congregat. Rit. 26. Februarii 1628.

47. Si non habent claustra, fiant prope muros Ecclesiarum, siue exeundo ab una porta, & intrando per aliam Ecclesiarum portam, siue per eandem, eadem *ibid.*

48. Extra ambitum Ecclesiarum non licet Regularibus facere Processiones, nisi de licentia, consensu Parochi; salvis privilegiis, si quæ sunt, eadem *ibid.*

49. Processiones Confraternitatum non debent extendi per vias, sed circa muros Regularium, qui eas regunt. Congregat. Rit. *ibid.* & Congr. Episc. 6. Augusti 1591.

50. Sacrarum Imaginum, Vexilla, ne Laicus ferat, si Clerus adsit; & possit ferre. Prov. 4.

51. Nulla simulacra B. V. Sanctorumve deferantur, sed Imagines tantum serico panno depictæ, textillive opere elaboratæ, non obstante inveterata consuetudine. Prov. 7.

52. Liceat tamen Episcopo, certo loco, & tempore, & certis personis eam facultatem dare, ut Imagines, quæ apud populum peculiarem habent venerationem, circumferri possint, *ibid.*

V. Confraternitates, num. 24. 47. 48.

Hebdomada major, 5. 14.

Regularium iura sub Episcopis, num. 37. 39.

A D D I T I O.

1. In Processionibus edicendis debet Episcopus ipse petere consilium, non consensum a Capitulo. Congr. Rit. 29. Martii 1628.

2. Absente Episcopo, spectat ad Vicarium Generalem edicere, & dirigere Processiones cum consilio Capituli. Congregat. Rit. 28. Septembr.

3. Non obstante, quod Capitulum, vel alii sint in quasi possessione contraria per longum tempus. Congr. Conc. 16. Febr. 1619.

4. Nec obstante etiam immemorabili consuetudine. Congr. Rit. 24. Aug. 1619.

5. Prima Dignitas habet munus ordinandi Processiones intra, & extra Civitatem, absente Episcopo, & Vicario, eadem 10. Jan. 1597.

6. Presbyteri, & Clerici Cathedralis omnes faciunt unum corpus cum Canonicis, & sub una Cruce debent incedere, eadem 28. Nov. 1609.

7. Canonici in Processione intra Ecclesiam capite detecto, extra cum bireto in capite incedunt, eadem 30. Martii 1633.

8. Canonici Collegiatæ non debent incedere parati, sicut Canonici Cathedralis, eadem 19. Martii 1607.

9. Theatini, Clerici Regulares S. Pauli vulgo Barnabitarum, Jesuitarum, Pauperes Matris Dei Scholarum piarum non tenentur ire ad Processiones. Barb. de jure Eccles. lib. 1. cap. 43. num. 170. 171. 172.

10. Regulares quantumvis exempti, tenentur accedere ad Processiones omnes publicas, & consuetas, aut indictas pro bono publico, & honore. Decisum refert Barbos. *ibidem* num. 158.

11. Fratres B. Jo: Dei tenentur accedere. Congr. Concil. 4. Julii 1615. apud eundem Barb. *ibid.* num. 160. Corrige, qua diximus in Manuali in hoc titulo, num. 12.

12. Debent omnes accedere in numero decenti, debito, & consueto. Congr. Rituum 30. Augusti 1602.

13. Poenæ, & censuræ imponendæ sunt Regularibus in particulari pro Processionibus, non in Decretis, & si deliquerint, non ab Episcopo, sed a Sac. Congr. Episc. debent puniri, eadem Congr. Episcop. 20. Maji 1616.

14. Fratribus Dominicis concessa est Processio Sanctissimi Sacramenti in Dominica infra octavam Corporis Christi per vias solitas tantum, per quas inceperunt facere hujusmodi Processionem. Congregat. Rit. 24. Novembris 1615. 10. Julii 1629.

Protonotarii.

1. Protonotarii participantes sunt exempti a jurisdictione Ordinariorum in omnibus, nisi in fragranti crimine deprehendantur. Sixtus V. Anno 1585.

2. Extra Curiam in Missa sollempni possunt ubi Mitra, & aliis quibuscumque Pontificalibus insignis, etiam in Cathedralibus Ecclesiis de illorum Præsulum consensu, si præsentibus sunt, si absentes, absque eorum consensu, & eis irrequisitis. Idem *ibid.*

3. Item possunt facere sibi celebrare Missam in loco convenienti, etiam non sacro, & tempore cujusvis Interdicti; cui interesse quoque possunt familiares eorum. Idem *ibid.*

4. Si post decennium resignaverint Officium Protonotariatus, adhuc per quinquennium gaudent prædictis privilegiis extra Urbem. Idem *ibid.*

5. Nam in Urbe Rocchetto tunc non utuntur, ut prius, neque locum habent, ut antea. Idem *ibid.*

6. Præcedunt adhuc quoscumque Prælatos, exceptis Auditoribus Rotæ, & Clericis cum Apostol. Idem *ibid.*

Gavant. Tom. III.

7. Sufficit, quod per triennium fuerint de Collegio Protonotariorum, ut gaudeant prædictis Privilegiis. Urbanus VIII. Anno 1629.

8. Possunt deferre pileum nigrum cum cordulis violaceis circumornatum, & etiam serico violaceo suffultum cum floccis, & ornamentis ejusdem coloris. Congregat. Rituum 17. Febr. 1607.

9. Præcedunt, & sedent post Episcopum supra Canonicos tam Patriarchalium in Urbe, quam Cathedralium extra Urbem. Congr. Rituum 4. Maji 1613.

10. Protonotarii Apostolici non participantes sub Ordinariis sunt tamquam delegati Sedis Apostolicæ. Trid. *sess.* 24. cap. 11.

11. Qui ex privilegio violaceis utuntur vestibus, si Canonici sunt, possunt deferre intimam vestem violaceam sub cotta, & almutia. Congregat. Rituum 14. Januarii 1612. & 11. Decembr. 1627.

12. Qui deferunt Rocchetum sub cotta tanquam Protonotarii, & Canonici simul, non luantur distributiones, eadem 12. Decembr. 1626.

13. Non possunt uti habitu Prælatitio in Choro, si Canonici sint, vel Dignitates; alias amittunt distributiones, eadem 17. Junii 1623.

14. In Processionibus, si non sunt Canonici, possunt incedere cum mantelletto, & Rocchetto, eadem 19. Julii 1626.

15. Non possunt benedicere paramenta, eadem 17. Julii 1627.

16. Non possunt in Missa gestare Annulum, eadem 11. Febr. 1623.

17. Neque debent fumere paramenta de Altari, eadem 6. Martii 1610.

18. De loco, & sede eorundem.

V. Præcedentia, num. 18. 31.

V. Judex Synodalis, num. 8.

A D D I T I O.

1. Protonotarius de non participantibus potest uti mantelletto coloris violacei. Congr. Rit. 18. Julii 1626.

2. Neque potest prohiberi in Ecclesiis, & functionibus Ecclesiasticis, ead. 28. Sept. 1630. & 5. Julii 1631.

3. Potest apponere pileum super insignibus. Decisum refert 21. Aug. 1601. Barbos. de jure Eccl. l. 1. c. 23. n. 29.

4. In civilibus est exemptus a jurisdictione Ordinarii quoad causas excedentes summam 25. Ducatorum ex Bulla 8. Leonis X. Decisum refert 14. Decembris 1630. *ibid.* num. 35.

5. Et licet servitio alicujus Ecclesiarum non sit adscriptus, incedens in habitu Clericali gaudet privilegio Fori, tam in civilibus, quam in criminalibus. Decisum refert, idem *ibid.* num. 36.

6. Potest in Missa gestare annulum, sed sine gemma. Congregat. Rit. 21. Aug. 1601.

7. Protonotarius, qui sit prima Dignitas potest deferre in Choro Rocchetum cum mantelletto, eadem *ibid.*

8. Potest esse Conservator. Decisum refert Barb. loco cit. c. 23. n. 28.

Punctatores

1. Quatuor sunt; duo, quorum alter a Capitulo, alter ab Episcopo, notent absentiam, & errata Canoniorum: tertius Mansionariorum: quartus, qui peccantes contra Episcopi leges notet. Prov. 1.

2. Episcopus eligere potest, quem voluerit, idoneum Clericum, *ibid.*

3. Et potest cogere quoscumque ad hoc munus, *ibid.*

4. Jurent initio Officii, & in Synodo Diocesana, lectis prius Tabellis, ac eorum statutis. Prov. 4.

Trimestre sit eorum Officium, nisi prorogetur, *ibid.*

6. Singulis diebus si opus est, post Officium divinum errata singula exponantur a Punctatore, ut præfectus dijudicet, nisi aliud Episcopo videatur circa hunc morem, *ibid.*

7. Singulis Hebdomadis duo primi conferant inter se quæ notarint, & concordent. Prov. 1.

8. Si discordent, Episcopus, aut Vicarius sine forma judicii componat, *ibid.*

9. In fine anni fiat computatio coram Deputatis a Capitulo. Prov. 3.

10. Si aliquem injuria notarint, vel notandum prætermiserint, satisfaciant de suo, & integras unius hebdomadæ amittant distributiones. Prov. 1.

11. Custodiantur libri punctationum, & singulis mensibus Episcopo, & Capitulo, si videbitur, exhibeantur, *ibidem.*

A D D I T I O.

1. Potest Episcopus cogere Canonicos ad juramentum de Punctando fideliter in Choro. Congr. Conc. 17. Martii 1619. apud Barb. de Canon.

Quadragesima.

1. **I**N Dominica Quinquagesimæ publicetur Decretum sequens:
 2. Qui post mediam noctem, quæ diem Quadragesimæ præcedit, si cibis vescitur prohibitis, aut personatus incedit, puniatur, arbitrio Episcopi, pœna Interdicti. Prov. 7.
 3. Signum autem mediæ noctis exactæ Majori Campana detur, *ibid.*
 4. In prima Dominica Quadragesimæ publicentur excommunicationes omnes a Sacris Canonibus impostæ, & in Bulla Coenæ præsertim, & quæ Episcopo sunt reservatæ, summam. Prov. 3.
 5. Parochi initio Quadragesimæ convocent populos, & agant, ut concilientur dissidentes, concubinarij revocentur, aberrantes reducantur. Prov. 5.
 6. Excitentur populi ad severiorem morum disciplinam in vestibus, colloquijs, operibus pœnalibus, separatione thori, venationibus, delicijs, & convivijs, *ibid.*
 7. Dent se orationi, eleemosynis, frequentiori Sacramento usui, octavo quoque die, *ibid.*
 8. Mane a forensibus judicijs abstineant. Prov. 4.
 9. Concionis tempore officinæ ne pateant. Prov. 5.
 10. Qui cibis viticis vescuntur, ne publice comedant, etiam a suis separatim. Prov. 2.
 11. Ne cibi vitici venales proponantur, sed certis tantum constitutis locis. Prov. 5.
 12. Neque tabernarum valvis omnino patentibus, neque in foro, neque in via publica, *ibid.*
 13. Neque nisi ab iis, qui vendendi facultatem habent, & in scriptis ab Episcopo, *ibid.*
 14. Neque omnis carnis genus, nisi quod est usui ægrotis, *ibidem.*
 15. Neque omnibus, nisi scripto emendi facultatem habentibus, quæ facultas cesset, causa cessante, *ibid.*
 16. Facultas detur per dies decem, & iterum, & deinceps, *ibid.*
 17. Cauponæ, Tabernarij ne dent cibos viticos, nisi nominatos in licentia scripta, neque viatoribus quibuscumque, *ibidem.*
 18. Neque patiantur aliunde coctos asportari, *ibid.*
 19. Pœnæ infligantur gravissimæ violatoribus, *ibid.*
- V. *Benedictio*, num. 14. *Excommunicatio*, num. 34. *Pestis*, num. 9.

Quæstiones.

1. **Q**uæstiones ii sunt, qui quæstum sibi referunt. Bald. apud Barbof. *alleg.* 109. num. 6.
2. Regulares quæstuant extra loca, ubi habent Monasteria, tenentur ostendere Episcopo loci licentiam suorum Superiorum. Decisum refert Barb. num. 8.
3. Laici non possunt quætere eleemosynas pro aliqua causa, nisi cognita per Episcopum. Barbof. *ibid.* num. 9.
4. Omnes Indulgentiæ quæstuarie revocatæ sunt a Pio V. refert Barbof. num. 12.
5. Pravi eleemosynarum quæstorum abusus tollantur, & quæstores excludantur. Trid. *sess.* 21. *cap.* 9.
6. Et præsertim pro consecutione Indulgentiarum. Idem *sess.* 25. *Decr. de Indulg.*
7. Potest Episcopus eos licet exemptos incarcerare, excommunicare, & castigare. Barbof. *loco cit.* num. 3.
8. Sedes Apostolica solet concedere cum his conditionibus:
 - Ne dicantur quæstores, sed collectores eleemosynarum.
 - Ne publicent Indulgentias.
 - Ne concionentur. V. *Concio Sacra*, num. 14.
 - Ne circumferant privilegia, aut Reliquias.
 - Ne pulsent Campanulam, excepto Ordine S. Antonii Viennaliæ instrumenta.
 - Ne petant eleemosyna tanquam debitam, aut solitam.
 - Nec ulla arte, prætextu dicendæ orationes.
 - Ne utantur minis, nec imprecationibus,
 - Ne faciant ullam conventionem super eleemosynis, etiam pio loco utilem pro quo petunt. Zerol. *in Praxi part.* 1. V. *Quæstores.*
- Hæc eadem præscribit Gregorius XIII. Ordini S. Antonii Viennens. Diocesis Anno 1582. cui etiam prohibet benedictiones animalium in stabulis, & annis singulis peti jubet ab Ordinarijs licentiam.
- V. *Locorum piorum cura*, num. 12. & *seq. Regularium jurum sub Episcopis*, num. 48. 49.

Quarta Episcopalis, & funeralium.

1. **D**E omnibus legatis, & relictis Ecclesijs existentibus in Diocesi competit quarta pars Episcopo, Sylv. V. *Canonica portio*, §. 4.
2. Et hanc non solvit hæres, sed Ecclesia, cui legatum fuit. Covarruv. *in cap. Officii de Testam.* num. 1. *circa ult.*

3. Non habet locum in funeribus ex charitate piorum locorum. *Congreg. Episc.* 20. Nov. 1588.
4. Neque in legatis, eadem 17. Sept. 1585.
5. Præsertim non in legato maritandi puellas, eadem 14. Sept. 1592.
6. Neque, quando relinquitur pauperibus in genere. Barb. *alleg.* 86. num. 11.
7. Neque in relictis pro ornamentis, cereis, fabrica Ecclesiæ, choro, pictura, calice, anniversarijs. Idem *ibidem* num. 23.
8. Neque quando legatur, ut omni anno fiat sollempnitas alicujus Sancti, vel constituitur, Præbenda, Altare, aut Pulpitum, &c. Idem num. 25.
9. Neque quando quis donat Ecclesiæ in vita donatione inter vivos. Idem num. 26. & Sylv. *loc. cit.*
10. In his, & alijs standum est consuetudini locorum. Covarr. *loco cit.*
11. Quæ solita est persolvi ante 20. annos, ac postea fuerit aliquibus concessa, eadem integre persolvatur. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13.
12. Non comprehendit Monasteria ædificata a 40. annis citra, aut quæ in dies ædificantur, præsupposito quod sint ejus Religionis, cui Sedes Apostolica indultum sit, ut non teneatur eam solvere Episcopo. Decisum refert Joan. de la Cruz *de statu Relig.* lib. 2. *cap.* 19. *dub.* 5. *conclus.* 2. *in fin.*
13. Quarta cercorum Confraternitatum funera associantium debetur Parocho. *Congr. Episc.* 15. Martii 1616.
14. Quarta funeralium debetur Rectori, non Regularibus, etiam si Rectoria sit Sæcularis in Ecclesia Regulari, eadem 3. Julii 1615.
15. Non tenentur Clerici Regulares ad solvendum Episcopo quartam funeralium. Rot. 15. Januarii 1618. coram Decano. Nald. V. *Sepultura*, num. 14.

A D D I T I O.

1. Stante consuetudine in Civitate, quod jus sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Cathedralē; quarta funeralis non debetur Parocho, intra cujus limites viator retentus pro delicto, & habitatus cum cautione decedit. *Cong. Cont.* 22. *Januar.* 1628.
2. An Confraternitates debeant solvere Episcopo quartam Canoniam, DD. Affirmant, sed verius negant, si metrae sunt laicales, aut ex mera devotione auctoritate Episcopi institutæ. Barb. *de jure Eccl.* lib. 3. *cap.* 19. n. 18.
3. Quarta funeralis Episcopi non potest locari. *Congr. Episc.* 14. *Decemb.* 1592.
4. Parocho debetur, seu etiam Sacerdoti animarum curam exercenti. DD. cum Barbof. *loco cit.* c. 24. n. 19. 21.
5. Illius nimirum Ecclesiæ, in qua Parochianus solet recipere Sacramenta, casu quo alibi audiret divina, *ibid.* n. 24.
6. In casu dubio: An debeatur Episcopo, vel Parocho, præsertim Parochus ex causa onerosa, Episcopus ex causa lucrative, *ibid.* n. 25.
7. Etiam si Parochianus moriatur ob bellum, pestem in villa, dummodo in Parochia domicilium habeat, *ibid.* numero 27.
8. Etiam, quando ægrotus mutat Parochiam, *ibid.* n. 27.
9. Vel ægrotus cum bonis suis ad Religionem se transfert, pendente anno probatione, si in eo moriatur, *ibidem* numero 18.
10. Si postridie, quam sepultum est cadaver, cum cereis &c. sollempnis Missa cum majori quantitate cercorum, de his quoque quarta debetur Parocho. *Congreg. Episc. auditis paribus* 3. *Aug.* 1621.
11. De candelis, quas fratres, & alii presbyteri in funeribus gestare solent in manibus, non datur quarta Parocho, sed sunt gestantium. DD. apud Barb. *loc. cit.* n. 39. & *in seq.* plura habes de hac materia.

Referendarii.

Vide *Exempti*, num. 5. *Funkiones Episcopales*, num. 24. *Præcedentia*, num. 21.

A D D I T I O.

1. Possunt celebrare, & facere celebrare circa auroram, & in locis interdicto Ecclesiastico suppositis. Sixtus V. 10. *Kalend.* Octob. 1587. §. 11.
2. Cedunt locum Auditori confidentiarum. *Congregat. Rit.* 6. *Decembr.* 1621.

Regularium virorum Monasteria.

1. **N**on possunt erigi nova Monasteria, nisi vocatis aliorum Monasteriorum Prioribus, & cognita causa, an sine aliorum damno ea erigi possunt. Greg. XV. Anno 1621. * Urb. VIII. Anno 1625. *
2. Vocatis etiam Prioribus Conventuum per quatuor millia distantium. Greg. XV. *ibid.*

3. Nec nisi possint habitare, & sustentari duodecim, idem loco cit.

4. Vel constiterit Ordinario, totidem ibi sustentari posse, Greg. XV. *ibid.*

5. Si nulli sint ibi Regulares; accedat consensus incolarum loci, idem *ibid.*

6. Si detur appellatio, nihil interea innovetur, idem *ibidem.*

7. Revocatae sunt licentiae omnes pro fundandis locis Regularium. Urban. VIII. Anno 1624.

8. Et qui praetextu licentiarum revocatarum sine licentia Ordinarii, & non servata forma Gregor. XV. praedicta fundarit, poenam incurrit privationis vocis, Officiorum, inhabilitatis, & ipso facto excommunicationis, idem *ibid.*

9. Non possunt aedificari Ecclesiae Regularium in loco non exempto, sine consensu Ordinarii loci. Barb. *alleg.* 26. num. 3.

10. Monasterium, in quo nondum positus est Religiosorum Conventus, sed solum nonnulli Religiosi deputati fabricae, non est obligatum Clausurae. Decisum referunt DD. loco citand. num. 15.

11. Item videtur dici posse de iis domibus, in quibus non vivitur in forma Conventus, nec ibi est Ecclesia cum Eucharistia, nisi alias subjectae fuerint Clausurae. Bonac. loco cit. num. 5.

12. Si de Clausurorum finibus est dubitatio, per loci Ordinarium, & Superiores Regularium explicetur. Prov. 4.

13. Sacristia comprehenditur sub clausura. Congreg. Episcop. 18. Aprilis 1605. refertur etiam a Coroliano de castibus *reserv. part. 2. cas. 3. quest. 4. num. 31.* Negat Bonac. quando immediate ab Ecclesia in Sacristiam itur de *claus. quest. 3. punct. 1. num. 4.* affirmat Sanchez in *op. mor. l. 6. cap. 17. n. 7.*

14. Horti, viridaria, vineae, quae Monasteriis Regularium continentur sunt adjuncta, ut ad ea a Monasteriis aditus sit, nulla via locove publico interjecto, Clausurorum finibus comprehenduntur.

15. Infirmariae, seu domus deputatae ad recipiendos infirmos, vel Religiosos, ut hospites, non obstringuntur Clausura. Decisum refert Sanchez *loc. cit. n. 19.* & Sorbus *V. Ingressi, n. 11.*

16. Non possunt ingredi mulieres, nisi ad ea claustra, in quibus Missa, Officia, & Processiones fieri solent. Pius V. Ann. 1566.

17. Sub poena excommunicationis Papae reservatae, idem *ibidem.*

18. Et Regularibus admittentibus foeminas, imponitur poena suspensionis a Divinis ipso facto, privationis Officiorum, inhabilitatisque ad illa, idem *ibid.*

19. Quotannis semel hoc Decretum, & saepius arbitrio Episcopi publicetur. Prov. 3.

V. Immunitas Ecclesiastica. n. 6.

Regularium jura sub Episcopis.

1. Ante Professionem nulla renunciatio valet, nisi cum licentia Episcopi, seu Vicarii. Trid. *sess. 25. cap. 16. de Regular.*

2. Potest Episcopus declarare nullam esse Professionem factam ante annum aetatis 16. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg.* 101. n. 1.

3. Et judicare de nullitate Professionis ob alias causas, intra quinquennium a Professione emissa, una cum Superiore Professi. Trid. *loc. cit. c. 19.*

4. Hoc est coram Episcopo loci, & Superiore Monasterii, in quo facta est Professio, deducendae sunt causae nullitatis. Decisum refert Barb. *alleg.* 104. num. 12.

5. Superior non potest solus sine Ordinario ejicere Professum, ob nullitatem Professionis. Decisum anno 1618. refert Ric. in *praxi resol.* 20.

6. Potest Episcopus compellere per Censuras, ut restituantur Novitio discedenti omnia, quae attulerat. Trident. *loc. cit. cap. 16.*

7. Episcopis subduntur ii, qui neque Capitulis Generalibus, neque congregantur ad praescriptum Conc. Trid. neque a Metropolitanis convocantur, neque habent Ordinarios Visitatores. Vide Trid. *loc. cit. cap. 8.*

8. Ubi non habitant duodecim in domibus fundatis post Decretum. Urb. VIII. ii subduntur omnimodae Jurisdictioni Episc. Urb. VIII. Anno 1625. *

9. Et valet hoc Decretum etiam extra Italiam, idem Anno 1626. *

10. Subduntur & ii, quibus imminet animarum cura personarum saecularium, in iis, quae ad eandem curam pertinent. Trident. *loc. cit. cap. 1.*

11. Neque ibi deputari possunt Curati quam amovibiles, nisi de consensu Episcopi, & praevio examine, idem *ibidem.*

12. Exceptis Monasteriis, in quibus habitant Capita Ordinum, vel Generales, vel Abbates, aut alii habentes Jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos, idem *ibid.*

Garvanti, Tom. III.

13. Subduntur item Episcopis loca, & personae Militiae S. Jo. Hierosolymis in iis tantum, quae concernunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem. Gregor. XIII. Anno 1584.

14. At respectu dictorum Militum Visitationes, & Consecrationes, & Benedictiones fiant gratis ab Episcopis absque impensa, & onere. Pius V. Anno 1577.

15. In Sacramentorum qualibet administratione omnimode subjiciuntur Episcopis, uti delegatis Sedis Apostol. Gregor. XV. Anno 1622. *

16. Non tamen possunt praescribere Regularibus, ut certis tantum in locis, temporibus, & personis ministrent Sacramentum Poenitentiae, vel restringere eorum Privilegia in ministerio Sacramentorum, idem in Declaration. Anno 1623. *

17. Neque praedicta exequi possunt in personas Regulares particulares, idem *ibid.*

18. Atqui haec facultas Episcopis concessa non competit inferioribus Praelatis habentibus quasi Episcopalem Jurisdictionem, *ibid.*

19. Debent Episcopi approbare causam, quae debet esse publica, exponendi a Regularibus Sanctissimam Eucharistiam. Congreg. Episc. 27. Maji 1683.

20. Non autem causam privatam, dummodo e Tabernaculo non extrahatur Eucharistia, & velata remaneat, ita ut nec Hostia videatur, ead. *ibid.*

21. Possunt Regulares habere apud se, pro suorum usu, Oleum infirmorum ead. 20. Febr. 1601.

22. Administrantes Sacramenta Eucharistiae, vel extremae Unctionis, vel Matrimonii, infirmis, &c. sine licentia Parochi, possunt ab Episcopis excommunicari. Ricc. in *praxi resol.* 210. vers. 13.

23. Debent ab Ordinario loci, cui a Superiore sunt deputati, suscipere Ordines. Barb. *alleg. a n. 58.*

Vide Ordo a n. 29.

24. Item debent ab eodem petere Chrisma, Consecrationem Ecclesiarum, & ea quae sunt Ordinis Episcopalis. Barb. *alleg.* 105. n. 65.

25. Item Coemeterii Benedictionem, primi lapidis impositionem, & si bis aut ter requisitus Episcopus loci negaverit, alienus adiri potest. Leo X. Anno 1516.

26. Tenentur ad observantiam dierum Festorum ab Episcopo praepceptorum. Trident. *sess. 25. cap. 12.*

27. Non tamen tenentur ad Officia Festorum. Decisum refert Barbof. *alleg.* 105. n. 34.

28. Tenentur ad Officium de Patrono, non ad Octavam. Congreg. Rituum 27. Martii 1628.

29. Possunt celebrare Missam in Ecclesia Saeculari de consensu solius Rectoris. Congr. Episc. 3. Januar. 1617.

30. Non tenentur expectare tempus Missae Parochialis, ut celebrent in suis Ecclesiis, eadem 30. Jun. 1592.

31. Potest Episcopus cogere Regulares ut lectionem Sacrae Scripturae in Monasteriis suis habeant, si commode fieri potest, *sess. 5. cap. 1.*

32. Concionari non possunt in propriis Ecclesiis sine benedictione Episcopi, neque in alienis sine licentia, & benedictione ejusdem. Idem *ibid. cap. 2.*

33. In concionibus ad populum utantur Evangeliiis, & Epistolis, quae leguntur a Clero Saeculari ejus Ecclesiae, ubi degunt. Congr. Conc. Anno 1604. * & Decisum refert Quaranta. V. *Privilegia Regularium.*

34. Possunt Episcopi punire, qui praedicant in propriis Ecclesiis, Episcopo contradicente, vel sine ejusdem benedictione, aut in alienis sine licentia. Gregor. XV. Anno 1622.

35. Non debent impediri Regulares, quo minus in quadragesima concionem habeant in suis Ecclesiis, etiam si non fuerit consuetudo. Congregatio Episcoporum 5. Junii 1590.

36. Neque debet denegari benedictio pro concione sine causa, eadem 22. Augusti 1615.

37. Ad publicas Processiones compelli possunt ab Episcopo, iis exceptis, de quibus supra, *Processio.* Trident. *loc. cit. cap. 13.*

38. Ad Episcopum spectat componere controversias de praecedentia. Idem *ibid. V. praecedentia.*

39. Exempti a Processionibus, si tamen accedant, non idonee Episcopus potest eos deinde cogere. Nald. *Privilegium, num. 3.*

40. Non possunt publicare Indulgentias sine Episcopi consensu. Trid. *sess. 6. cap. 3. sess. 24. cap. 11.*

41. Potest Episcopus cogere Regulares, ut in Offertorio Missarum Conventualium in Dominicis enuncient fidelibus Festa, & jejunia, quae occurrunt. F. Emanuel Rodriguez, *quest. Regul. 1. q. 33. arr. 7.*

42. Censurae, & Interdicta, etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo a Regularibus publicentur, & ferventur. Trident. *loc. cit. cap. 12.*

43. Tempore Interdicti ab Episcopo non possunt Regulares admittere laicos ad divina, si privilegia concessa fuerunt ante Concil. Trid. Decisum refert Garz. *part. 5. cap. 4. num. 87.* oppositum docent alii apud Barbof. *allegat.* 105. num. 44.

44. Non possunt Regulares cum Cruce intrare Parochias ad lavanda cadavera, nisi præmonito, & recusante Parocho; & tunc sine illius, & Ordinarii præjudicio salvo antiquo usu & pacifico. Leo X. Anno 1516.

45. In funeribus se conferant ad Ecclesiam Parochialem, & inde cum Parocho ad domum Defuncti. Congr. Episcop. 26. Augusti 1616.

46. Si cadaver est repositum in aliqua Ecclesia, ut inde transferatur alio, se conferant ad eandem Ecclesiam, in qua est cadaver, eadem *ibid.*

47. Disputationes litterariæ Regularium extra Comitua generalia, ne fiant in Ecclesia eadem 17. Januar. 1594.

48. Non tenentur Mendicantes petere licentiam ab Episcopo queritandi, eadem 6. Octobris 1597. & Congreg. Conc. Anno 1621. Decreto impresso. *

49. Sed tenentur quæstiones eorum ostendere Ordinario licentiam Superiorum suorum. Decisum Anno 1625. apud Barbof. alleg. 105. n. 51.

50. Potest Episcopus punire Mendicantes habentes plures campanas, cum debeant esse contenti una. DD. apud Barb. *ibid.* num. 62. salva consuetudine: sed non possunt eos prohibere ne pulsent campanas pro Horis, & Missa; antequam pulsetur campana majoris Ecclesiæ. Congr. Concil. Decreto edito 1604. *

51. In locis exemptis suæ Diocesis, potest Episcopus facere sollemnes Benedictiones, & divina Officia celebrare, idem *ibid.* n. 66.

52. Oblati laici, qui degunt extra Monasteria, non gaudent Privilegio fori. Congr. Episc. 22. Martii 1583.

53. Tertiarii, mantellati, corrigati, chordellati, & alii in omnibus Propriis habitantes, communionem in Paschate, extremam Unctionem, & alia Sacramenta (excepto Pœnitentiæ) a proprio Parocho recipiant. Leo X. Anno 1516.

54. Non possunt Episcopi visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura; neque loca, ubi aservatur Eucharistia, vel ubi confessiones audiuntur. Gregor. XV. in Decl. citato Anno 1623.

55. In causis civilibus conveniantur Regulares coram Superioribus, vel eorum Conservatoribus. Paul. V. Anno 1607.

56. Conservatores eorum indicandi erunt Episcopo, qui debet eis idcirco præfigere terminum ad indicandum. Congreg. Episc. 28. Martii 1688.

57. Si non indicant, conveniri possunt a laicis coram Ordinario, eodem *ibid.*

58. Conservatores eorum non ultra duas dietas a loco suæ habitationis trahere alios ad se possunt, Leo X. Anno 1516. Vide supra Conservatores.

59. In causis mercedum, & miserabilium personarum potest Episcopus, tamquam delegatus Sedis Apostolicæ, cogere Regulares debitores, extra Monasterium degentes ad solvendum, licet in partibus habeant deputatum Judicem a Sede Apostolica. Trid. sess. 7. cap. 14.

60. Potest Episcopus compellere Regulares exemptos ad reddendam rationem coram se executionis testamentorum, & negligentem punire. DD. apud Barbof. alleg. 82. n. 34.

61. Ex Defuncti justitia, si non potest haberi recursus ad Papam, seu Superiorem exemptorum potest adiri Ordinarius Barbof. alleg. 105. n. 67.

62. In criminalibus potest Episcopus capere, & remittere Regularem ad Competentem, si fugæ sit periculum, & quando non potest expectari auctoritas Judicis Regularium. DD. apud Barb. *ibid.* n. 64.

63. In causis hæresis omnes Regulares subjacent Episcopis. Paul. V. 26. Septemb. 1606.

64. Et præsertim in causa Conceptionis B. V. Decretum S. Inquisit. 31. Augusti 1617. 24. Maji 1622. *

65. Et in causa sollicitationis mulierum in Confessione, eadem Congreg. S. Inquisit. 30. Augusti 1622. *

66. Extra Monasterium degentes, si delinquant, ab Ordinario puniuntur. Trid. sess. 6. cap. 3.

67. Qui ita notorie deliquerit, ut scandalo sit populo; si non puniatur a Superiore, sed ad alium locum transmittitur, debet revocari ad priorem locum, ut Ordinario subiaceat Clem. VIII. An. 1596.

68. Infra terminum ab Ordinario præfigendum. *ibid.*

69. Alias Episcopus loci, ad quem fuit transmissus, in eundem severe animadvertat, si requisitus a priore Episcopo, si ve informatus de delicto, *ibid.* ex Trident. sess. 25. capit. 14.

70. Qui sine mandato Superiorum in scriptis obtento a suis Conventibus recedit, ab Ordinario tamquam defector sui instituti puniatur. Trid. sess. 25. cap. 4.

71. Qui studiorum causa ad Universitates mittitur, in Conventibus tamen habitat, alioquin ab Ordinario contra eum procedatur, idem *ibid.*

72. Qui sine Priore cum aliis existit in aliqua domo ad erectionem Monasterii destinata, & deliquerit, ab Ordinario puniri poterit. Decisum apud Barbof. allegat. 105. numero 16.

73. Non autem poterit, si sub Superiore cum aliis conventualiter vivat. Decisum Congregat. Concil. 24. Maji 1588.

74. Si incedunt sine habitu extra Monasterium; possunt ab Episcopo puniri. DD. apud Barbof. loco cit. num. 61.

75. Potest Episcopus absolvere Regularem percutientem Clericum Sæcularem. Barb. *ibid.* num. 52.

76. Et de æquitate Regulares exemptos se invicem percutientes. Idem *ibid.* num. 54. allegat. 41. num. 17. & 18.

77. Possunt Regulares se subjicere Episcopo quoad dispensationes Episcopales. Nald. V. Irregul. num. 30.

78. De licentia suorum Prælatorum, vel ea injuste denegata. Sanch. tom. 1. Decal. lib. 4. cap. 39. num. 26.

79. Episcopus item absolvit laicos percutientes Regularem, non Superior Monachorum. Barbof. allegat. 105. numero 54.

80. Crimen assassinii impositum Militibus Hierosolymitanis, seu eorum donatis, familiaribus, servitoribus, seu presbyteris eorum sæcularibus, & aliis interservientibus actu, ad Superiores eorum spectat, adjuncto loci Episcopo, excommunicationis lata sententia contra alienos Judices. Clemens VIII. An. 1595. 18. Decemb.

81. Apostata debent ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, capi, & consignari Superioribus eorum. Urb. VIII. cum Congreg. Conc. 21. Septemb. 1624.

82. Ejecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, seu moderandi. Idem *ibid.*

83. In dandis litteris Testimonialibus projectis juxta Decretum, Greg. IX. in cap. fin. de regul. oneratur conscientia Ordinariorum. Idem *ibid.*

84. An Confessarii Sæculares possint audire Confessiones Regularium distinguit Ugol. de potest. Episc. cap. 7. §. 2. num. 9. Possent in Jubilæis generalibus: non possent in Bulla Cruciatæ, & specialibus privilegiis laicorum ex Dec. perpetua Clementis VIII. An. 1599. renovata ab Urbano VIII. 1630. *

85. Et eodem modo potest, & non potest respective Regularis approbatus ab Ordinario audire Confessiones Regularium alterius Ordinis. Idem *ibid.*

86. Tres Constitutiones Pii V. in favorem Regularium, revocata fuerunt a Greg. XIII. An. 1572.

87. Alia Pii V. in favorem Militum Hierosolymitanorum fuit revocata in favorem Ordinariorum a Gregor XIII. An. 1580.

Vide Archiepiscopus, num. 30. 32. 33. Benef. Paroch. Proventus, num. 2. Concil. Provinciale, n. 44. 74. 8. Concio Sacra, num. 1. 3. 11. & sequentibus. Confessarius, num. 6. 22. 23. & sequentibus. Confirmatio, num. 20. Confraternitates, num. 2. 8. Conservatores per totum. Decima, num. 8. Ecclesia, n. 2. Eucharistia, num. 23. 24. 53. Examinatores, num. 4. 5. 7. Exempti, num. 2. Exequia, num. 9. 11. 15. 21. Extrema unctio, num. 3. Fori Privilegium, num. 8. 19. Forum Episcopale, num. 5. Indulgentia, num. 25. Irregularitas, num. 3. 16. 63. Judex Synodalis, num. 69. Librorum editio, num. 6. 9. Licentia, num. 4. Littera dimissoria, num. 8. 9. Missa, num. 7. Missa ritus, num. 1. 2. 4. Missa Parochialis, num. 11. Missa Conventualis, num. 15. Monetarii, num. 1. Monialium Monasteria, num. 24. Monialium Clausura, num. 8. Monialium numerus, num. 5. Monialium receptio, num. 14. Monialium communes leges, num. 16. Monialium Officiales, num. 12. 13. Monialium cura spiritualis, num. 8. 14. & sequentibus. Monialium cura in temporibus, num. 14. Munerum largitio per totum. Olea Sacra, num. 8. 6. Ordo, num. 29. & sequentibus. Ordines majores, num. 28. 40. Parochia, num. 12. Parochorum munera, num. 27. 30. Præcedentia, num. 1. 2. & sequentibus Processio, num. 7. & sequentibus. Quæstiones, n. 2. Quarta Episcopalis num. 12. 15. Reliquia SS. num. 21. Scripura Sacra, num. 4. 8. 10. Seminarium Clericorum, num. 30. 41. 32. Sepultura, num. 19. 20. Synodus Diocesana, num. 15. 39. Tutela, num. 1. Visitatio Episcopi, num. 10. 11. 12. 13. 14. 19. & sequentibus.

A D D I T I O.

1. **C**oram Episcopo, & Superiore Novitatus, potest religio in re quinquennium agere pro nullitate Professionis alicujus male Professi. Congr. Concil. petente nostro Procurat. Generali 1. Sept. 1635. ut in Trid. sess. 25. de Regul. cap. 19.

2. Tenentur Regulares accipere Bullas Ordinum susceptorum ab Episcopis, qui eos ordinarunt, & litteræ dentur gratis. Decisum refert Laurent. de Francis tom. 1. controvers. inter Episc. & Regul. quæst. 35. super decis. de Ordin. Regul.

3. Possunt audire Confessiones ægrotorum in eorum domibus, sine licentia Parochorum, quos tamen monere debent de Confessione audita. Congr. Episc. 2. Julii 1585. 22. Januarii 1616.

4. Possunt Regulares ministrare Eucharistiam, & extremam Unctionem hospitibus infirmis in eorum Monasteriis ex privilegio Pii IV. concessio Cler. Regular. & confirmato a Pio V. idem Febr. 1567. apud Pereg. p. 1. Compend. tit. communicare, §. 3. & per communicationem aliis. Peirin. tom. 1. Constit. 1. Julii 2. num. 92.

5. Non possunt Regulares in Sabbato S. benedicere domos laico-

laicorum. Cong. Conc. 23. Novembr. 1619. apud Barb. de Offic. Paroch. 12. num. 1.

6. Non prohibentur in eorum Ecclesiis admittere mulieres ad purificationem post partum. Congreg. Concil. ad Archiepisc. Bonon. apud Peirin. tom. 2. quest. 7. Pii V. §. 12. num. 13. ad 9.

7. Neque prohibentur denunciare Festa, & jejunia in suis Ecclesiis, eadem 2. Julii 1620. Licet antea Congr. Episc. 15. Decembr. 1603. Limitasset, cum licentia Episcopi id fieri debere. Barbof. de Off. Parochi, cap. 16. num. 26. in fin. part. 1.

8. Non possunt gestare Pluviale, aut Stolum per alienam Parochiam. Congregat. Concil. ad Archiepisc. Bonon. supra ad 3.

9. Non possunt in Festo Corporis Christi Processionem facere, quia dumtaxat in Cathedrali. Congr. Rit. 11. Decembr. 1613. 28. Augusti 1615. Febr. 1617. & Congr. Episc. 27. Junii 1615.

10. Regulares extra Clausura decedentes ad eorum Ecclesias deferri debent, etiam Parochis inconsultis. Congreg. Concil. 2. Julii 1620. apud Barbof. de Off. Paroch. cap. 26. num. 68.

11. Neque debent solvere jus Sepulturæ. Congr. Episcopa 22. Maji 1615. apud eundem *ibid.*

12. Neque tamen possunt ducere funus Superiorum, Magistrorum, seu Theologorum per Parochias Civitatis, & vias cum pompa, ead. apud Peirinum supra ad 11.

13. Ne excedant taxam ab Episcopo præscriptam in emolumenta, Parochialibus prohiberi possunt ab Episcopo. Congreg. Concil. 18. Sept. 1625. apud Barbof. de jure Eccl. lib. 2. cap. 43. num. 145.

14. Possunt colligere a laicis fructus agrorum in elemosynam, antequam Curati colligant primitias, ead. apud Peirinum loc. cit. ad 13.

15. Superiores, qui ad præscriptum * Concil. Trid. sess. 25. cap. 14. tenentur facere certiores Episcopos de punitione Regularium extra clausura delinquentium, in scriptis facere debent. Decisum refert 14. Decemb. 1630. Barbof. loc. cit. cap. 43. num. 117.

16. Debet Episcopus absolvi Regularem percussorem Clerici, cap. Religioso, de sententia excomm.

17. Facultas data Episcopo a Trid. supra cit. contra Regulares notorie delinquentes extra Clausura, vendicat sibi locum, cum intra Ecclesiam delinquant notorie, & cum scandalo. Congr. Conc. 16. Septemb. 1625.

18. Non possunt Regulares aggregare suæ Regulæ personas in articulo mortis constitutas. Congreg. Rit. 20. Junii 1619.

19. Neque possunt deserere Monasteria, seu loca jam ædificata, nisi in manibus Ordinarii. Bonifac. VIII. & DD. cum Barb. de jure Eccl. lib. 2. cap. 12. num. 45.

Regularium jura in Ordine ad Moniales eorum.

1. **C**irca clausuram, Vide supra Monialium clausura. 2. De Monialium Officialibus eligendis. Vide Monialium Officiales.

3. De Confessariis Monialium. Vide Monialium cura spiritualis.

4. Non possunt Regulares alloqui Moniales quascumque sine licentia, sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto. Congreg. Episc. 5. Maji 1599. * & est reservata clarius infra 1614. *

5. Et sub reatu peccati mortalis, eadem 1. Julii 1606.

6. Comprehenduntur hoc Decreto, Milites Hierosolymitani ead. 28. Jan. 1603.

7. Non tamen ligantur excommunicatione lata ab Episcopo contra alloquentes Moniales. DD. cum Barbof. alleg. 102. num. 73.

8. Episcopi possunt unire, uti Sedis Apostolicæ delegati, Regulares alloquentes quascumque Moniales sine licentia. Congr. Conc. Anno 1624. edito Decreto.

9. Idem possunt concedere Regularibus, ut quater ad summum in anno possint alloqui Moniales consanguineas in primo, & secundo tantum gradu. Eadem Anno 1523. Urban. VIII. ea annuente.

10. Non in Festis, Adventu, Quadragesima, feria sexta, sabbatho, & vigiliis, *ibid.*

11. Et præsentem Confessario, & Auscultatrice, dataque licentia in scriptis pro die, & hora; quæ in libris Episcopi notentur, *ibid.*

12. Si Ordinarii pluries concesserint, S. Congreg. judicium timeant, *ibid.*

13. Et eadem lege tenentur in hac re puellæ, & aliæ mulieres intra Clausura degentes, ead. 1590.

14. Administratores bonorum Monialium Regularibus subjectarum rationem reddant Episcopis, & Superioribus Regularibus. Greg. XV. Anno 1622.

15. Si male reddant, amoveri possunt ab Episcopo, facta prius monitione Superioribus prædictis, *ibid.*

16. Et possunt Episcopi punire malos Administratores dictorum bonorum, *ibid.*

A D D I T I O.

1. Regularis sine licentia accedens ad Moniales Regularibus subjectas, & cum eis colloquens, potest ab Episcopo loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri, & puniri. Decisum refert *Lexana summ. qu. Reg. c. 25. n. 36.*

2. Reperti alloquentes sine licentia, consignari debent carcerati eorum Superioribus, a quibus erunt declarandi privati voce activa, & passiva. Congregat. Episcop. 17. Julii 1615.

3. Qui Superiores debent facere certiores Episcopum, & S. Congregationem, ead. 7. Mart. 1617.

4. A pœnis pro allocutione Monialium non possunt absolvi, nisi a Sede Apostolica, aut a S. Congreg. Episc. eadem 7. Novemb. 1605.

5. Confessarii extra actum Confessionis non possunt alloqui Moniales, sub iisdem pœnis, quibus alii, eadem 21. Februarii 1617.

6. Non comprehenduntur in hoc Decreto Provinciales, nec Ministri Provinciarum, neque Superiores, quibus Moniales subjectæ sunt, ead. 1593. apud Barbof. de jure Eccl. lib. 1. cap. 44. n. 165.

7. Vicarius Fratrum comprehenditur, nisi absente Priore vices illius agat, ead. 1. Sept. 1617.

8. Ubi Moniales Clausuram non observant, Regulares loquentes eis extra clausura non incurrunt prædictas vocis pœnas, ead. 15. Mart. 1594.

Regul. jura circa Tertiarias.

1. **N**on possunt audire Confessiones earum, nisi fuerint approbati ab Ordinario. Congr. Episc. 1616.

2. Neque ministrare illis Eucharistiam in die Paschatis, eadem *ibid.*

3. Neque domi in infirmitate, neque extremam unctionem. Leo X. Anno 1516. Vide infra Tertiarii.

Reliquiæ Sanctorum.

1. **D**ebet Episcopus recognoscere Reliquias Sanctorum, & miracula. Trident. sess. 25. de invoc. & ven. SS.

2. Reliquiæ SS. recognoscantur, adhibitis piis viris, idem loc. cit.

3. Scripta, tabulæ, litteræ, monumenta, testes, arcæ, schedulæ accurate recognoscantur, unde translata, & hæc tuto asserventur in Archivio. Prov. 4.

4. Ipsæ Reliquiæ cernantur, non eæ tamen, quæ sub Altaribus; nisi iudicio Episcopi, *ibid.*

5. Scribantur in libro cum suis documentis asservando in Archivio Episcopali, *ibid.*

6. Alii inferiores Episcopo non possunt. Barbof. alleg. 79 num. 9.

7. Non potest Episcopus approbare Reliquias, etiam sancti antiqui nondum canonizati, & eas publice colendas exponere. Barb. *ibid.* n. 10.

8. Si vero sint canonizati competit Episcopo approbatio illarum, possuntque exponi approbata. Azor. par. 2. lib. 9. cap. 8. q. 8.

9. Si extat dubium, an sint Sancti canonizati, vel Beatificati, ne exponantur adorandæ. Sanchez tom. 1. decal. lib. 2. cap. 43. n. 12. 29.

10. Reliquiæ etiam non approbata, ad ornatum Crucis in Cruce collocata possunt cum ea exponi, quasi accessorie. Idem *ibid.* num. 17.

11. Antiquæ Reliquiæ habendæ sunt ea veneratione, qua hæcenus sunt habitæ. Decisum refert Barbof. loco cit. n. 12.

12. Corpora Sanctorum nondum canonizatorum non possunt poni sub Altari. Congr. Episcop. 10. Junii 1587.

13. Sanctorum Corpora extra Altaria in arcis condita marmoreis, ut collocentur in eo Sacello, ubi asservatur Sanctissima Eucharistia. Prov. 4.

14. Et clathris ferreis muniantur, *ibid.*

15. Ipsa corpora sint involuta panno serico coloris apti ad Sanctum, cujus sunt ossa, *ibid.*

16. Tabella ænea cum nomine Sancti includatur, *ibid.*

17. Lampas ardeat assidue, nisi excuset ægestas, *ibid.*

18. In vasculis decoris collocentur. Prov. 1.

19. Vasa, theæ, arcæ, stata prece benedicantur. Prov. 1.

20. Clavæ duæ sint, penes Episcopum, & Rectorem Ecclesiæ; si Universitas, aut alii laici habere solent, addatur tertia, *ibid.*

21. Ne exponantur nec etiam a Regularibus sine licentia Episcopi in scriptis, cum ejus approbatione, *ibid.*

22. Neque passim exponantur, sed in festis sollempnioribus, & Sanctorum, quorum sunt Reliquiæ, *ibid.*

23. Nullo modo exponantur nudæ, nec sine luminibus, *ibid.*

24. Nec educantur e loculis earum. Prov. 1.

25. Non quæstus gratia exponantur, *ibid.*

26. Cum exponuntur, fiat Processio a Clero Ecclesiæ, & cum luminibus, *ibid.*

27. Antequam exponantur, vel ostendantur, thurificentur, & idem fiat a Thurifario præeunte in Processione. Provinc. 4.

28. Idemque fiat cum reconduntur, *ibid.* & cum Processione, ut prius, *ibid.*

29. Deferantur ab induto Cotta, & Stola, vel etiam Pluviali, cum Hymnis in via, & rationibus in fine opportunis, *ibidem.*

30. In Altari Candela saltem quatuor colluceant, & castodes Sacris Ordinibus initiati adhibeantur, *ibid.*

31. Horum opera, non laicorum coronæ admoveantur Reliquiis, ut eas tangant, *ibid.*

32. Cum a loco superiori ostenduntur populo, prædicta ratio servetur, excepta Processione, *ibid.*

33. Ad ægrotos non portentur Reliquiæ SS. Prov. 3.

34. Neque radentur ossa, ut rasura detur cum potu infirmis. Congregat. Episc. 17. Decemb. 1591.

35. Extractio Reliquiarum, seu translatio Corporum, & Reliquiarum, si perpetuæ tradita sunt Sepulturæ, non potest fieri sine auctoritate Papæ, vel Sanctæ Synodi. Sylv. V. Reliquia SS. q. 3.

36. In Provincia Mediolanensi extractio prohibita a Gregorio XIII. moderata est a Sixto V. ut sufficiat licentia Episcopi, non Papæ. Congr. Episc. 16. Febr. 1588.

37. Ab uno loco ad alium ne transferantur sine justa causa, & facultate scripta Episcopi. Prov. 4.

38. Translatio Reliquiarum insignium, judicio Episcopi, fiat cum sollempni pompa, & pio cultu, *ibid.*

39. Cum pridiana recognitione, compositione in arca, assignatione clavium, & obfignatione, *ibid.*

40. Fiat cum apparatu viarum, sono Campanarum, Processione, Missa sollempni, Concione, & expositione in Altari per diem integram cum debitis ceremoniis, *ibid.*

41. A Notario fiat instrumentum per acta singula, *ibid.*

42. Si jumento, vel curru vehantur, decenter sternantur, *ibidem.*

43. Quocumque iter fit, significatio pietatis, & lætitiæ in Clero, & populo ne desideretur, *ibid.*

44. Dies translationis, qua ultimo reponuntur, anniversario Officio Divino de Sancto, cum licentia majorum, quotannis celebretur, *ibid.*

45. Si est Reliquia insignis, Corpus, Caput, Brachium, Crus, aut illa pars, in qua passus est Martyr, modo sit integra, & non parva, & legitime, ut supra, approbata, fieri potest de Sancto, cujus est Reliquia, Officium duplex. Congregat. Rit. 8. Apr. 1628.

46. Privatum potest quilibet venerari Sanctum nondum Canonizatum, & ejus Reliquias colere. Barbof. & Azor. locis supra cit. num. 8. 11.

47. In Oratorio privato retineri possunt Reliquiæ SS. de licentia Episc. Prov. 4.

48. In privatis ædibus, aut apud laicos non habeantur, *ibidem.*

49. Neque tangantur a laicis, neque per eos tractentur, *ibidem.*

Repræsentationes Sacræ

1. Prohibentur fieri in Ecclesiis. DD. apud Barbof. alleg. 24. num. 25.

2. Passio Salvatoris nullibi agatur. Prov. 1.

3. Neque Sanctorum martyria actionesve, nisi de licentia Episcopi, *ibid.*

Residentia.

Vide supra: Canonicoꝝ Residentia, & Parochorum residentia.

1. Ad residentiam cogi possunt ab Episcopo Superiore Ecclesiarum Collegiatarum, licet habeant jurisdictionem in Canonicos. Decisum refert Garz. part. 3. cap. 2. num. 181.

2. Sine consensu Ordinarii nulla valet dispensatio Apostolica non residentium etiam ratione studii. Pius IV. Anno 1564.

3. Non residentium ultimæ voluntates annullantur, quacumque auctoritate suffulta. Idem *ibid.*

4. Aliæ pœnæ non residentium habentur apud Sylv. V. Residentia q. 5.

5. Potest Episcopus applicare fructus non residentium fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiam si non indigeat, quæ potest in dies indigere. Decisum refert Garz. part. 3. cap. 2. num. 31.

A D D I T I O.

1. Tenetur Episcopus residere, licet habeat coadjutorem. Congr. Episc. 7. Sept. 1619.

Restitutio incertorum.

1. Potest Episcopus præcipere Confessariis, ne absque consilio suo restitutores absolvant, aut distribuant. Navarr. in Man. cap. 17. num. 92.

2. Est facienda pauperibus; non pauperioribus, vel melioribus, nisi de consilio. Idem *ibid.* num. 95.

3. Non tamen potest Episcopus reservare sibi absolute restitutionem incertorum. Congr. Episc. 14. Junii 1619.

V. Usura, num. 20.

Sacramenta.

1. In ministrandis Sacramentis adhibeatur superpellicum cum Stola. Prov. 1.

2. Laici, qui recipiunt Sacramenta, deponant arma. Provinc. 3.

3. Et ii item, qui sunt compadres in Baptismo, & Confirmatione, *ibid.*

4. Pro Sacramentorum administratione nihil potest accipi hoc titulo, etiam a sponte dantibus. Quod offertur sponte pro Eleemosyna, accipi potest. Congreg. Concil. 1. Februarii 1593.

V. Interdictum, num. 21. 28. & seqq. Regularium jura sub Episcopis, num. 22. Simonia, num. 12. 13. Usura, num. 13.

Sal.

1. Sal exterum in terris Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis non potest emi. Greg. XIII. apud Nald. Emptio, num. 17.

Scriptura Sacra.

1. Sacrorum librorum editio vulgata in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus authentica habeatur. Trid. sess. 24.

2. Puniantur ab Ordinariis, qui Sacram Scripturam ad suos sensus contorquent, contra sensum S. Matris Ecclesiæ, & unanimum Patrum consensum. Idem *ibid.*

3. Ne de eadem verba usurpentur ad irreverentiam, & contemptum, ad scurrilia, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, incantationes, divinationes, sortes, libellos famulos, sub pœnis juris, & arbitrio Episcoporum. Idem *ibidem.*

4. Biblia vulgari lingua edita non possunt legi, neque retineri, neque Episcopi, neque Inquisitores, neque Regularium Superiores dare queunt licentiam. Clement. VIII. in Indice lib. prohib.

5. Compendia historica Bibliorum, seu librorum Sacræ Scripturæ, vulgari idiomate scripta, eodem modo prohibentur. Idem *ibid.*

6. Versiones novi Testamenti ab Auctoribus primæ classis indicis factæ, nemini concedantur. Idem *ibid.* reg. 3.

7. Deputati ad interpretationem sacrarum litterarum compellantur ab Ordinariis, ut id præstent. Trid. sess. 5. cap. 1.

8. In Monasteriis Regularium lectio Sacræ Scripturæ procuratur ab Episcopo, si negligant Superiores, *ibid.*

9. Idem fiat in Gymnasiis publicis, *ibid.*

10. Approbentur prædicta ab Episcopo de moribus, & scientia, exceptis regul. *ibid.*

V. Regularium jura sub Episcopis, num. 31. Theologiae Præbenda, num. 13.

Seminarium Clericorum.

1. Singulæ Cathedralis tenentur instituere certum numerum puerorum in loco convenienti eligendo ab Episcopo. Trid. sess. 23. cap. 18.

2. Recipientur ii, qui ad minimum 12. annos, & ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere, & scribere noverint, quorumque indoles, & voluntas spem afferit, eos perpetuo Ecclesiæ servituros, *ibid.*

3. Pauperum filii præcipue eligantur; ditiores alantur sumptibus suis, *ibid.*

4. Tonfura statim, & habitu Clericali utantur, *ibid.*

5. Missæ quotidie intersint, *ibid.*

6. Singulis mensibus peccata confiteantur, & judicio Confessarii Communionem sumant, *ibid.*

7. Cathedralibus, & aliis Ecclesiis diebus Festis intersint, *ibid.*

Doceantur ea, quæ videntur Episcopo expedire, *ibid.*

9. Grammaticam, cantum, computum Ecclesiasticum, aliamque artium disciplinam: Sacram Scripturam, opportunaque ad Sacramentorum administrationem, rituum, & Ceremoniarum formas, *ibid.*

10. Catechismus Romanus perpetuo prælegatur. Provinc. 5.

11. De historia Ecclesiastica, & Sacris Ritibus, certis diebus instruantur, *ibid.*

12. Duorum Canonicorum adhibito consilio seniorum, quos

quos Episcopus elegit, hæc, & alia constanter. Trident. loco cit.

13. Leges præscriptæ singulis mensibus cum omnibus legantur. Prov. 2.

14. Sapius visitentur. Trid. loco cit.

15. Tertio quoque mense saltem, si potest commode, visitet Episcopus, & inquiret tum de magistris tum de alumnis. Prov. 2.

16. Duo Canonici electi debent esse perpui, neque possunt mutari sine justa causa. Decisum refert Barb. alleg. 77. num. 31.

17. In Diocesi ampla Seminarium plura haberi possunt, quæ tamen a primario Civitatis pendeant. Trid. loco cit.

18. Quæcumque oriatur difficultas ob institutionem, seu conservationem Seminarium decernere potest Episcopus cum superioribus Deputatis, vel Synodus. Prov. ibid.

19. Cogi possunt ad docendum in Seminarium, qui Scholasterias obtinentes munus habent annexum Stationis, & Doctrinæ, vel per se substitutos, ibid.

20. Si minus digni sint, alios nominent; neglexerint, deprehet Episcopus, ibid.

21. Eligentur enim substituti a Scholastico, sed ab Ordinario erunt approbandi, ibid.

22. Legatæ ut conducantur Grammaticæ, qui pauperes instruant pauperes, applicari possunt Seminarium, Decisum refert praxis Episc. V. Seminarium.

23. Redditi necessarii summi debent ab Episcopo cum consilio duorum de Capitulo, quorum alterum Episcopus, alterum eligat Capitulum; itemque aliorum eorum de Clero Civitatis, quorum alter ab Episcopo, alii a Clero eligi debent, ex fructibus beneficiorum, de quibus fuit Trident. loco cit.

24. Episcopus debet primum de sua, & Capitulo mensa contribuere, & postea alios cogere. Decisum refert in praxi. V. Seminarium, Barb. loco cit. num. 2.

25. Cardinales debent contribuere de fructibus beneficiorum in Diocesi ubi est Seminarium. Decisum refert Barbos. ibid. num. 5.

26. Clerici Camerae Apostolicæ non tenentur contribuere. Congr. Episc. 12. Maji 1604.

27. Canonici non tenentur contribuere Distributionibus quotidianis. Decisum referunt Moneta, & alii apud Barbos. ibid. num. 13.

28. Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habent beneficia annexa, vel redditus Ecclesiasticos, tenentur contribuere. Decisum refert praxis Episcopalis. V. Hospitalia vers. 10. dub.

29. Hospitalia mere laicalia non tenentur DD. cum Barb. loco cit. num. 8.

30. Monasteria Mendicantium non tenent. Trident. loco cit. cap. 18.

31. Nimirum Dominicani, Franciscani, Emitæ S. Augustini, Carmelitæ, Servitæ, Societas Jesu S. Francisci de Paula, Jesuati, Carmelitæ Discalceati. Barbos. loco cit. num. 14.

32. Equites Sancti Joannis Hierosolymitanus sunt immunes a contributione Seminarium. Gregor. XIII. Anno 1580.

33. Confraternitates, si habent redditus ecclesiasticos, tenentur contribuere, etiam si existant intra Ecclesias Regularium. Decisum refert Barb. loco cit. num. 10.

34. Pensionarii tenentur pro rata Pensioni Garz. part. 1. cap. 5. num. 171. Monet. de Decimis cap. 9. num. 83.

35. Sive Seminarium sit erectum ante reservationem Pensionum, sive post. Decisum refert Garz. in addit. dist. num. 171.

36. Non sunt magis graviora beneficia simplicia, quam curata. Congr. Episc. 27. Octob. 1603.

37. Decima vero solvatur singulis annis duobus terminis. Prov. 1.

38. Possunt etiam uniri Seminarium beneficia simplicia aliquot, etiam præstimonialia, & præstimonialia portiones, etiam ante vacationem, & reservata, seu affecta, non impediuntur per eorum reservationem, unionem, & applicationem. Trid. loco cit.

39. Non decernant, ut omnia simplicia uniantur, sed aliquot; aliter non valet unio. Decisum refert ICC. in praxi decis. 492. & resol. 383. num. 4. in secunda ditione.

40. Nec uniri possunt beneficia ad collationem inferiorum spectantia, neque Canonicatus, neque Jurisdictionatus, etiam Ecclesiastici, nec reservata Sedi Apostolicæ post illorum vacationem, nec vacantia in mense reservato per Episcopum. Decisum refert Franciscus Leo in Thesaur. si p. 2. cap. 16. num. 23.

41. Uniones factæ Seminarium non subsistunt, nisi post illius erectionem, & actualem educationem uerorum. Decisum refert Gonzal. ad reg. 8. Canc. gloss. 7. num. 68. Ricc. resol. 380. num. 1. & Rota.

42. Emptio domus, aut creatio deputatorum non est erectio Seminarium. Rotæ 15. Aprilis 1622. apud Barbos. loco cit. num. 24.

43. Uniones factæ absque consilio quatuor Deputatorum non valent. Congr. Conc. 13. Jan. 1594. Franciscus Leo in Thes. d. cap. 16. num. 25.

Gavant. Tom. III.

44. Tenetur Episcopus adhibere in consilium, non eos sequi. Gonzal. loco cit. gloss. 46. num. 74.

45. Bona, quæ fuerunt applicata Collegio pro educatione puerorum miserabilium, si Collegium sublatum sit, debent applicari Seminarium. Barb. loco cit. num. 11.

46. De incertis redditibus nemo tenetur contribuere Seminarium. Congr. Episc. 13. Maji 1586.

47. Administratio temporalis Seminarium tota spectat etiam ad quatuor Deputatos; sed exactio ad solum Episcopum. Ricc. de rel. 380. num. 3.

48. Cogique possunt ad solvendum prædictos redditus per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia ab Episcopo, non obstantibus quibuscumque. Trid. loco cit.

49. Rationes autem horum reddituum quotannis Episcopo reddantur, præsentibus quatuor, scilicet duobus a Capitulo, & duobus electis a Clero. Idem ibid.

50. Seminarium redditibus congruentibus constituto, & aucto, tantumdem de exactione remittatur pro rata parte reddituum, quos imposterum accessione beneficiorum, aliave ratione Seminarium habere contigerit. Prov. 5.

V. Archiepiscopus, num. 6. Fori privilegium, num. 2. Forum Episcopale, num. 57. Monialium cura in temporalibus, num. 9.

A D D I T I O.

1. Clerici Seminarium non sunt de corpore Cathedralis Ecclesiæ, licet in ea deserviant. Congregat. Rit. 1. Septembris 1607.

2. Commendatarius, etiam Cardinalis, tenetur contribuere Seminarium. Decisum refert 3. Decembr. 1622. Barbos. de jure Eccl. lib. 3. cap. 9. num. 53.

Septuagesima.

1. **T**empore Septuagesimæ, & sequenti proponantur exhortationes piæ contra corruptelas illius temporis. Prov. 3.

Sepultura.

1. **S**epulcra Sacerdotum, & Clericorum, ubi fieri potest, a Sepulcris laicorum separata sint, & decentiori loco sita. Rit. Rom.

2. Immo, & distincta pro Sacerdotibus, & aliis inferioris Ordinis, ibid.

3. Pro parvulis baptizatis habetur specialis Sepultura, seu locus in Cœmeterio. Rit. Rom.

4. Sepultura locus honoratior licite vendi potest pluris absque simonia. DD. cum Nardo Sepultura, num. 8.

5. Sed prohibita est Sepultura existens supra terram a Pio V. Anno 1566.

6. Cadavera ne reponantur sub Altaribus, neque sub gradibus eorum. Congr. Episc. 6. Sept. 1593.

7. Pater eligere potest Sepulturam filio minori 14. annis dummodo electio fiat ante obitum ipsius. Congr. Episc. 27. Octobris 1587.

8. Potest eligere Sepulturam Dominus pro servo impubere, & pater pro filiis impuberibus, quando hoc habet consuetudo. Sylvest. V. Sepultura, quest. 7.

9. Limitat in filiis legitimis naturalibus adoptivis, vel arrogatis, non spuris, vel naturalibus tantum, ibid.

10. Minores majorum sepultura poni debent, ita volentibus majoribus, non obstante Rituali Rom. Congreg. Episc. 21. Octobris 1616.

11. Non potest avus eligere pro nepote impubere. Sylv. loco cit.

12. Multo minus frater, aut alius collateralis, nec pater pro filio pubere. Idem ibid.

13. Controvertitur inter DD. quodnam dicatur Sepulcrum majorum. Sylvest. loco cit. quest. 8.

14. Uxor sequitur maritum, & ultimum si plures habuit. Sylv. ibid. Quintum.

15. Viatores qui moriuntur, dum transeunt sepeliri debent in Cathedrali. Congregat. Episcop. 9. Junii 1592. in Parochia, inquit Sylv. ibid. Nisi consuetudo sit, quod in Cathedrali. Alii dicunt, ibid. esse locum præventioni.

16. Excommunicatus, etiam denunciatus dans signa penitentia in articulo mortis sepeliatur in Ecclesia. Congregat. Episc. 27. Maji 1583.

17. Et sufficit unus testis. Sylv. loco cit. q. 9.

18. Si contingat sepeliri aliquem in loco non sacro, donec transferatur in locum sacrum, apponatur Crux capiti illius. Rit. Rom. de Exequiis.

19. Sepultura in Ecclesiis Regularium non debetur illi, qui cum habitu Regulari petiit tantum sepeliri. Congreg. Episc. 3. Novemb. 1582.

20. Sepeliendi sunt in Ecclesiis Regularium ii, qui coram testibus dumtaxat elegerint Sepulturam, ibid. eadem 11. Decembris 1615.

21. Sepeliens corpus ejus qui alibi elegit Sepulturam violenter amittit jus, quod habebat, & tenetur restituere emolumenta, & corpus. Sylv. quest. 11.

22. Si Ecclesia est interdicta, ubi est sepultura majorum, sepeliuntur in Parochiali; si hæc interdicta, in Cathedrali; si omnes interdictæ, in Monasterio proximiori, idem *quæst.* 8.

23. Privantur Sepultura Ecclesiastica, qui moriuntur in torneamentis, qui se occidunt, qui non sunt confessi semel in anno, blasphemus, notorii peccatores, usurarii manifesti, interdicti nominatim, & ab ingressu Ecclesiæ, excommunicati, & instituentes Sacerdotem tutorem filii. *Sylv. quæst.* 9.

24. Sepelientes prohibitos prædictos peccant mortaliter, sepelientes excommunicatos, interdictos, usurarios, ut supra, excommunicati sunt, idem *quæst.* 11.

25. Si exempti sepeliant excommunicatos, &c. potest Episcopus impedire, antequam sepeliantur, non autem de facto sepulchrum exhumare, idem *ibid.* 9. 16.

26. Nullum cadaver perpetuæ Sepulturæ traditum ex ulla cujusvis Ordinis Ecclesia asportari liceat, nisi de licentia Ordinarii. *Rit. Rom. de exequiis. V. Baptismi num. 39. Confraternitates. 42. 46. Ecclesia, num. 43. & seqq. Ecclesia reconciliatio, num. 12. Exequia, per totum Hebrai, num. 26. Interdictum, n. 19. 44. & seqq. Monialium Ecclesia num. 13. & seqq. Monialium Ecclesia, num. 13. & 14. Terriarii, num. 8. 10. 11. 12. Usura, num. 5. & seqq.*

A D D I T I O.

1. **P**arochus debet interrogare infirmum de Sepultura in genere, non in specie: An velit in Parochiali sepeliri, alias electio non valet. *Ricc. in praxi p. 4. resolut. 293. num. 30.*

2. Filia minor, non obstante novo Rituali, sepelienda est in Sepulchro majorum illius in Ecclesia Fratrum. *Congreg. Episc. 21. Octob. 1616.*

3. Suscipientes habitum a Guardiano, vel ab alio cui ille commiserit, & cum eo decedentes sunt tradendi Sepulturæ in Ecclesiis ejusdem Ordinis, si Guardianus propter habitus concessionem, & receptionem præmovit eorum cadavera. *Congr. Rit. 11. Decemb. 1615.*

4. Peregrinus decedens, dum est in via, sepelitur in Cathedrali, *Congreg. Episc. 9. Junii 1592.*

5. Excommunicatus notorius, si pœnitentiæ signa dederit in articulo mortis, sepeliendus est in Ecclesia, *ead. 9. Jun. 1629.*

6. Sepultura non debet retardari sub quovis prætextu compositionis quartæ funeralis, *ead. 5. Maji 1617.*

7. Non debet Episcopus dare licentiam exhumandi corpus ad hoc, ut laici sumant indicia in criminalibus, *ead. 22. Novembris 1619.*

Sequestrum.

1. **L**ite pendente datur facultas Judicibus decernendi Sequestra super fructibus Beneficiorum Sedi Apostolicæ reservatorum, seu affectorum, & nulliter collatorum. *Pius IV. Anno 1566.*

2. Fructus Beneficiorum, lite pendente, deponi debent apud personam a Judice deligendam, contra quolibet statuta. *Pius V. Anno 1568.*

3. Distributiones quotidianæ Canonicorum non possunt sequestrari. *Mon. de distrib. part. 1. q. 9. concl. 1. nisi in quibusdam casibus, & cum moderatione, ne fame pereat Canonicus, ibid. concl. 3. 4. 5. 6.*

Simonia.

1. **Q**ui pro Beneficiis obtinendis se exponunt examini simulante pro aliis, seu pro se, aut aliis cum oblatione pensionis annuæ, aut cum spe consequendi Pensionem, seu commodum, seu ut aliis resignent libere, vel cum pensione; eo ipso sunt excommunicati, & privati omnibus Beneficiis, inhabilesque facti ad omnia Beneficia. *Paulus IV. Anno 1557.*

2. Et collatio ejusmodi est nulla, idem *ibid.*

3. Beneficia in confidentiam, aut ad effectum reservationum sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere nemo præsumat, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, Papæ reservata. *Pius IV. Anno 1564.*

4. Et sub pœna nullitatis, idem *ibid.*

5. Casus confidentiarum, modi eas probandi, testium qualitates, pœnæ privationis inhabilitatis, excommunicationis, &c. fusius habentur in Bulla Pii V. Anno 1569.

6. Qui dignitates acquisierit per simoniam, ipso jure sit privatus, & inhabilis est ad eas, & alias obtinendas, idem Anno 1566.

7. Qui Beneficium, aut Officium Ecclesiasticum, sit illis eo ipso privatus, & ad restitutionem omnium fructuum teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad alia, *ibid.*

8. Episcopum accipere aliquid pro expeditione litterarum Beneficii, simonia est. *S. a. simonia n. 3.*

9. Qui Ordines, & Beneficia contulerit, pœnis a jure statutis, quicumque ille sit, puniatur. *Trid. sess. 24. cap. 6.*

10. Qui convictus fuerit in consequendis Ordinibus de Simonia, eo ipso sit suspensus ab eorum executione per decennium, & carceri per annum mancipetur. *Pius V. supra.*

11. Qui pluries convictus fuerit, præter supradictas pœnas,

corporaliter punatur, & ab Ordinibus degradatus, ejiciatur a consortio fidelium. *Trident. loc. cit.*

12. Ne in Sacramentorum administratione simoniacum quid fiat, Ordinarii curent, & puniant gravissime delinquentes. *Idem ibid.*

13. Episcopus sciens Sacerdotem suum subditum pro Sacramentis aliquid præmium accipere a non sponte dante, & corrigere negligit, suspenditur ab Officio per bimestre. *Barb. alleg. 111. n. 22.*

14. Proponis item judicem casuum, gratiarum, & indulgentiarum, solo certo pretio, suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, & perotione fructuum, reservata Papæ. *Idem ibid. num. 40.*

15. Potest Episcopus absolvere a simonia occulta. *Trident. sess. 24. cap.*

V. Casus reservati, num. 3. Censura, num. 6. Litteræ Dimissoria, num. 6. Ordo, num. 59. 60.

Sodomia.

1. **C**lericus Sodomita curiæ Sæculari traditur puniendus. *Pius Anno 1466.*

2. Privatur omni privilegio Clericali, Officio, dignitate, & Beneficio. *Idem Anno 1578.*

V. Degradati, num. 12. Irregularitas, num. 31.

A D D I T I O.

1. Bulla Pii V. est contra exercentes, quod significant frequentiam actus. *Quar. V. Sod.*

2. Agentes nuntium comprehenduntur. *Catet. V. Mollities.*

3. In casibus Episcopo reservatis includi patientes volunt. *Ricc. in praxi resolut. 57. num. 7. & Bonac. de Matrim. quæst. 4. punct. 1. num. 2.*

4. Attendenda sunt verba Decreti Episcopalis.

Spolia Clericorum.

1. **S**poliorum nomine non veniunt distributiones Canonici defuncti. *Congr. Episc. 29. Decembris 1600.*

2. Neque veniunt paramenta, vasa, Missalia, Sacri Libri, res Sacræ, & a ad usum, & cultum divinum, etiam in Cappellis privatis. *Pius V. Anno 1567.*

3. Et applicanda sunt Ecclesiis, quibus beneficiati præferuntur, ita ut opria auctoritate eadem possint illa apprehendere. *Idem ibid.*

4. Si beneficius pluribus Ecclesiis præfuit, prædicta inter ea proportionaliter dividantur, *ibid.*

5. Neque veniunt scamna, Cathedræ, aræ etiam lignæ, mensæ, tabula dolia vinaria, neque alia similia suppellectilia. *Idem ibid.*

6. Neque hæc illius, qui vivens non habuit redditus, seu pensiones ultra 10. Ducatos auri de Camera, nisi illicitæ negotiationis sit us, *ibid.*

7. Ubi non sunt Collectores spoliorum pro Camera Apostolica, fructus beneficiorum in obitu beneficiarum maturati, inexacti cum ectu, etiam sponte oblati, spectant ad successores in beneficiis, non ad hæredes. *Julius III. An. 1550.*

8. Debita extracta occasione beneficiorum, quæ aliunde persolvi nequeat, ex eorum bonis solvantur, *ibid.*

9. Legata a piis causis a beneficiatis in sanitate constitutis facta, solvantur de fructibus, *ibid.*

10. Regulariter ad Cameram Apostolicam spectant spolia Clericorum, non adest facultas testandi. *Paulus III. Anno 1542.*

11. Eidem applicantur fructus omnium beneficiorum Sedi Apostolicæ reservatorum, seu affectorum pro tempore vacantium. *Pius IV. Anno 1561.*

12. Clericorum item bona ex illicita negotiatione acquisita. *Idem Anno 1560.*

Vide sup. Crimen, num. 82.

13. In Rego Neapolitano quicumque fructus pendentes, etiam nondum separati a solo, seu nondum exacti usque ad diem adeptæ possessionis pro successores in eis maturandi pro rata temporis ad Cam. Apost. spectant. *Sixtus V. An. 1589.*

14. Spoliorum Subcollectorum causæ ad Nuncium pertinent. *Congr. Episc. 14. Decembris 1619.*

Studia litterarum.

V. Canonicorum Residentia n. 8. ad 22.

Subcollectores.

V. Exempti, num. 9. Spolia Clericorum, num. 14.

Visitatio Episcopi, num. 33.

Subsidium Charitativum.

1. **P**atriarcha, & Archiepiscopus non possunt illud exigere a Clero Provincie extra Diocesim. *Barb. alleg. 87. n. 9.*

2. Potest Episcopus compellere subditos ad illud solvendum ex manifesta, & rationabili causa. *Idem ibid. num. 5. 7.*

3. Cau.

3. Causæ rationabiles sunt Consecratio Episcopi, vel solutio debitorum contractorum pro tuendo jure Ecclesiæ, *ibid.* num. 29.
4. Item magnæ expensæ in negotiis communibus totius Dioecesis pertractandis, num. 30.
5. Fabrica quoque Cathedrali Ecclesiæ, num. 31.
6. Visitatio liminum Apostolorum, n. 33.
7. Iter ad Papam, vel Regem pro utilitate suæ Ecclesiæ, vel Ecclesiæ Universalis, num. 30.
8. Iter ad Concilium Provinciale, num. 34.
9. Potest exigere etiam sub excommunicationis pœna, num. 7.
10. Cum consilio tamen Capituli sui, & Clericorum, num. 11.
11. Canonici Cathedralis debent solvere, num. 43.
12. Non tamen de Distributionibus quotidianis; nisi aliud sit sancitum, num. 44.
13. Et Beneficiati tantum, num. 43.
14. Potest Episcopus aliquem eximere, n. 94.
15. Laici vero non debent, num. 40.
16. Neque exempti, num. 45.
17. Neque Pensionarii liberi ab omni onere, num. 32.
18. Taxa vero debet excedere summam factam in expeditione Bullarum Episcopi. Congreg. Episcop. 1. Martii 1583.
19. Neque majorem summam, quam a Benedicto XII. statutum est, sub pœna restitutionis, & alia arbitrio Superioris. Prov. 2.

Vide Extravag. 1. de Censibus.

Vas electionis.

20. Ex urgenti causa, ultra taxam solitam. Barbosa loco cit. num. 38.

A D D I T I O.

1. Coadjutor, seu Administrator datus Episcopo per Papam, vel Ecclesiæ Cathedrali vacanti, potest exigere e subditis hoc subsidium. Barbosa de jure Eccles. 3. c. 22. num. 19.
2. Item Commendatarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis, *ibid.* n. 20.

Suffraganeus Episcopus

1. Non tenetur extra celebrationem Concilii Provincialis, prætextu cujuslibet consuetudinis, ad Metropolitanam Ecclesiam accedere, nec invitatus cogi potest. Trid. sess. 24. cap. 4.

Supellex Sacra.

1. NE tumbis adhibeantur Altarium pallia. Prov. 4.
2. Pulvinaria Missalium ne genibus etiam Episcopi, supponantur. Prov. 5.
3. Ne transferatur sacra quæcumque supellex ad profanum usum. Prov. 1.

Suspendio.

1. Quinam incurrant Suspendionem, habes in variis titulis hujus Operis, collegit omnes casus Sylv. Suspendio, quest. 6. & Bonac. disp. 3. q. 6. punct. 5.
2. Suspendus a Pontificalibus potest exercere jurisdictionalia, non quæ sunt Ordinis. Sylv. *ibid.* q. 5.
3. Non fit irregularis exercendo Pontificalia sine Missæ celebratione. Idem *ibid.* oppositum docet Angel. *ibid.* cit. sed pendet ex illa controversia, an Episcopatus sit Ordo.
4. Suspendus a Sacramentorum perceptione, vel participatione contrafaciens non fit irregularis. Idem *ibid.*
5. Suspendus ab inferiori Ordine non potest exercere Ordinem superiorem, non e contra, *ibid.*
6. Suspendus a collatione Ordinis inferioris, est etiam a collatione superioris, non e contra, *ibid.*
7. Et in prædictis contrafaciens est irregularis, *ibid.*
8. Suspendus a Beneficio perdit fructus Beneficii, non facultatem administrandi in spiritualibus, vel temporalibus, *ibid.*
9. Suspendus ab Officio non potest exercere jurisdictionem, non eligere, nec Beneficia conferre, *ibidem.*
10. Suspendus a Divinis Officiis, si interfit ut laicus, non fit irregularis, *ibid.*
11. Suspendus ab ingressu Ecclesiæ; potest tamen celebrare extra Ecclesiam, & orare in Ecclesia, quando non celebrantur Divina Officia, *ibid.*
12. Potest etiam percipere Sacramenta extra Ecclesiam, *ibidem.*
13. Si audit Divina in Ecclesia, peccat, sed non fit irregularis, *ibid.*
14. Suspendus ab administratione Ecclesiæ in temporalibus, & spiritualibus, non est suspendus ab Ordine, *ibid.*
15. Suspendus ab Officio Prædicationis, prædicando non fit Irregularis, nisi sit annexum Ordini, *ibid.*
16. Suspendus simpliciter, intelligitur suspendus a jurisdictione spirituali, collatione Beneficiorum, & electione, *ibidem.*

17. Suspendus sine loci determinatione intelligitur ubique etiam in Beneficiis alibi existentibus. Bonac. disp. 3. quest. 6. punct. 3. Prov. 2. de cons. Negant alii apud Sayrum de cons. lib. 4. c. 6. n. 21.

18. Suspendus per annum poterit ultima die anni biffextilis celebrare. Sylv. loc. cit.

19. Suspendio lata ad tempus, elapso tempore, cessat absque alia absolutione. Bonacina loco cit. punct. ult.

20. Item ea, ubi additur: *Donec satisfecerit*, cessat, data satisfactione. Idem *ibid.*

21. Potest Episcopus absolvere a reservata Papæ, si provent ex delicto occulto. Trid. sess. 24. c. 6.

22. Fructus beneficii pro tempore suspensionis convertendi sunt in utilitatem Ecclesiæ. Syrus loco cit. n. 16.

23. Distributiones non sunt fructus Beneficii regulariter; ideo vel dantur aliis interessentibus, vel ipsi suspendo a Beneficio, non a Divinis. Idem *ibid.* c. n. 11.

Synodus Dioecessana.

1. Episcopus nondum consecratus, si Bullas expedit, potest eam convocare. Massobr. de Synodo cap. 2. dub. 1. num. 9.

2. Capitulum, Sede vacante, per Vicarium capitulare potest. Decisum refert Garz. p. 9. c. 2. num. 8.

3. Vicarius Generalis Episcopi potest cum speciali mandato. Azor. p. 2. lib. 3. cap. 45. quest. 4.

4. Quotannis debet Episcopus eam celebrare. Tridentina sess. 24. cap. 2.

5. Omittens celebrare sine causa venit est suspendendus ab executione Officii. Congreg. Concil. 27. Martii 1509.

6. Per Archiepiscopum, cui subest. Massobr. loco citato, dub. 3. a n. 3.

7. Causa debet afferri in Visitatione liminum Apostolorum, *ibidem.*

8. Paschale tempus videtur esse magis congruum. Bott. de Syn. par. 2. quest. 8. & Gavant. de Synodo par. 1. cap. 2. annotat. 7.

9. Indicanda est in Festo Epiphaniæ cum Festis mobilibus. Cærem. Episc. lib. 1. cap. 31.

10. Et per Edictum saltem ante mensem. Idem *ibid.*

11. Tenentur accedere etiam exempti omnes, qui alias cessante exemptione, interesse deberent, neque Capitulis Generalibus subsunt. Trid. loco cit.

12. Ratione Parochialium, aut aliarum Ecclesiarum sæcularium, etiam annexarum, ii tenentur qui earum curam gerunt. Idem *ibid.*

13. Tenentur ergo Abbates habentes Cappellas, vel populum subiectum Episcopo, citra Privilegium speciale. Massobr. loco cit. dub. 6. V. Abbas, n. 38. 39.

14. Prælati sæculares. Massobr. *ibid.*

15. Parochi omnes, etiam Regulares, etiam præsentati per exemptos, *ibid.*

16. Qui obtinent Beneficia simplicia, *ibid.*

17. Qui de consuetudine per decennium introducta solent accedere, *ibid.*

18. Vel per se, vel per Procuratorem, *ibid.*

19. De Canonicis dubitant DD. extra vim consuetudinis. Vide Gavant. loco cit. annot. 5.

20. Rectores, qui nullius sunt Dioecesis, tenentur adire Synodum Episcopi, a quo possunt visitari. Congreg. Concilii sess. 24. cap. 1.

21. Et ii denique obtinentes Beneficium in Dioecesi, in qua fit Synodus, in alia Dioecesi habitant ex prædictis.

22. Culpabiles prædicti possunt excommunicari. Bott. loco cit. n. 50.

23. Et ampliatur pœna contra eos, qui veniunt, Synodo absoluta. Idem *ibid.*

24. Nulla potest esse præscriptio non veniendi. Massobr. dub. 5.

25. Pro Decretis in Synodo evulgandis consilium Canoniorum est requirendum, nisi Episcopus præscripsisset oppositum. Gavantus cap. 6. ann. 3. n. 1.

26. In sex casibus requiritur consensus Capituli. Vide Piasec. in Praxi Episc. p. 2. c. 2. n. 9. vel Gav. loco cit. n. 2.

27. Ordinem sedendi describit Gav. *ibid.* cap. 8.

28. Paramenta coloris rubri in Episcopo, & Canonicis, Cærem. Episc. loco cit.

29. Coadjutores Canoniorum utuntur habitu Canonicali. Gav. loco cit. c. 13. n. 3.

30. Vicarius Generalis quo habitu utatur, ubi fedeat. Vide *ibid.* n. 11, 12.

31. Processio sub una Cruce initio Synodi fit ad insignem Ecclesiam. Prov. 2.

32. In Missa Pontificali Communio Cleri. Pont. Rom.

33. Officiales Synodi solent esse plures: Præfectus Hospitiorum, Promotor unus, aut duo, Secretarius, Notarius, Lector Decretorum, Præfecti Disciplinæ Synodalis, & scrutinii, Judices querelarum, & excusationum: Procurator Cleri, Oeconomi pro Cathedralico, Confessarii Cleri, Magistri Cæremoniarum, Ostiarii Synodi.

34. De quorum muneribus singulatim. Gav. a cap. 19.

35. De Cathedralico. A. supra in proprio titulo.

36. De ritu standi, sedendi, genuflectendi in Synodo. Gav. loc. cit. c. 28. a num. 14.
37. De Concione in Synodo. Idem c. 30.
38. Eliguntur Examinatores Cleri, sex saltem. Trid. sess. 24. cap. 28.
39. Examinator Regularis proponatur de nomine proprio, & cognomine. Garzia p. 9. cap. 2. dub. 22.
40. Debent esse Magistri in Theologia, aut DD. vel licentiatii in iure Canonico. Trid. loc. cit.
41. Si desint ejusmodi, eligantur alii de Clero magis idonei. Decisum refert Massobr. in praxi de concursu. Requis. 12. dub. 2. in fine.
42. Possunt eligi per vota secreta, seu aperta. Decisum 11. Julii 1592. refert Quar. V. Synodum.
43. A majori parte presentium in Synodo approbentur. Massobr. loc. cit. dub. 7. & 8.
44. Jurentque electi ad S. Dei Evangelia. Trid. loc. cit. supra examinatores.
45. Judices item Synodales eligantur, saltem quatuor. Trid. sess. 25. cap. 10.
46. Debent esse in Ecclesiastica Dignitate, aut Personatum obtinere, aut Cathedralium Canonici, *ibid.* Vide supra. Judices Synodales.
47. Testes Synodales, saltem septem eligantur. Prov. 5.
48. Punctatores eligantur. V. supra Punctatores.
49. Præciti Testes, & Punctatores jurent. Prov. 4.
50. Alii Officiales possunt eligi, nimirum
- Consultores S. Officii
 - Recognitores librorum.
 - Revisores indulgentiarum.
 - Præfeti musicæ.
 - Syndici Cleri temporalium,
 - Vicarius Monialium.
 - Præfetus spiritualis carcerum.
 - Præfeti processionum.
 - Præfetus Orationis publicæ.
 - Pœnitentiarii minores.
 - Præfeti disciplinæ Clericalis.
 - Vicarii foranei.
 - Visitatores.
 - Prior Doctrinæ christianæ.
 - Confessarii Clericorum.
 - Præfeti fabricæ Ecclesiasticæ.
 - Advocati pauperum.
 - Oeconomi Beneficiorum vacantium.
 - Præfeti Chori.
 - Recognitores operum Missarum.
 - Præfeti Communium Cleri.
 - Dispensatores elemosynarum.
 - Recognitores Kalendarii.
 - Revisores administratorum.
 - Præfeti Confratrum.
 - Præfeti funeralium.
51. Fidei professio emittitur in Synodo ab iis, qui nondum eam emisserunt. Trid. sess. 24. cap. 2.
52. Nimirum Beneficiari, *ibid.*
53. Et alii, qui tenentur ex Decreto. Prov. Med. 1.
54. Vel per se, vel per Procuratorem, cum speciali mandato. Massobr. dub. 40. 43.
55. Evulgentur in Synodo Decreta ultimi Conc. Provincialis. Massobr. dub. 5. & 6.
56. Item Decreta Trid. de residentia, sess. 6. c. 1. & sess. 23. c. 1. ut *ibid.* dicitur.
57. In Provincia Mediolanensi leguntur etiam Bullæ Pii II. de male promotis, & Pii V. de Confidentis. Prov. 3. & 5.
58. Item de vitâ, & honestate Clericorum. Prov. 2. & 4.
59. Item de divinis Officiis. Prov. 2.
60. Item de Chori disciplina. Prov. 5.
61. Item monitiones ad Clerum. Prov. 4.
62. In fine non interrogatur Clerus, per verbum: *Placeat ne vobis.* Congr. Conc. 27. Apr. 1592.
63. Indicitur futura Synodus.
64. De Oratione publica, & acclamationibus, quæ in Diocæsana Synodo omitti possunt. Cærem. Episc. lib. 1. cap. 31. Vide Gav. loco cit. p. 2. in fine, & 3. cap. 10. & 11. Plurima idem toto opere citato.
65. Ligant Decreta Synodi Clericos, & laicos Episcopo subjectos. Massobr. de Synod. c. 4. dub. 77. 78. non autem delinquentes extra Diocesim. Sâ. V. Lex 32.
66. Non tenentur Episcopus exhibere civitati, seu magistratibus ejusdem Congr. Episc. 14. Apr. 1615.
67. Neque tenentur ea mittere Romam. Plaseo. in praxi Episc. p. 2. cap. 2. n. 12. V. Casus reservati, n. 16. Dispensatio, n. 9. Vicarius foraneus, n. 14.

Tertiarii.

1. Tertiarii habitantes in domibus propriis, subditi sunt foro seculari. Congr. Episc. 17. Maji 1583.
2. Tertiariæ non viventes simul, Ordinario subjectæ sunt, ead. 20. Martii 1584. 20. Decemb. 1616. *
3. Eadem habitantes in domibus propriis, non emittant votum substantialem, *id.* habitandi, eadem 22. Mart. 1583.

4. Non vestiantur habitu Ordinis sine licentia Episcopi, qui eas probet, & sint saltem quadragenariæ, & quæ de sum possint ali, & cum affinis in primo tantum gradu cohabitent, ead. 1616. *

5. Prohibentur iisdem velum supra caput, quod superjectum vocant, pectorale, id est, sottogola, & scapulare, ne videantur esse Moniales, *ibid.*

6. Si opus est, compellantur ab Ordinariis, ut ea deponant, *ibid.*

7. Possunt extra Paschâ sumere Sacramenta in aliis Ecclesiis, ubi voluerint, ead. 26. Junii 1615.

8. Viri qui Collegialiter vivunt, aut cum Claustralibus habitant, exempti sunt ab Ordinario, quoad sepulturam, & alia Privilegia. Congr. Episc. 1619. Congreg. Conc. 1608. edito Decreto. *

9. Mulieres Collegialiter viventes, seu cum Claustralibus degentes, ac mulieres, virginalem, seu cœlibem vitam ducentes, expresso voto non sollemni, & sub decenti habitu Regularium gaudent Privilegiis fratrum, quorum Tertiæ Regulæ habitum gestant. Leo X. An. 1516. 1518.

10. Mulieres, quæ expresso voto castitatis, & cum habitu Tertiariam vivunt, etiâ si domi habitent suæ, exemptæ sunt ab Ordinario; quoad sepulturam, & alia Privilegia, se habent. Congr. Episc. 1616.

11. Non eligentes sepulturam, sepelientur in communi earum sepulcro, si adest; alias in Parochiali, ead. *ibid.*

12. Eæ quæ conditiones in Bulla aurea Pii IV. contentas adimpleverint, & habitum receperint, possunt, etiam invito, & minime requisito Parocho, in Ecclesiis fratrum sepeliri, ead. 11. Decemb. 1615.

V. Eucharistia num. 3. Fori Privilegium, n. 21. 23. Regularium jura sub Episc. n. 53. Regularium jura circa Tertiarias, per totum.

Testamentum

1. Ad pias causas valet coram duobus testibus, etiam si sint mulieres. Sylv. Testamentum 1. q. 7.
2. Pertinet ad judicem Ecclesiasticum, idem *ib.* Tertium.
3. Relictum ad pias causas per sollemne testamentum, revocatur per non sollemne ad pias causas, idem *ib.* Quartum.
4. Licet institutio facta per mutuum non valeat, tamen valeat in relicto ad pias causas, idem *ibid.* Sextum.
5. Potest quis decedere testatus, & intestatus in relicto ad pias causas, idem *ibid.* Quintum.
6. Filius familias in adventitiis bonis, si usufructus est patris, disponere non potest ad pias causas, idem *ibid.* 7. 4.
7. Si usufructus est filii, potest. Barb. Non potest Bald. quem sequitur Sylv. *ibid.*
8. Non potest prodigus ad pias causas post interdictum, idem *ibid.*
9. Potest usurarius publicus, & quicumque peccator notorius, idem *ibid.* contra Bartol. cum Bald. & Pan.
10. Item damnatus ad mortem, si retinet bona usque ad mortem, potest ad pias causas, idem *ibid.*
11. Si non est pœnitens, nihil recipiat Ecclesia, *ibid.* recipi potest, ait Sylv. *ibid.*
12. Excommunicatus potest ad pias causas disponere, *ibid.*
13. Valet ultima voluntas ad pias causas, licet non instituat ibi hæres, vel non adeatur hæreditas, vel deficit alia sollemnitas, idem *ibid.* q. 5. Tertium.
14. Si dicat Testator: committo omnia bona mea arbitrio Titii, tenetur Titius ea distribuere in pias causas, id. *quest.* 9. Quintum.
15. Potest Episcopus compellere executorem in legatis ad pias causas, saltem ut delegatum, si non accepta executione, idem *Testam.* 2. q. 3. Primum.
16. Sede vacante potest Capitulum eundem compellere, *ibid.* Tertium.
17. Intellige de Episcopo domicilii, nisi in loco originis essent facultates, *ibid.* Quintum, si ibi sit executor.
18. Vel de Episcopo executorem compellente, *ibid.*
19. In legatis solvendis ad pias causas tempus est sex mensium, *ibid.* idest, quoad pœnam solvendi interesse.
20. Executor non exequente post duas monitiones, in legatis ad pias causas devolvitur executio ad Episcopum, *ibid.* q. 8. Primum.
21. Et devolvitur post annum a die mortis, *ibid.*
22. Etiam quando executor non potuerit exequi, *ibid.*
23. Devolvitur ad Episcopum executio quoque ad non pias causas post annum, *ibid.* Tertium.
24. Non potest excludi Episcopus a Testatore in executione ad pias causas, *ibid.* Quartum.
25. Neque prohibere potest Testator, non reddi rationem Episcopo ab executore, *ibid.* Quintum.
26. Potest negligens hæres privari tota hæreditate, *ibid.* q. 10. Quintum.

V. Bona Ecclesiastica, n. 29. 30. Canonicorum distributiones, n. 68. Episcopus, n. 31. & seqq. Forum Episcopale, n. 21. & seqq. Regularium jura sub Episcopis, num. 60. Residentia, n. 31.

Theologalis Præbenda

1. **U**bi non est, constituatur primo vacatura, vel alia ratione instituat. Trid. *sess. 5. cap. 1.*
2. Vacatura scilicet, non in mense Apostolico. Decisum refert Garz. *p. 5. cap. 4. num. 164.*
3. Ubi locus est optioni, ea erit Theologalis, quæ vacat post optionem. Decisum a Congreg. Concil. 6. Julii 1592.
4. Erecta Theologali Præbenda non potest optari a sequenti Canonico. Decisum refert Moneta *de optione c. 3. p. 6. n. 129.*
5. Neque obtinens eandem potest optare aliam. Decisum refert Garz. in *addit. ad d. c. 4. num. 134.*
6. Collatio Præbendæ pertinet ad inferiorem Episcopi, electio tamen personæ ad Episcopum. Decisum refert Gonzalez *ad reg. 8. Cancelt. gloss. 9. S. 2. num. 83.*
7. Instituat etiam in Collegiatis, nedum in Cathedralibus primo vacaturæ ad hunc usum. Prov. 1.
8. Quando vacat fiat concursus, nisi ad Papam spectet collatio. Prov. 5.
9. Idoneis tantum conferatur. Trid. *loco cit.*
10. Tempus, hora, & materia pro lectionibus remittitur arbitrio Episcopi. Decisum 11. Januarii 1594.
11. Concedantur Lectori Theologo Distributiones pro toto die qua legit. Decisum refert Garz. *p. 3. c. 2. n. 118.*
12. Si tamen Matutinum recitetur in Choro pridie diei quo legitur, tenetur eidem interesse. Decisum refert idem *ibid.*
13. In Cathedrali saltem die Festo legatur Scriptura sacra, arbitrio Episcopi. Prov. 5.
14. Potest vacare mense Julio, Augusto, & Septembri. Decisum refert Garzia *loc. cit. n. 156. 157.*
15. Scholares audientes in Cathedralibus non gaudent iisdem Privilegiis, quibus alii in publicis Academiis. Decisum refert idem *ibid. n. 117.*
16. Theologo legente casus conscientiæ, possunt cogi presbyteri ad eum audiendum. Congreg. Episcop. 16. Martii 1593.
17. Idem respondeat gratis Theologicis quæstionibus ab Episcopo vel ab aliis consultus. Prov. 5.
18. Theologali Præbenda vacante, potest Episcopus applicare fructus ei, qui interea supplet. Congreg. Episc. 26. Januarii 1594.
19. Ubi viget consuetudo, quod detur a Capitulo stipendium perpetuum Theologo, qui doceat, ea servetur, & potest condici ad triennium. Congr. Conc. 14. Maji 1598.
20. Ubi non invenitur Canonicus Theologus, dandi erunt fructus totius Præbendæ Superiori alicujus Monasterii qui Theologo suppeditet. Congreg. Concil. 24. Maji 1591. *Ludimagistri num. 3.*

A D D I T I O.

1. **E**rectio Theologalis Præbendæ non fit in Cathedralibus. Regularibus, ubi Præbendæ non sunt distinctæ, sed cogendi sunt Monachi, ut provideant de Lectore Theologo. Congr. Conc. 9. Septemb. 1573. *apud Barb. de canon. cap. 27.*
2. Fit in Collegiatis, quarum Præbendæ sunt de Jurepatronatus laicorum Præbendæ. Decis. refert Garz. *de benef. par. 5. cap. 4. num. 162.*
3. Non est in optione Episcopi primam Præbendam vacantem assignatam pro Pœnitentiario, sed pro Theologo, ex Trid. *sess. 5. c. 1. si fiat secus, habenda est confirmatio a Papa.*
4. Præbenda debet esse integra. Decisum refert Garz. *loco cit. num. 128.*
5. Si vacaverit Præbenda insufficientis, potest Episcopus, altera vacante ambas applicare Theologo, dummodo Canonici habeant sufficiens stipendium. Congregat. Concil. 16. Februarii 1619.
6. Canonici Theologus, qui resignavit in manu Ordinarii Præbendam Theologalem, potest obtinere mediante optione pinguiorem Præbendam cum tentione sui stalli in Choro. Congr. Rit. 2. Sept. 1597.
7. Stante consuetudine in Cathedrali, ut per quemlibet Canonicum habentem Præbendam Canonicatui annexam obtineatur una ex Dignitatibus in eadem Ecclesia, quæ nullum habet emolumentum, sed solum sedet supra Canonicos, potest Canonici Theologus distam Dignitatem obtinere. Cong. Conc. 18. Nov. 1628.
8. Theologus sedet in loco sui Canonicatus. Decisum refert Garz. *in ad par. 5. cap. 4. n. 111.*
9. Potest Episcopus cogere Theologum ad legendum usque ad privationem Præbendæ. Decisum refert Barb. *de canon. cap. 27. num. 30.*
10. Si ex infirmate non potest legere, non tenetur ponere substitutum; quando vero est ponendus, electio est Episcopi. Decisum refert Garz. *p. 3. c. 4. n. 159.*
11. Non solum lucratur Distributiones legitime ob lectionem absens, sed etiam emolumenta aliâ interessantibus dari solita. Congreg. Conc. 12. Aug. 1628.
12. Ad hanc lectionem Sacræ Scripturæ tenetur Clerus accedere, & ab Episcopo potest cogi, *ead. 11. Aug. 1618.*

Torneamentum,

1. **T**aurorum, & ferarum agitatio prohibita fuit sub pœna permittentibus excommunicationis ipso facto. Pius V. Anno 1567.
2. Qui objerit ibi cum feris congregiendi careat Ecclesia sepultura, idem *ibid.*
3. Clerici, si interfint, sive Beneficiati, sive in sacris, excommunicatione puniantur, *ibid.*
4. Ordinariis præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, ut impediatur pœnis, & censuris, *ibid.*
5. In Regnis Hispaniarum prædictæ pœnæ sunt revocatae his conditionibus, ne fiat in diebus Festis, & ita, ut non possit alicujus mors sequi. Gr. XIII. Ann. 1575.
6. In iisdem Regnis eadem concessit Clem. VIII. adhortans Clericos, ne hac benignitate abutantur. Anno 1596.
7. Aliquo ibi occiso, vel mutilato, irregulares sunt omnes, qui illuc fuerant causa pugnandi, licet non occiderint, aut mutilaverint. Sylv. *V. Torneamentum.*
8. Episcopus dispensare poterit cum iis, idem *ibid.* *V. Sepultura, num. 23.*

Tutela.

1. **M**iserabilium personarum omnes Religiosi, Clerici, & Episcopi tenentur recipere Tutelam. Sylv. *Tutela quest. 3.*
2. Episcopi non per se ipsos, sed per Archipresbyterum, vel Archidiaconum, idem *ibid.*

Vicarius Capitularis.

V. Capitulum Sede vacante.

1. **D**eputatus in causa hæresis debet attingere annum ætatis suæ quadragesimum; alias gesta per eum nulla. Sbroz. *de Vic. l. 1. q. 35. num. 8. V. Archivium, n. 8. Concilium Provinciale, n. 11. 54. Matrimonii impedimenta, n. 29. Præcedentia, num. 30.*

A D D I T I O.

1. Non debet occupare sedem primæ Dignitatis, sed aliam sedem portabilem. Congr. Rit. 11. Apr. 1601.
2. Non potest dare licentiam erigendi nova Monasteria. Congr. Conc. 19. Febr. 1613.

Vicarius Foraneus.

1. **A**d hoc munus eligantur Archipresbyteri, Archidiaconi, & Præpositi, aliive in dignitate Ecclesiastica constituti; sin minus Rectores, qui sunt apti. Prov. 2.
2. Et possunt amoveri arbitrio Episcopi, dabuntque pœnas, si male se gesserint. Prov. 1.
3. Detur illius jurisdictio in causis civilibus pro moderata summa, & in criminalibus possint capere informationes ad Vicarium Generalem transmittendas. Congregat. Episcop. 9. Junii 1492.
4. A Vicario Foraneo datur appellatio ad Episcopum. DD. apud Barboz. *alleg. 54. n. 22.*
5. Nullam habet præcedentiam super alios ipso antiquiores in Clero, ratione hujus Officii. Congr. Rit. sæpe, & nuper 30. Junii 1629.
6. Exceptis Congregationibus, quas ipse facit, in quibus sedes primus: eadem 20. Dec. 1603.
7. Conventus Cleri singulis mensibus cogantur, ut de Cleri Conventu diximus. Prov. 2.
8. Librum custodiant, in quo quæstionum explicandarum, & explicatarum conclusiones approbatæ ab Episcopo describantur, *ibid.*
9. Visitent Regionem quisque suam a die Sancti Martini usque ad Festum Sancti Ambrosii, nisi longiori tempore sit opus. Prov. 5.
10. Ante primam Dominicam Adventus mittant ad Episcopum Judicem Parochorum, quibus minus idoneis ad concionem dandus erit Concionator in Quadragesima. Prov. 7.
11. Hebdomada penultima ante Septuagesimam conveniant omnes coram Episcopo, nisi aliud præscribatur. Prov. 5.
12. Antequam veniant, congregatis Parochis sibi subditis, colligant ea, quæ referre debent Episcopo, *ibidem.*
13. Cum redierint, quisque suos iterum convocet, moneatque de quibus jussit Episcopus, *ibid.*
14. Feria secunda post oct. Paschatis, si dies festus non est, alioquin prima die feriali, iterum convocent Parochos, & colligant, si quæ inciderunt post Domin. Septuagesimæ, & quæ item ad Episcopum pro Synodo referri oportebit, *ibid.*
15. Et licet Synodus non habeatur ob aliquam causam, prædicta tamen ne omittantur, *ibid.*
16. Publicatis interdictis iis, qui non communicarunt in Paschate, curent transmissi eorum nomina ad Regulares, ut sciant. Prov. 7.

A D D I T I O.

1. Non potest prohibere concanonicos, ne Capitulum faciant sine sua licentia contra usum Ecclesiæ. *Congregat. Rit. 16. Decembr. 1616.*
2. Nihil illi detur in funeralibus ratione Vicariatus, eadem
7. *Octob. 1626.*

Vicarius Generalis.

1. Non potest Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus. *Sbroz. de Episcopi Vicario lib. 1. q. 46. n. 19.*
 2. Tenetur autem eum creare, adepta possessione, & potest cogi, idem *ibid. n. 3.* nimirum a Metropolitanano, dato certo termino.
 3. Statuto termino, & elapso, potest creari ab Archiepiscopo. Idem *quæst. 57. ex Trid. sess. 24. c. 16.*
 4. Alii negant, teneri Episcopum ad electionem Vicarii, apud Barbosam *alleg. 54. num. 125.*
 5. Debet esse Clericus, saltem primæ Tonfuræ. *DD. communiter apud Barbosam loco cit. num. 4.*
 6. Non Clericus conjugatus, *ibid. num. 6.*
 7. Non bigamus, *ibid. num. 11.*
 8. Non is, qui fuit Judex malefactorum. *Sbroz. loco cit. quæst. 41.*
 9. Non obligatus ad Residentiam Beneficii gratia. *Prov. 5.*
 10. Debet esse Subdiaconus saltem. *Prov. 6.*
 11. Annorumque 25. ætatis saltem. *Sbroz. loco cit. q. 35.*
 12. Expedit eum esse alienæ Diocesis. *Prov. 5.*
 13. Non pacificatur Episcopus de annuo censu sibi dando. *Sylv. Vicarius quæst. 7.*
 14. Sed illi constituat salarium. Idem *ibid.*
 15. Potest Episcopus ad expediendas causas constituere duos principales Vicarios, dummodo tamen ii sint in loco ubi sedem habet. *Barbosa loco cit. n. 126.*
 16. Ex quo fit, ut non possit creare duos Vicarios Generales in principalibus locis duarum Diocesium æque principaliter unitarum. Idem *num. 129.*
 17. Juret antequam officium suscipiat in manibus Episcopi ad præscriptam formulam. *Prov. 5.*
 18. Ordinariam habet jurisdictionem. *Barbosa loco citato, n. 26. 27. negant alii, n. 30.*
 19. Est in Dignitate Ecclesiastica constitutus, *ibid. n. 135.*
 20. Et potest ideo esse Papæ Delegatus, *ibid. n. 132.*
 21. Præcedit Archidiaconum, *num. 144.*
 22. Et alios. *Vide supra præcedentia à num. 22.*
 23. Habet facultates Episcopales, prout in mandato Episcopi. *Barbosa a num. 60. & seqq.*
 24. Non datur appellatio ab eo ad Episcopum, *ib. n. 46.*
 25. Nihil munetis accipiat ab iis, qui coram eo causas agunt. *Prov. 3.*
 26. Neque pecuniæ quicquam pro visione scripturarum ad causas, quæ apud eum aguntur, *ibid.*
 27. Gratis omnia dentur etiam quoad scripturam. *Prov. 4.*
 28. In absolutione ab excommunicatione, si non est Sacerdos, satius esset eam committere Sacerdoti. *Sbroz. lib. 2. quæst. 162. n. 10.*
 29. Episcopo excommunicato, & denunciato, suspenditur jurisdictione Vicarii. *Barbosa loco cit. n. 146.*
 30. Expirat per mortem Episcopi civilem, seu naturalem, *ibidem 151.*
 31. Neque potest causas inceptas proseguere, *num. 156.*
 32. Non potest petere salarium non conventum a Successore, pro servitio præstito Prædecessori. Idem *num. 179.*
 33. Non syndicator. *Gregor. XIII. Anno 1578. apud Gelenf. in Praxi cap. 58. nona editionis.*
 34. Potest puniri ab Archiepiscopo. *Sylv. Vicarius q. 5. Quintum.*
- V. Canonorum Distributiones, num. 50. Munera erga Episcopum, num. 24. Capitulum, num. 1. & 5. Conservatores, num. 6. Functiones Episcopales, num. 21. Judex Synod. n. 7. Littera Dimissoria, n. 5. Matrimonii impedimenta, n. 22. 26. & seqq. Missa Ritus, num. 1119. Missa Conventualis, n. 26. Præcedentia, num. 22. & seqq. Processio, num. 2.*

A D D I T I O.

1. Absente Episcopo, habet primum locum super omnes Dignitates non obstante consuetudine. *Congreg. Rit. 7. Augusti 1610. 20. Decembr. 1614. 13. Julii 1619.*
2. Vicarius, & Canonicus simul debent sedere in suo loco Canonicali. *Abbas & alii cum Barbosa de Canoniciis.*

Vicarius Perpetuus.

1. Episcopus instituat Vicarium perpetuum, ubi est opus. *Trid. sess. 7. cap. 7.*
2. In iis, quæ curam habent animarum translata in Vicarium perpetuum, assignetur eidem congrua portio fructuum, arbitrio Ordinarii. Idem *sess. 25. cap. 16.*

3. Secus, cum primum vacaverit, per cessum, seu decessum Vicarii, aut Rectoris, cesset Vicariæ nomen, & Beneficium prius recipiat animarum curam. Idem *ibid.*

4. Portio assignanda Vicario perpetuo sit major centum, neque minor quinquaginta scutorum, computatis incertis percipi solitis. *Pius V. Anno 1567.*

5. Constituat in pecunia, seu fundo stabili, & habitatione reddituum, & onerum loci, nisi tamen valor annuus ipsius Parochialis unitæ minor sit quinquaginta scutis, *ibid.*

6. Et tunc sufficit assignare omnes fructus Vicario perpetuo, *ibid.*

7. Vicarius perpetuus tenetur accipere a Sede Apostolica novam provisionem suæ deputationis, *ibid.*

8. Eiusdem electio non est libera Ordinarii, sed ad nominationem eorum, quorum sunt Ecclesiæ unitæ, cum examine, & approbatione Ordinarii, *ibid.*

9. Onera Parochialia ad Vicarium perpetuum spectant, nulla ex parte ad Ecclesiam, Monasterium, seu Locum Pium, quibus unita est Parochialis. *Congregatio Concilii 27. Martii 1594.*

10. Non potest Vicarius perpetuus instituire sibi alium Vicarium perpetuum. *Sylv. Vicarius q. 2. Secundum.*

V. Parochorum Residentia, & Munera.

A D D I T I O.

1. Non potest Episcopus constituere Vicarium perpetuum, quando a tempore immemorabili unio facta est, & ex tunc constat Vicarios fuisse amovibiles, consentientibus Ordinariis. *DD. cum Barbosa de jure Eccl. lib. 3. c. 6. n. 6.*

2. Neque quando unio facta est per viam concordie a Sede Apostolica approbata, *ibid. n. 8.*

3. Neque quando Beneficium unitum sit Monasterio Monachorum, aut Mendicantium. *Pius V. 1. Novemb. 1567. apud Quar. V. Vicarius perpetuus.*

4. Neque quando ex Privilegio remunerationis causa concessio Beneficium sit unitum cum clausula ponendi Vicarium amovibilem. *Barbosa loco cit. n. 10.*

5. Neque quando pro bono pacis, & cessatione litium, restaque gubernatione expedit nihil innovari, *ibid. n. 11.*

6. Neque quando adest Privilegium concessum post Concilium Tridentinum instituendi Vicarium amovibilem, nisi abusus irreptet, *ibid. num. 12.*

7. Elemosynæ Altarium, funerum, & similibus non debent numerari in congrua portione, *ibid. num. 44.*

8. Vicarius perpetuo adscriptus Ecclesiæ Cathedrali est de corpore Cathedralis, & consequenter incedit sub illius Cruce. *Congreg. Rit. 21. Martii 1609.*

Violenta manus in Clericum.

1. Modica percussio est pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, baculi, lapidis, quæ ad livorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis non excedit. *Jo. XXII. apud Nayarr. in Man. cap. 27. num. 92.*

2. Factum tamen, facti qualitas, percutiendi modus, & injuriandi, circumstantia loci, personæ, attendatur, *ibid.*

3. Loci, ut theatro, vel foro, coram Prælato, vel Judice, in Ecclesia coram multis, vel in alio loco publico, *ibid.*

4. Personæ, ut Magister, Judex, Prælatus, Pater, Patruus, vel quis in Dignitate, vel Personatu constitutus, ab inferiori, vel humili, *ib.*

5. In dubio circa metas potius est decernendum, quam ultra, *ibid.*

6. Percutiens Episcopum hondum consecratum, non incurrit in Bullam Cœnæ. *Nav. Man. c. 27. n. 67.*

Vide Absol. a n. 16. Casus reservati, num. 2. Excommun. n. 52. Monialium cura spiritualis, n. 2.

A D D I T I O.

1. Privilegio Canonicis gaudent Clerici, de quibus supra Clericus a n. 18. ad 20.

2. Regulares omnes, Novitii, & Conversi. *DD. communis.*

3. Equites S. Jo: Hierosol. S. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ. *Barbosa de jure Eccl. lib. 1. c. 39. §. 1. n. 24.*

4. Non gaudent mulieres intrantes Monasteria, in quibus Religio non est approbata. Idem *ibid. n. 18.*

5. Neque Tertiarii, qui in propriis domibus habitant, *ibidem, num. 22.*

6. Neque Eremitæ, qui vagi dicuntur, & qui nec definitum, aut firmum vitæ modum, neque specialem obligationem Ecclesiasticam habent, *ibid. n. 23.*

7. Propinas venenum Moniali gravidæ, ut abortiatur, ea consentiente non incidit in poenam Canonis, *ibid. n. 37.*

Visitatio Episcopi.

1. Episcopus tenetur visitare per se, vel Vicarium Generalem, vel alios idoneos Viros. *Trid. sess. 24. c. 3.*

2. Singulis annis, vel saltem ut tota Visitatio intra biennium compellatur. Idem *ibid.* quam celerrime, inquit.

3. Ar-

3. Arbitrio tamen Episcopi relinquatur, modo non graventur nimium visitandi. Decisum refert Barbofa *allegat. 73. num. 39.*
4. Visitare debet Cathedralis, Collegiatis Ecclesiis cum domibus Canonicorum, Parochiales beneficiatas, & alias sibi subjectas, Saccella, Oratoria, Confratrias. Trid. *sess. 22. c. 8. & sess. 6. c. 4.*
5. Item Hospitalia, & Loca pia. Idem *sess. 22. cap. 8.*
6. Non ea, quæ sub immediata Regum protectione, *ibidem.*
7. Cappellas regias visitare potest habentes curam animarum circa eandem curam. Congregatio Episcoporum 27. Junii 1618.
8. Collegia quæcumque, etiam instituta pro sustentatione studentium pauperum. Garz. *par. 6. c. 1. num. 612.*
9. Si oriatur dubium, Judex est Episcopus, vel visitet uti Delegatus Sedis Apostolicæ. Idem *ibid.* Barbofa *alleg. 75. num. 20.*
10. Item Monachorum, & Regularium Ecclesia, ubi est animarum cura. Trid. *sess. 7. cap. 7.*
11. Etiam Equitum Hierosolymitanorum. Decisum refert Vilagut. *in spec. Visitatorum, num. 6.*
12. Non autem Monasterium cum animarum cura, ubi habitat Generalis Ordinis. Tridentinus *sess. 25. cap. 11. de Regularibus.*
13. Unitas Monasteriis, quæ habent jurisdictionem cum animarum cura, potest visitare circa curam. Decisum refert Barbofa *alleg. 74. n. 14.*
14. Et Unitas illi Monasterio, in quo habitat Generalis Ordinis, habentes curam animarum. Decisum refert idem, *ibidem.*
15. Item Ecclesias, quæ sunt nullius Dioecesi Episcopus vicinior. Trid. *sess. 24. c. 9.*
16. Si dubitatur de viciniori, qui sit, in Concilio Provinciali eligat Prælatus loci idoneam personam. Fuscus *de Visit. lib. 2. c. 8. num. 2. ex Trid. ib. c. 9.*
17. Et electione semel facta, a Successoribus non potest mutari. Decisum refert Vilagut *loco cit. num. 7.*
18. Distantia vero est mensuranda ab ipsa Cathedrali Ecclesia ad locum exemptum. Decisum refert idem *ibid.*
19. Potest item visitare Monasteria virorum, ubi non viget Regularis observantia. Trid. *sess. 21. cap. 8.*
20. Non tamen Prioratus Equitum Hierosolymitanorum. Idem *sess. 7. cap. 8.*
21. Potest & ea in quibus non habitant duodecim, erecta post Decretum Urbani VIII. *de Celebratione Missarum 21. Junii 1625. ibid.*
22. Item Monasteria commendata, perpetuo unita aliis Ecclesiis, vel piis Locis, etiam sub Regulari protectione. Congreg. Concilii *ad sess. 21. c. 8.*
23. Item Confraternitates laicorum erectas in Ecclesiis Regularium non obstante quæcumque contraria consuetudine. Congreg. Episc. 17. Julii 1615.
24. Non Cappellas earum in iisdem Ecclesiis. Decisum referunt DD. apud Barbofam *alleg. 75. num. 13.*
25. Potest cogere earum Administratores. Decisum refert Gratian. *decis. 188.*
26. Item quæcumque Loca Pia, non erecta auctoritate Episcopi, ut mandentur executioni opera pia relicta. Decisum refert Barbofa *alleg. 75. num. 14.*
27. Monasteria Monialium Episcopo subjectarum. DD. communiter.
28. Item Monialium non subjectarum Episcopo circa Claustrum. Trid. *sess. 25. c. 5.*
29. Licet antea nunquam visitata fuerint. Congreg. Episc. 24. Novemb. 1617.
30. Etiam si alieno Episcopo sint subjecta. Decisum refert Barbofa *alleg. 102. num. 6.*
31. Et interrogare potest Episcopus de pertinentibus ad Claustrum. Congreg. Episc. 25. Februarii 1583. *Vide supra Monial. Clausura a num. 56.*
32. Quod attinet ad personas Visitandas, excipe Canonicos exemptos, nisi ad formam. Trid. *sess. 25. c. 6.*
33. Item Subcollectores Camera Apostolicæ, & Officiales Sedis Apostolicæ. Decisum refert Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloss. 51. n. 81. 82.*
34. Et alios Clericos exemptos, si qui sunt, ut patet.
35. Ordinem, & modum visitandi edidit Auctor hujus operis *in Praxis compendiarie Visit. Episc.*
36. Peccat Episcopus, qui in Visitatione aliqua ratione non præcedat populo. Cajet. *V. Episcoporum peccata. Genueni. in Man. Pastorum capitulo 34. num. 3. nisi aliunde excusetur.*
37. In prima Visitatione potest inquirere circa Bullas Beneficiorum, literas Testimoniales Ordinum, scientiam, & approbationem Confessoriorum; caeremonias Missæ, & ejusmodi: in aliis Visitationibus non item. Congreg. Episc. 23. Augusti 1593.
38. Non potest Episcopus jubere edicto, ut detegant subditi occulti delicta, multoque minus proposita poena excommunicationis. Decisum refert Barbofa *alleg. 72. n. 29.*
39. Ubi de morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibito, appellatio, querela interposita, etiam ad Sedem

- Apostolicam, non potest impedire, aut suspendere executionem Decretorum. Trid. *sess. 24. cap. 10.*
40. Non potest Episcopus in Visitatione recusari tamquam suspectus, nisi modum excedat. Decisum referunt DD. apud Barbofam *alleg. 73. n. 38.*
41. Potest exigere Cathedraticum in Visitatione, quod singulis annis exigi solet. Decisum refertur *ibid. num. 44.*
42. Administrationis Locorum Piorum, & Confraternitatum reddenda est ratio Episcopo, si admittatur appellatio, non propterea impeditur, aut suspenditur executio. Decisum refertur *ibid. num. 62.*
- Vide supra Locorum Piorum cura a num. 19.*
43. Procuratio in Visitatione debetur Episcopo frugalis, & moderata, pro temporis tantum necessitate, & non ultra. Trident. *sess. 24. c. 3.*
44. Decem personæ, computato Episcopo, & septem jumenta conceduntur. Prov. 4.
45. Fugiat Episcopus hospitia laicorum, & eorum convivia, *ibid.*
46. A muneribus absteineat. Trid. *loco cit.*
47. Toleratur acceptio munerum, quæ consumenda sunt *ibidem*, nec alio asportanda. Vilagut *par. 2. num. 21.*
48. Neque accipiantur munera ab Universitate laicorum. Genueni. *in Man. Past. c. 33. n. 4.*
49. Neque item a quoquam post finitam Visitationem. Idem *ibid. num. 5.*
50. Quæ supersunt Victualia, erogentur pauperibus loci Visitati, *num. 6.*
51. Si plures personas assumat, quam solita procuratio iis sufficere possit, expendat Episcopus de suo. Panorm. & alii apud Felicianum *in Man. Visitat. lib. 1. tit. 15.*
52. Contribuant procuratio Visitationis Regulares, qui Parochialem Ecclesiam Conventui unitam habent. Congreg. Episc. 27. Augusti 1577.
53. Procuratio ad pecuniam redigendam non pendet ex arbitrio Visitatoris, eadem 22. Januarii 1601.
54. Nec accipiatur in eo loco procuratio, ubi habitat Episcopus. Decisum sæpius refert Barbofa *alleg. 73. n. 45.*
55. Neque ab Hospitalibus, locis leproforum, domorum Dei pauperum, & infirmorum, nec a paupere Ecclesia. Decisum refert Leo *in Thef. fori par. 2. cap. 16. a num. 42.*
56. Neque a Clericis pauperibus. DD. cum Barbofa *loco citato num. 51.*
57. Excluduntur medicinæ, sumptus equorum, plures procurationes, si una die duæ visitentur Ecclesiæ. Zerol. *par. 1. Visitat. S. 6.*
58. Neque Notarii possunt accipere quicquam pro labore. Trident. *loco cit.* contra Villagut. *ubi supra*, concedentem aliquid moderatum, si non habent salarium. Negant Zerola *loco cit. & alii.*
59. Præstari debent vecturæ quoque equorum a Visitatis, si Episcopus vere egeat, & alias impediretur Visitatio. Leo *Thef. fori p. 2. c. 16. n. 43.*
60. Imo etiam diviti Episcopo, si adest consuetudo. Idem *ibid. n. 44. & 45.*
61. Qui negant procurationem dare nisi ob evidentem paupertatem, possunt cogi ab Episcopo quidem, proposita etiam excommunicatione, ab inferiore vero aliis remediis. Salod. *de Visitat. par. 2. c. 1.*
62. Ubi etiam probat, dari procurationem in signum subjectionis: unde licet Visitator domi suæ comedat, potest tamen recipere procurationem, DD. citati, *ibid.* sed titulus meræ subjectionis non mihi placet.
63. Si accipiat Episcopus ultra prædicta, non obstante quavis remissione, suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, donec restituitur duplum, & intra mensem facienda est restitutio, sub hac poena. Trid. *loco cit. ex Decreto Benedicti XII.*
64. Restitutio facienda est Ecclesiæ gravatæ, *ibid.*
65. Laici ad idem tenentur sub poena suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, & a Communionem Eucharistiæ. *Id. cap. exigit, tit. de cens.*
66. Et Episcopus tenetur de facto famulorum suorum, si sciat, aut ratum habeat, *ibid.*
67. Neque in his valet ulla donantium remissio, *ibid.*
68. Sufficit restituere simplum, etiam postquam incurrit. Navarr. *consil. 2. de cens.* imo, si distulerit, ante mensem non incurrit. Zerola *par. 2. Visitat. prim.* Sed opposita sententia est communior, & tutior. Vide Nald. *Visitare n. 8.*
- V. Regularium jura sub Episc. n. 14. 54.*

A D D I T I O.

1. Potest Parochus denuo examinari ab Episcopo recentiori, ex suspitione ignorantia. Congregatio Concilii 6. Augusti 1628.
2. Ubi habitat Generalis alicujus Ordinis, licet Curatus sit secularis, hic non est subditus Visitationi Episcopi Ordinarii Dioecesis. Decisum refert *Lezana in summ. q. Regul. cap. 11. num. 9.*
3. Visitare potest tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus Parochialem subjectam Olivetanis, & Abbas potest condere Decreta cumulative cum Episcopo, sed quatenus sint contraria, debent prævalere Episcopi Decreta. Decisum refert

29. Julii 1528. Barbosa de jure Ecclési. lib. 1. cap. 14. n. 21.
 4. Item Parochiales unitas Monasterio Canonicorum Regularium, licet Generalis habeat in eo loco Sedem ordinariam Principalem. Decisum refert 2. Maji 1595. Idem *ibid.*
 5. Item Parochus S. Jo: Hierosolymis curam animarum secularium exercens, tenetur Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus visitare gratis, & absque impensa, & onere Rectorum. Decisum refert 26. Junii 1627. Idem *ibidem*, num. 22.
 6. Item in Ecclesiis Regularium animarum curam habentium visitari potest, quomodo afferuntur Eucharistia, paramenta, Calices, & alia pro administratione Sacramentorum. Decisum refert Fr. Leop. 2. cap. 31. num. 3. & Barbos. de poest. Episc. alleg. 74. num. 18.

Visitatio inferiorum Episc.

1. Archidiaconi, & alii inferiores, qui jus habent visitandi, assumant Notarium de consensu Episcopi. Trid. *sess.* 24. cap. 3.
 2. Visitatores a Capitulo jus habente Visitaciones deputandi, prius ab Episcopo approbentur, *ibid.*
 3. Neque ideo omittat Episcopus suam Visitacionem, *ibid.*
 4. Potest Episcopus præscribere Archidiacono comitatum, & equitatum, ne sit oneri Ecclesiis. Decisum refert Barbosa, alleg. 73. num. 39.
 5. Inferioribus Visitatoribus non conceduntur persone ultra octo, & sex jumenta. Prov. 4.
 6. Si accipiant ultra debitam procuracionem, de qua in præcedenti titulo a num. 52. incurrunt suspensionem ab Officio, & Beneficio. Trid. *loc. cit. ex Decreto Benedicti XIII.*
 7. Archidiaconi, & alii inferiores infra mensem tenentur rationem reddere Episcopo Visitacionis factæ, & acta integra exhibere, non obstantibus quibuscumque. Trid. *sess.* 24. *capit.* 3.
 8. Punitos a prædictis super eadem re non potest Episcopus denuo punire. Barbosa *loc. cit. num.* 31.
 9. Patroni in iis, quæ ad Visitacionem ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabiliium, seu fabricarum proventus attingunt, se non immisceant, nisi ex fundatione illis competat. Idem *ibid. V. Archidiaconus num.* 5.

Visitatio circa Canonicos exemptos.

1. Cathedralis Ecclesiæ, quæ ante Concilium Trid. privilegio, exemptione, vel alio jure exemptæ erant a jurisdictione Episcopi, & illæ, quæ habent concordias confirmatas, debent visitari ab Episcopo cum duobus de Capitulo, adjunctis a Capitulo electis. Trid. *sess.* 25. cap. 6.
 2. Intellige concordias firmatas ex certa scientia, non in forma communi. Decisum 13. Novembris 1586. & refert Gonzal. ad reg. 8. *Carcella gloss.* 25. num. 14.
 3. Si Adjuncti requisiti negligant, vel recusent procedere tum Episcopo, facultas procedendi contra aliquem ex Capitularibus exemptis pertinens ad Episcopum non devolvitur ad eundem. Decisum refert apud Barbosam alleg. 73. n. 9.
 4. Protonotarii exempti possunt visitari sine Adjunctis, licet habeant vocem in Capitulo exempto. Decisum refertur *ibid. num.* 10.
 5. Nisi contraria consuetudo, vel statutum. Decisum refertur *ibid. num.* 11.
 6. Contra Coadjutores non tenetur Episcopus cum Adjunctis procedere, nisi ex forma Coadjutoria colligatur oppositum. Decisum refert Garz. in *addit. par.* 4. cap. 5. n. 96.
 7. Potest etiam sine Adjunctis procedere ad privationem Canonicorum ex causa, quod ordines suos Præbendis annexos non susceperint. Decisum refert idem *par.* 3. *capit.* 4. num. 22.
 8. Item sine Adjunctis potest corrigere, & punire peccata Capitularium, ea pœna, quæ morum magis emendationem, quam pœnitentiam respiciat. Decisum refert Barbosa alleg. 73. num. 13.
 9. Item sine Adjunctis potest visitare Capitulares, bona, & eorum Administratores, vel cum quibus Adjunctis sibi videbitur. Decisum *ibid. n.* 14.
 10. Et sine iis visitare corpus Ecclesiæ Cathedralis, Sacramenta, Reliquias, Vestes, &c. Cappellas, Cappellanas, donationes, Anniversaria, Pia opera. Decisum refertur *ibid. num.* 15.
 11. Debet autem Episcopus visitare per se ipsum, & quoties opus fuerit. Trid. *sess.* 6. cap. 4.
 12. Non potest sine Adjunctis prosequi delictum Canonici. Trid. *sess.* 25. cap. 6.
 13. Potest sumere suum Notarium, non Capituli, *ibid.*
 14. Et item Fificalem suum, vel alium quem voluerit. Idem *ibid.* ubi ait, in consueto Tribunali.
 15. Et in domo sua. Idem *ibid.*
 16. Carcer pro Canonicis sit in loco decenti, *ibid.*
 17. Quomodo se gerat Episcopus in pœnis eorum. Idem *sess.* 13. cap. 1. nimirum, ut Pastor.
 18. Appellatio non datur quoad effectum suspensivum. Idem *ib.* nisi gravamen sit irreparabile, & *sess.* 24. cap. 10.
 19. Licet Episcopus procedat uti Delegatus Sedis Apo-

stolicæ, appellatio tamen fit ad Metropolitanum. Decisum refert Praxis nova Episc. p. 1. *Visit.* §. 3.

20. Adjuncti sunt eligendi initio anni, & a solo Capitulo. Trid. *sess.* 25. cap. 6.
 21. Eorum auctoritas extenditur solum ad causas criminales, *ibid.*
 22. Quotiescumque vult Episcopus procedere contra aliquem, etiam extra Visitacionem, *ibid.*
 23. Assensus, nedum consilium eorum, est necessarius, *ib.*
 24. Non possunt recusari, quia electi a toto Capitulo.
 25. Eorum votum est unum, si discordent; & alter eorum adhæreat voto Episcopi, & sit sententia. Trid. *ibid.*
 26. Si discordent ambo ab Episcopo, intra sex dies Episcopus, & ipsi eligant tertium, aliter electio tertii devolvitur ad viciniorum Episcopum, *ibid.*
 27. Tertius electus accedat, cui parti voluerit, *ib.*
 28. In delictis adulterii, concubinitus, & in atrocioribus & ubi de fuga timetur, potest Episcopus solus ad summariam informationem, & detentionem procedere, *ib.* Vide *supra*, Clericus concubinarium.
 29. Ubi non est crimen grave, neque timetur fuga, Episcopus non potest, ex eod. *ibid.*

A D D I T I O.

1. Potest Episcopus procedere sine Adjunctis ad pœnas contra Capitulares non observantes diem Festum ab Episcopo edictum. *Gongreg. Concil.* 7. Sept. 1630.
 2. Item sine Adjunctis exigere rationes ab Officialibus ex prævio Capitulo constitutis, Sede vacante, nisi velit criminaliter procedere. Decisum refert Garz. de *Benefic.* par. 5. c. 7. num. 23.
 3. Contra coadjutores cum futura successione non tenetur procedere cum Adjunctis nisi ex forma coadjutoria colligatur, illis concessa fuisse privilegia, quæ habent Canonici exempti. Decisum refert Garz. *addit. par.* 4. cap. 5. num. 96.

Votum.

1. Non potest Episcopus dispensare in Voto, quo aliena incerta devota sunt in subsidium terræ Sanctæ, ut in alios usus convertantur. Sylv. *Votum* 4. *quæst.* 8. *Quintum.*
 2. Neque in Voto temporali Religionis cum quis obligatur intrare, non remanere, *ibid. Sextum.*
 3. Neque in Voto intuitu personæ certæ vel loci, nisi urgente causa Archid. & alii. Assirmant alii, apud Sylv. *ibid. quæst.* 6. *Quartum.*
 4. Potest imposta Pœnitentia a Papa transmutare Votum. Idem *ibid. Octavum.*
 5. Item in Voto quo existens in religione laxiori vovet strictiorem, *ibid. quæst.* 3. *Sextum.*
 6. Et habens Votum simplex de arctiori transeat ad laxiorem, *ibid.*
 7. Votum peregrinationis, ad Aedem Lauretanam esse reservatum Papæ, dixit Navar. & Nald. *Votum*, num. 32. allegat breve Greg. XIII. sed nunc non attendi in praxi, docet Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. & 19. *quæst.* 4. & alii cum Nald. *supra.*
 8. Voti reservati qualitas, puta eundi pedibus ad Sanctum Jacobum, &c. non est servata Papæ. Nald. *Votum* 52.
 9. Causæ dispensandi sunt tres: malum, inutile, majoris boni impeditivum. Sylv. *loc. cit.*
 10. Dispensatio nihil loco Voti injungit. Navar. in *Man.* cap. 12. num. 63.
 11. Causæ commutandi sunt, impossibilitas, seu incommoditas, vel major utilitas, arbitrio boni viri. Sylv. *supra.*
 12. Et saltem sit æqualitas in commutatione, *ibid. q.* 8. *Secundum.*
 13. Commutatio Voti ad locum pium tutius fit in favorem ejusdem loci pii. Nald. *supra* 70.
 14. Si ob calamitates a populo Votum Deo fiat, non ante, quam agatur cum Episc. Prov. 5.
 15. Fiat deinde cum aliqua sollempnitate, pridie, vespere dato Campanæ signo, adultis omnibus mane convenientibus Sacra Eucharistia resectis, Processione indicta, Missa celebrata, Concione devoto habita Clero loci præsentem, & post offertorium, *ibid.*
 16. Qui universitatis nomine sunt delecti, genibus flexis coram Sacerdote Celebrante, in scriptis voti formulam præscriptam pronuncient, *ibid.*
 17. Instrumentum Voti a Notario confectum mittatur ad Episcopum, ut in Archivio ponatur, *ibid.*
 18. Si perpetuum est, in tabula lapidea incidatur, & incidetur, *ibid.*
 19. Ubi vero, puta ob pestem, convenire non possunt omnes, alia ratio incatur, donec fieri possint, quæ superscripta sunt, *ibid.*
 20. Vota populorum censentur obligare perpetuo successoribus, si fiant cum auctoritate Episcopi, non in vim Voti, sed præcepti Ecclesiastici. Suar. *tom.* 2. de *relig.* lib. 4. cap. 9. in. Nald. *Votum*, num. 9. V. *Dispensatio a num.* 18. *Legatus*, num. 2.

Usura.

1. **C**ambia sicca damnantur, & ficta. Pius V. Anno 1571.
2. In realibus damnatur dilatio termini solutionis præstituti, lucro recepto ex tacita, vel expressa conventionione, seu etiam promisso tantum, *ibid.*
3. Nec a principio, neque alias, audeant pacifici certum interesse, etiam in casu non solutionis, *ibid.*
4. Neque fiant cambialiter, quam primis nundinis, ubi illæ celebrantur; ubi vero non celebrantur pro primis terminis juxta usum locorum, *ibid.*
5. In terminis habeatur ratio longinquitatis, seu vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, *ibid.*
6. Qui contra hæc fecerit, usuræ poenis subjiçatur, *ibidem.* (1)
7. Qui congestam undique pecuniam ita ad se redigunt, ut quasi monopolium pecuniæ facere videantur, poenis contra exercentes monopolia constitutis subjiçantur, *ibid.*
8. Episcopus domos suas locans, vel sub alio titulo concedens ad foenus publice exercendum Usurarum hominibus alienigenis, & alii non oriundis ex terris ipsorum, vel si eos in terris suis habitare permiserit, suspenditur. Barbofa *allegat.* III. n. 24. *Vide locum.*

9. De aliis Superioribus in hac materia. Sylv. *Usura* 9. *quest.* 22.

10. Clericus Usurarius, vel hæres Usurarii cogitur restituere Usuras sub poena suspensionis ab officio, & beneficio, & deputationis. Idem *Usura* 6. *quest.* 3.

11. Usurarius manifestus est, qui est notorius de jure, vel de facto, vel qui coram Sacerdote, & testibus in articulo mortis confessus est Usurarium, & mandavit Usuras restitui. Idem *Usura* 9. *quest.* 1.

12. Potest publicari talis, etiam post mortem, *ibid.* 9. 1.

13. Non est admittendus ad Sacramenta, neque ad oblationem, nisi idonee caveat pro restitutione, *ibid.* *quest.* 4.

14. Qui recipit oblationem, est suspensus ab officio, donec restituat spoliatis arbitrio Episcopi.

15. Careat Usurarius manifestus Ecclesiastica sepultura, *ibid.*

16. Licet mandarit restitutionem, nisi re ipsa satisfaciatur, aut pignoribus, aut fidejussione idonea data. Prov. 2.

17. Parochus ejusmodi hominem sepulturæ Ecclesiasticæ tradens, est excommunicatus, ex Constitutione Clem. V. Provinc. 2. & Sylv. *loco cit.* *quest.* 4.

18. Alias poenas temporarias recenset. Idem *ibid.*

19. Cautione data post mortem, potest sepeliri in loco sacro. Idem *ibid.* *quest.* 10.

20. Incertorum restitutio ejusmodi hominum spectat ad Episcopum. Idem. *Vide Restitutio* 8. *quest.* 5.

21. Jurans non repetere Usuras, potest ex nova causa admitti ad repetitionem. Nald. *Usura* num. 6.

V. *Contractus*, num. 15. *Testamentum*, num. 9.

(1) Confer Benediçti XIV. Encyclicam de Usura 1745.

Finis Prima Partis!



MANUALIS EPISCOPORUM PARS SECUNDA.

AD LECTOREM.

DESIDERAVERE non pauci, in calce Manualis nostri Episcoporum, Bullas Pontificias, & Sacrae Romanae Congregationis Decreta, praelo Romano jam data, & in eodem Manuali citata, notaque Asterisco iisdem ipsis verbis, quibus in vulgus emanaverunt; quippe quae, vel ad omnes devenerunt; vel quia in foliis separatim edita evanuerunt; vel quia in Bullario novo impressa, volumine grandi, incommodum circumferri possunt. Ea igitur selegi, quae praemanibus Episcoporum haberi debent, & Additionibus ejusdem Manualis addidi, ordine temporum servato, quo a S. Sede Apostolica prodierunt: Videlicet

- | | |
|--|--|
| 1. D E executione Concilii Tridentini contra Regulares. | 9. Contra male Ordinantes, & Ordinatos. |
| 2. De Conservatoribus Regularium. | 10. Definitio quoad Imagines nondum Canonizatorum. |
| 3. De Exemptorum Privilegiis. | 11. Declaratio de eadem re. |
| 4. Dubia emanata cum Responsonibus. | 12. De Celebratione Missarum. |
| 5. De Conceptione B. Virginis Mariae. | 13. Dubia de eadem re cum Responsonibus. |
| * Bulla Alexandri Paps VII. de eadem Conceptione. | 14. Approbatio Decreti pro Abbatibus in Missarum sollemniis. |
| 6. De executione novorum Conventuum. | 15. Revocatio licentiarum legendi Libris prohibitis. |
| 7. De sollicitatione Mulierum in Confessione. | 16. Decretum de electione Patronorum. |
| 8. Revocatio licentiarum loca Regularia erigendi. | |

Adjecimus Formulam consiciendi Inventarii bonorum Ecclesiasticorum.

ADDITIONES NOVAE AD MANUALE EPISCOPORUM.

I.

De executione Concilii Tridentini contra Regulares non subditos Episcopo, extra Claustra notoria delinquentes; & de poenis eorum Superiorum illos punire negligentium.

CLEMENS PAPA VIII.
Anno 1596. 23. Februarii.



Uscpti muneris ratio postulat, ut ea, quae in sacro Tridentino Concilio provide constituta sunt, ab iis ad quos spectat, inviolate observare curemus.

Maturo sane consilio ipsius Concilii Decreto provisum est, ut quicumque Regularis non subditus Episcopo, intra Claustra degens, extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, a suo Superiore intra tempus ab Episcopo praefigendum, severe puniatur, & Superior de punitione Episcopum certiore faciat, sin minus ipse a suo item Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

Verum quia experientia compertum est interdum in hujusmodi Decreti executione nimis remisse procedi; cum enim Episcopus instat aliquem Regularem, eo, quo supradictum est, modo delinquentem, a suo Superiore puniri, saepe fit, ut Superior Regularem delinquentem ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi Dioecesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias Provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquirat, & de ejus punitione Episcopum certiore reddat. Unde nec Regularis delinquens nunc ab Episcopo puniri po-

test, cum extra ipsius Dioecesim existat, nec Superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio privatur.

Nos pro Pastoralis nostrae sollicitudine, praefati Decreti executioni, quantum cum Domino possumus favere, & praemissis malis, ut par est, opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium praedicti Concilii Interpretum sententia: Motu proprio, & ex certa scientia nostri, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, omnibus, & singulis cujuscumque Ordinis, & instituti Regularium, etiam Mendicantium Superioribus, in virtute sanctae obedientiae, & sub indignationis nostrae, ac privationis dignitatum, & Officiorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis poenis praecipimus, & mandamus, ut juxta praedictum Decretum, quilibet ipsorum, Regularem non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notorie delinquentem, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo praefigendum, severe puniat, ac de punitione Episcopum certiore faciat, & alias Decretum ipsum, omnibus, & per omnia exequatur; Ceterum si Superior in regularem delinquentem non animadverterit, quinimmo si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi Dioecesim, ut praefertur, transmiserit: volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, ut Superior instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo praefigendum, & sub eisdem indignationis nostrae, ac privationis dignitatum, & Officiorum obtentorum, nec non & sub inhabilitatis ad illa, & alia in postremum obtinenda, ac ulterius privationis activae & passivae vocis, ad quas a nemine praeterquam a nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existente, restitui possit, ipso facto similiter incurrendis poenis, ipsum

ipsum Regularem delinquentem a loco ad quem transmissus fuit, revocare, & in quo deliquit constituere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentis similiter statuimus, ut Ordinarius loci ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci in quo deliquit similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus, ut præfertur, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus omnino exequi, & in Regularem delinquentem severe animadvertere possit, & debeat.

II.

De electione Judicum Conservatorum pro Regularibus.

G R E G O R I U S XV.

Anno 1621. 20. Septembris.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Gregorius Divina providentia Papa XV. ex certis rationabilibus causis animum suum moventibus, & de voto Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, partim fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris sui vestigii inhærendo,

Revocavit, ac nullas, & invalidas decrevit omnes, & quascumque Judicum Conservatorum electiones, nominationes, seu deputationes, tam in vim litterarum Conservatoriarum, juxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quam in vim quorumcumque privilegiorum perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum, Apostolica auctoritate concessorum, seu alias quocumque jure, vel titulo hæctenus factas pro quibuscumque Convocantibus, Capitulis, Militiis, etiam S. Joannis Hierosolymitani Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusvis piis, tam Sæcularibus, quam cujusvis Ordinis, etiam Mendicantium, seu Instituti, vel Societatis Regularibus, locis quantumvis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cujusvis qualitatis, seu conditionis existant.

In futurum vero Sanctitas sua hac generali, & perpetuo valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut Judices Conservatores hujusmodi, sive principales, sive subrogati eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris sui, quæ incipit: Statutum, iteum vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis Provincialibus aut Diocesanis juxta Decretum Concilii prædicti, judices electi, seu designati sint.

Quodque deinceps litteræ Conservatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ superscriptis tantum dirigantur, & si quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes hujusmodi, omniaque exinde sequenda nullius sint roboris, vel momenti.

Et nihilominus qui secus, quam juxta formam superius præscriptam, Conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis, nominatis seu deputatis uti ausi fuerint: Regulares quidem voce activa, & passiva sint ipso jure privati, adeo ut habilitationem a nemine, præterquam a Romano Pontifice consequi valeant; reliqui vero aliis poenis arbitrio Sanctitatis suæ coerceantur, & prædictorum omnium Convocantibus, Monasteria, ac loca hujusmodi, eorumque personæ, ac bona, careant Conservatore ad annum, ita ut illorum causæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac diffiniri debeant.

Cæterum ut latius pateat Conservatorum hujusmodi eligendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diocesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione ejusdem Bonifacii Prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituatur Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram Provinciam, aut Diocesanam Synodum.

Insuper Sanctitas sua inhærendo in hac parte Decreto similis recordationis Gregorii Papæ XIII. etiam Prædecessoris sui, statuit, & ordinavit, ut Regulares, ac personæ hujusmodi in Italia infra duos, extra Italiam vero infra sex menses a die publicationis in Urbe præsentis Constitutionis inchoandos, debeant sibi eligere, seu assumere Conservatores juxta formam superius propositam.

Ejusque electionis, seu assumptionis documentum infra tempus hujusmodi panes Acta Curie Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conveniantur.

Quodque Conservatores hujusmodi semel legitime deputati, nisi ex legitima causa a Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iidem Regularibus, & aliis supradictis liberit, approbata, durante quinquennio a die deputationis, amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.

Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatori-

bus Regulares, ac personæ superscriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus rei extiterint, neque extra Civitates, seu Dioceses in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant.

Si qua vero inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma Juris electos super jurisdictionis competentiam fuerit judicatum.

Quod si qui Conservatores, sive in hac parte, sive alias quomodolibet suos limites exceperint, per annum ab Officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint, & pars quæ hoc fieri procuraverit, sententiam excommunicationis incurrat juxta formam alterius Constitutionis ejusdem Bonifacii Prædecessoris, quæ incipit: Hac Constitutione, quam Sanctitas sua omnibus, quæ præsentis Constitutioni non adversantur, innovavit, & innovat.

Per hoc tamen non intendit Sanctitas Sua prohibere, quominus Regulares, & alii supradicti in casibus a jure permisis petant Judicem non suspectum a Principibus, seu Magistratibus sæcularibus; dum tamen hæc tria copulative concurrant; videlicet ut Regulares, & alii prædicti sint actores, non autem rei; utque agant contra laicum, aut contra Ecclesiasticum, vel alias a jurisdictione sæculari exemptum, atque ut causa, in qua Judex deputatur, fuerit prophana, non autem Ecclesiastica, & in ea juxta Sacrorum Canonum dispositionem laicus ut præfertur, eligendus Judex competens existat.

Sequitur aliud Dubium super prædicta Constitutione exortum, cum sua declaratione.

In Constitutione de Conservatoribus, edita a Sanct. mem. Gregorio XV. ex sententia Sacræ Congregationis Concilii inter cætera statutum est, ut coram Conservatoribus Regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire aut trahere non possint, ita ut memorati Confessores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc, an per hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conservatores defendendi Regulares & alios a manifestis injuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, dum a suis possessionibus dejiciuntur, & propriis bonis uti, ac frui impediuntur.

Sacræ Congreg. Cardin. Concilii Trident. Interpretum censuit, ejusmodi verbis minime sublatam fuisse facultatem quam habent conservatores defendendi Regulares a manifestis injuriis, ac violentiis; dummodo observent formam præscriptam in Constitutionibus Innocentii IV. & Bonifacii VIII. relatis in c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.

C. Card. de Torres.

Prosper. Faganus S. Congr. Secr.

III.

De Exemptorum Privilegiis circa animarum, & Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria, & Prædicationem Verbi Dei.

G R E G O R I U S XV.

Anno 1622. 5. Febr.

Sane Tridentinæ Synodi Decretis provide cautum est nullum Presbyterum etiam Regularem, posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopo per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem obtineat.

Necnon ut in Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præterea, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ, tam regulares, quam sæculares ejusmodi curam exercentes, subdit immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus diocesi sunt sita. Itemque ut Episcopi universi sub obtestatione Divini judicii, & in terminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteriis sibi subjectis Ordinaria; in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes, atque contrafacientes per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas quacumque appellatione postposita, compescentes.

Atque ut Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesiis vero quæ suorum Ordinum non sunt nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in

suorum Ordinum Ecclesiis prædicare quidem præsumant.

Verum quia experientia compertum Ecclesiastici regiminis rationem postulare, ut Decretis ejusmodi aliquid adjungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, hac perpetuo valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quam Sæculares, quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum Sæcularium Monasteriis, seu domibus Regularibus aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive Regularibus sive Sæcularibus incumbendum exercent; sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis, ministrent, prævia Episcopi licentia, & approbatione; sive quoquomodo in dictæ curæ exercitio; aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diocesani Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, plene in omnibus subjiciantur. Ad hæc tam Regulares, quam Sæculares hujusmodi nullis Privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subjectarum ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant.

Confessores vero, sive Sæculares quomodocumque exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii, ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum, audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi si ab Episcopo Diocesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedetur, obtineant. Sed & Administrantes bona ad eisdem Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus subjectarum pertinentia, sive Regulares extiterint, sive Sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque juris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo, ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit. Ac similiter Episcopus, una cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorundem Monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa.

Ac demum habeat Episcopus, tanquam dictæ Sedis Delegatus, auctoritatem coercendi, aut puniendi quoscumque exemptos tam Sæculares, quam Regulares, in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserit. Itaut Episcopi in superscriptis casibus, in prænominas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, uti ejusdem Sedis Delegati, procedere, omnemque jurisdictionem exercere libere, & licite valeant.

IV.

Subsequuntur aliquot Dubia super prædicta Constitutione exorta.

Dubitatur: An liceat Episcopis visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum Sæcularium non incumbit, aut loca ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur Confessiones personarum Sæcularium?

II. An Episcopi possint Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis?

III. An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos tam Sæculares, quam Regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Diocesis?

IV. An eadem facultas competat inferioribus Prælati proprium territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus?

V. An per eandem Constitutionem in illis verbis, possit Episcopus una cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum, &c. electionibus per se, vel alium interesse, ac præsidere; jus Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censetur?

VI. An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari?

VII. An Superiores Regulares similiter ante ipsam Consti-

tutionis publicationem electi, seu deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus Sanctimonialium sibi subjectarum audiendis?

VIII. An Confessiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenori dictæ Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atque irritæ, necne?

IX. An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Confessiones personarum Sæcularium audiendas, censeantur etiam approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum?

X. An Regularis ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatus, Confessiones Monialium alterius Monasterii audire possit?

XI. An Confessores Regulares extraordinarii semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium Confessiones pro una vice infra annum ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini possint, virtute dictæ approbationis pluries tanquam Confessores extraordinarii earundem Confessiones audire absque Episcopi licentia?

XII. Cum in eadem Constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere ut amoveant Confessores Monialium, atque Administratores bonorum ad earundem Monialium Monasteria pertinentium: iisque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit: An ejusmodi causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneatur?

XIII. An eadem Constitutio quæ supponit Episcopi jurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorundem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an vero solum in notoriis, & cum scandalo populi?

Subsequuntur Declarationes ad supra dicta Dubia a Congregatione Card. S. Concilii Tridentini Interpretum data, & ab isto, & Urbano VIII. ejus Successore respective approbata.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Constitutionem sanctæ memoriæ Gregorii Decimiquinti de Exemptorum Privilegiis, nequaquam subjicere Regulares Exemptos, quibus cura animarum personarum Sæcularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis Sæcularibus administrandis iidem Regulares delinquant ac propterea

I. AD Primum Dubium respondit, Episcopis non licere in vim ejusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum Sæcularium, nec loca ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum Sæcularium audiuntur.

Ad II. Hac in parte Constitutionem nihil novi juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse: Ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.

Ad III. Censuit ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diocesis.

Ad IV. Non competere.

Ad V. Jus confirmandi Abbatissas minime fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad VI. Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei judicentur, & approbentur. Ordinarios vero Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos, posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, ut illorum facultas a Sede Apostolica ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad VII. Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confessiones Monialium sibi subjectarum, posse, durante eorum Officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis illarum tantum, quæ sponte ac proprio motu id ab eis petierint. Ac vero eos, qui post Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum Officiis, seu dignitatibus, expleto jam tempore a Constitutionibus, cujusque Ordinis, vel alias legitime præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius a Diocesano Episcopo idonei judicati, atque approbati fuerint.

Ad

Ad VIII. Confessiones hujusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad IX. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad Confessiones personarum Sæcularium audiendas, nequaquam censi approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum; sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad X. Regularem ad audiendas Confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatum, minime posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii.

Ad XI. Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopi ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse plures in viam approbationis ejusmodi illarum Confessiones audire; sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Ad XII. Non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio serio oneravit, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, ejus rei in districto Dei Judicio rationem reddituri.

Ad XIII. Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum, & cum populi scandalo.

Qua Sacra Congregationis responsa ad se relata fel. rec. Greg. XV. & S. D. N. Urbanus VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card. Caetanus.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Subsequuntur alia duo Dubia, ab eadem Congregatione declarata, & a S. D. N. approbata.

AN Regularis absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subjectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, a Diocesano Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri, & puniri possit?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum tenuit, Possè. Quam Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster Urbanus VIII. ad se relata approbavit.

AN liceat Episcopo in viam Constitutionis sanctæ mem. Gregorii XV. de exemptorum Privilegiis, punire Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt, ante tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidem nullatenus prænunciata?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit: Regulares ex eadem Constitutione ita demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumque usque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expresse declaravit, se uti velle facultate sibi hac in parte attributa, Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse ac præsidere. Post eam vero declarationem licere Episcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatissæ electionem procedunt.

Cof. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

*Sanctiss. D. N. C L E M E N T I S
Divina Providentia Papa X.*

Constitutio, in qua Regularium Privilegia quoad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declarantur.

Superna, &c.

Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diocesano benedictionem petere; prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem, nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare, eosque contravenientes ab illo tanquam a Sedis Apostolicæ Delegato, censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis, in viam Constitutionis fel. rec. Greg. XV. prædecessoris nostri incipientis, *Inscrutabili Dei providentia*, coerceri, & puniri posse; Episcopum tamen absque justa, atque rationabili causa contradicere non debere, & hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, vel ad crates Monasteriorum, aut Sanctimonialium eorum jurisdictioni subjectarum, licet clausis januis, & nullum sæcularem ibi ingressum habere voluerint. Possè autem Episcopum licentiam concessam Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt prædicare volentibus, illos tanquam ab Universalitatibus aut a Magistratibus laicis nominatos, etiam si Episco-

Gavant. Tom. III.

pi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, sicut ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum erit, & licentiam prædicandi semel iisdem concessam ob rationabiles causas, licet occultam Prædicationem tamen concernentes, suspendere, non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

Ad hæc Regulares ab Episcopo ad Confessiones sæcularium in sua Diocesi audiendas approbatos non posse in alia Diocesi eas absque Episcopi Diocesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint eidem Episcopo, a quo ipsi Religiosi jam fuerint approbati: & generaliter ab Episcopo ad personarum sæcularium Confessiones audiendas nequaquam censi approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione, atque approbatos pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minime posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse, expleta Deputatione in viam approbationis hujusmodi, illarum Confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus Deputationis contigerit. Cæterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia Instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum audire Confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt vere de familia, & continui Comensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis quoque & indistincte absque aliqua limitatione temporum, certorumque locorum, aut generis personarum in Diocesi propria admittendos. Quoad cæteros vero, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti arbitrio Ordinariorum, reliqui ipsos cum limitata facultate, prout eidem Ordinariis magis expedire videbitur probare, & admittere. Semel autem ab Episcopo approbatos posse in Diocesi Episcopi, quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen Confessione teneri dictos Religiosos eorumdem infirmorum Parochum certiore reddere: & hoc illis ab Episcopo sub pœna suspensionis a facultate audiendi Confessiones præcipi: sufficere tamen ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbati Paschali tempore confessi fuerint Constitutioni, quæ incipit: *Omnis utriusque sexus*, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos; Regulares vero ad ejusmodi Confessiones audiendas, prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo; secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab ejusdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias ipsis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium esse ut in Actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed Sedis Apostolicæ dumtaxat ubi eam aperiri postulaverit. Porro si Regulares cum scandalo, aut alias inhoneste vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur a Confessionibus suspendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad Confessionis ministerium pertinere, ac proinde nihil ob stare, quo minus ob eam possit Episcopus Regulares a semetipso approbatos suspendere, aut repellere a Confessionibus audiendis. Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopi inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per mare magnum, aliave Privilegia Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis etiam Jesu, concessa factam eis non esse potestatem absolviendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per Confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares a Sede Apostolica post Sacrum Concil. Trident. obtinuerunt, nequaquam revixisse Privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habeant, absolviendi a casibus Episcopo reservatis.

Et habentes facultatem absolviendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo a casibus Episcopo reservatis posse absolvere, posse autem Regularem Confessorem in ea Diocesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diocesi a peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa ubi idem Confessor est approbatus, absolvere; nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diocesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore prædicto dictorum Privilegiorum, nequaquam licere Regularibus etiam satisfacta parte absolvere Pœnitentes a censuris, quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro Pœnitentiæ, utique non censi absolutos in exteriori judicio, & contentioso.

Quinimo censuris Ecclesiasticis irreptos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiam si a Regularibus fuerint absoluti, quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegiis coram Episcopo ab eo iudicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur; si dictorum Privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse recurrendum ad Metropolitanum, sed cum ejus sit interpretari, cuius est condere, dictorum Privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ iudicio, prout alias Constitutiones Prædecessoris nostri &c. record. Clem. IV. statutum fuit, esse exequendum.

Non obstantibus quibuscumque &c. etiam insolitis casibus. Datum Romæ anno 1670. XI. Kal. Julii Pontificatus nostri anno primo.

Nota: In propositionibus damnatis ab Alexandro VII. propositio duodecima videbatur limitata ad solos Mendicantes. Ita enim habet propositio: Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopo reservatis, non obtenta ad id Episcopi facultate. At Clem. X. magis ample loquitur, dum absolute sic pronunciat. Ex facultatibus per mare magnum, aliave privilegia, cujuscumque Ordinis, instituti, aut Societatis etiam Jesu contentis, facta eis non est potestas absolviendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis.

V.

De Conceptione B. Virginis Mariæ.

G R E G O R I U S X V I.

Anno 1622. 14. Maji.

Sanctissimus D. N. auditis votis Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, Decretum alias editum a fel. rec. Paulo V. ejus Prædecessore tenoris sequentis, videlicet

Sanctiss. D. N. post longam, & maturam discussionem, auditis votis Illustr. & Rever. DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, re accurate, ac diligenter perpensa, provide considerans, quod quamvis in Constitutione fel. record. Sixti IV. super CONCEPTIONE Beatissimæ Virginis Mariæ pro submovendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, a S. Tridentina Synodo innovata, & deinde in alia Constitutione Sanct. mem. Pii Quinti super eisdem res, quas similiter Sanctitas Sua innovavit cum quibusdam provisionibus, & adjectionibus pœnarum pro efficaciore earum observatione, relinquatur unicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi utramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali; & dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur, nihilominus ex occasione asseritionis affirmativæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem B. Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensâ, scandala, jurgia, & dissensiones. Propterea volens, hujusmodi scandalis ex debito sui muneris providere, decrevit, & præcepit, ac præsentis Decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cujuscumque Ordinis, & Instituti Regularibus, & aliis quibuscumque tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus personis cujuscumque conditionis, status, gradus, Ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, etiam si specialis, specifica, & individua eorum esset necessario mentio faciendâ, ut imposterum, donec articulus hujusmodi a Sancta Sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali; Contrafacientes autem eadem Sanctitas sua voluit, & declaravit subjacere debere, & subjecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum Prædecessorum, & sub ipso facto incurrendis; per hujusmodi tamen provisionem Sanctitas Sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsentibus reperitur, præterquam quoad supra disposita. Ulterius sub eisdem censuris, & pœnis mandamus, quod negativam opinionem, videlicet, quod non fuit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expresse mandavit, ut extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ, & illæ remaneant, & exacte observentur, perinde ac si præsentis Decretum non emanasset. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari, non obstantibus in hac parte supradictis Constitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus &c.

Hoc suo præsentis Decreto ex eisdem causis evitante scandala, dissensiones, atque discordias in Populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, & ut accepit in aliquibus Regionibus jam ortæ sunt ex sermonibus privatis occasione asseritionis affirmativæ, extendit, & ampliavit etiam ad privata colloquia, & scripta, mandans & præcipiens omnibus,

& singulis supradictis, ne de cætero, donec articulus hujusmodi a Sede Apostolica definitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque in sermonibus, & scriptis privatis audeant asserere, quod eadem Beata Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen, quibus a Sede Apostolica fuerit super hoc specialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis in quibus reperitur, præterquam quoad in supradicto fel. record. Pauli V. & hoc suo Decreto dispositum fuit.

Eademque Sanctitas Sua voluit, & expresse mandavit, ut in reliquis omnibus, ubi hujusmodi Decretis non adversantur, Constitutiones Sixti Quarti, Alexandri Quarti, & Pii Quinti, ac Pauli Quinti ejus Prædecessorum super Conceptione Beatæ Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, ac exacte observentur, perinde ac si hujusmodi Decretum non emanasset.

Et insuper eadem Sanctitas Sua, cum Sancta Romana Ecclesia de Beatæ Virginis Conceptione Festum sollempniter, & Officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam Sæcularibus, quam cujuscumque Ordinis, & Instituti Regularibus mandat, ac præcipit, ut in Sacrosancto Missæ Sacrificio ac divino Officio celebrandis tam publice, quam privatim, non alio, quam Conceptionis Nomine uti debeant. Contravenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declaravit subjacere debere, & subjecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus ac præfato Decreto suorum Prædecessorum ipso facto incurrendis. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari.

Non obstantibus in hac parte Constitutionibus suprascriptis Decreto præfato Pauli Quinti, consuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus, & singulis, quæ Prædecessores prædicti voluerunt non obstare, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus.

Volens, & decernens pro observatione, & executione præfati Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgressores etiam Regulares cujuscumque Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & Sæculares personas cujuscumque status, conditionis, gradus, Ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam Sæcularis, tam Episcopi, & Prælati Superiores, aliique Ordinarii locorum, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos severe animadvertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi.

Sequitur declaratio supradicti Decreti edita
Anno 1662. 28. Julii.

Nos Fratres Ordinis Prædicatorum, quos in visceribus gerimus, charitatis specialibus favoribus, & gratiis protequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendarum; harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prædicatorum. Fratibus, ut de cætero in quibuscumque privatis eorum colloquiis, seu conferentiis inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum aliis, de materia ejusdem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis differere, & tractare, absque ullo pœnarum in dictis Decretis contentarum incursum libere, & licite possint, & valeant, Apostolica Auctoritate, tenorem præsentium, licentiam concedimus, & impartimur.

Sed quanti faciat S. Mater Ecclesia hujusmodi Immacolatæ Virginis Conceptionem, SS. D. N. in sequenti Bulla clementer ostendit, & declarat.

Sanctissimi D. N. ALEXANDRI,
Divina Providentia Papa VII.

Innovatio Constitutionum, & Decretorum in favorem Sententia, animam B. M. V. in sui creatione, & in corpore infusione a peccato originali præservatam fuisse, editorum.

ALEXANDER Papa VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

* **S**ollicitudo omnium Ecclesiarum quam licet meritis, & viribus longe impares, D. O. M. voluntate, & providentia gerimus, id in Nos anxia tenet intentos, & vigilantes, ut scandala, quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione, & fragilitate necesse est ut veniant, quantum fieri potest paucissima exortantur,

tur, atque exorta quam celerrime, & quam diligentissime amoveantur; nam iis per quos veniunt certam peccati perniciem, quibus vero præbentur præfens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro nostro Pastoralis officii debito; & damnium summopere dolemus, & discrimine assidue utimur.

* Sane vetus est Christifidelium erga ejus Beatissimam Virginem Mariam pietas, sentientium ejus animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia, & privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi, ejus filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem sollempni ritu coelestem, & celebrantium; crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas a fel. record. Sixto Papa IV. prædecessore nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas S. Concil. Trident. innovavit, atque observari mandavit.

* Aucta rursus, & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam post erectas hoc-Nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem Indulgentias, itaut accedentibus quoque plerisque celebrioribus Academiis ad hanc sententiam, jam fere omnes Catholici jam complectantur.

* Et quia ex occasione contrariæ assertionis in concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod nempe eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Christiano cum magna Dei offensa, scandala, jurgia, & dissensiones, recolend. mem. Paulus Papa V. etiam prædecessor noster vetuit horum opinionem præfatæ sententiæ contrariam publice doceri, aut prædicari.

* Quam prohibitionem piæ memoriæ Gregorius Papa XV. similiter prædecessor ad privata etiam colloquia extendit, mandans insuper in favorem ejusdem sententiæ, ut in Sacrosancto Missæ Sacrificio, ac divino Officio celebrandis, tam publice, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicumque debeant.

* Nihilominus, prout Venerabiles fratres Episcopi fere omnes Hispaniarum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, datis ad nos litteris, exposuerunt, accedente etiam insinuatione charissimi in Christo filii nostri Philippi, earumdem Hispaniarum Regis Catholici, qui specialem super hoc misit ad Nos Oratorem Venerabilem fratrem Ludovicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatæ fuerunt ad nos supplicationes Regnorum earumdem Hispaniarum, pergunt aliqui contrariæ illius opinionis assertores contra præfatas prohibitiones tum privatim, tum publice præfatam sententiam, aut impugnare, aut vellicare, & favorem a Romanis Pontificibus cultui, & festo secundum illam præstitum ita interpretari, ut frustrentur; imo Ecclesiam Romanam huic sententiæ, & cultui, juxta illam Beatam Virginem exhibito favere negant, pios Christi fideles e sua pacifica quasi possessione deturbare conando, unde offensiones, scandala, & jurgia, quibus obviare voluerunt, Paulus V. & Gregorius XV. nostri prædecessores perdurant adhuc, & ex occasione eorumdem adversantium majora his incommoda imposterum prudenter, & merito timentur.

* Quapropter super his tam præfati Episcopi cum Ecclesiarum suarum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex ejusque Regna Nobis pro opportuno remedio instantes supplicari fecerunt.

* Nos considerantes quod Sancta Romana Ecclesia de intemerata, semperque Virginis Mariæ Conceptione festum sollempniter celebrabat, speciale, ac proprium super hoc Officium olim ordinavit juxtam piam, devotam, & laudabilem institutionem, quæ a Sixto IV. prædecessore nostro tunc emanavit; volentesque laudabili huic pietati, & devotioni, & festo, ac cultui secundum illam exhibito in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem numquam immutato, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo favere, nec non tueri pietatem, & devotionem hanc colendi, & celebrandi Beatam Virginem, præveniente scilicet Spiritus Sancti gratia, a peccato originali præservatam: cupientesque in Christi Græge unitatem spiritus in vinculo pacis, sedatis offensionibus, & jurgiis, amorisque scandalis, conservare ad præfatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusque Regnorum oblatam Nobis instantiam, ac preces, Constitutiones, & Decreta Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & præcipue a Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. editas in favorem sententiæ asserentis, animam Beatæ Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione Spiritus Sancti gratia donatam, & a peccato originali præservatam fuisse, nec non, & in favorem festi, & cultus Conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ secundum piam istam sententiam, ut præfertur, exhibiti, innovamus, & sub censuris, & pœnis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus.

* Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergunt interpretari, ut favorem per illas dictæ sententiæ, & festo, seu cultui secundum illam exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, testum, seu cultum in disputationem revocare, aut con-

tra ea quoquomodo directe, vel indirecte aut sub quovis prætextu, etiam definibilitatis ejus examinandæ, sive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, sive Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quicumque determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea asserendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint, præter pœnas, & censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacere volumus, & per præfentes subjicimus etiam concionandi, publice legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione privatos esse volumus, necnon ad concionandum, publice legendum, docendum & interpretandum perpetuè inhabilitatis pœnas ipso facto incurrere absque alia declaratione; a quibus pœnis non nisi a nobis ipsis, vel a successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint; necnon eisdem aliis pœnis nostro, & eorumdem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere volumus, prout subjicimus per præfentes, innovantes Pauli Quinti, Gregorii Decimiquinti superius memoratas Constitutiones, seu Decreta.

* Ac libros in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundum illa in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli Quinti supra laudatum Decretum edita, aut imposterum quomodolibet edenda prohibemus, sub pœnis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque alia declaratione pro expresse prohibitis haberi volumus, & mandamus.

* Vetamus autem Sixti Quarti Constitutionibus inherentes, quempiam asserere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant; cum a Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc minime decidere volumus, aut intendimus: quin potius contrariam illam opinionem hæresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos subjecit Sixtus Quartus, aliique prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis subjicimus, quas in contrafacientes huic nostræ Constitutioni superius infliximus.

* Volentes, quod contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam Regulares cujusvis Ordinis, & Instituti etiam Societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & Sæculares personas cujuscumque status, gradus, Ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam Sæculares, ut præfertur, tam Episcopi, & Prælati Superiores, aliique locorum Ordinarii, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirent, atque in eos strictè animadvertant: Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eisdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate, & tenore tribuimus, impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districte præcipimus, & mandamus.

* Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis quantacumque qualificatis & in quacumque etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quavis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeat quomodolibet concessis.

* Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præfentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

* Ut autem hæc nostræ Constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentius pervenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœna privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis & Officialibus quibuscumque, & aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet; quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Dioecesis, vel Districtus Prædicatoribus, & aliis, & quibus expedire judicaverint, oportune insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis imposterum quoquomodo ignorantiam de præmissis possit prætere, aut se contra præmissa valeat excusare.

* Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentis Litteræ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicam S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ de urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio, & publicatio ita omnes & singulos, ad quos spectet, afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent, & quod illarum transumptis etiam impressis manu Notarii publ. subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus in iudicio, & extra illud adhibeantur, quæ eisdem præsentibus adhiberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Septembris 1661. Pontificatus Nostri Anno VII.

S. Ugo linus.

VI.

De erectione novorum Conventuum Regularium.

G R E G O R I U S XV.

Anno 1622. 17. Aug.

Cum alias fel. record. Clemens Papa Octavus decreverit, Ordinarios locorum licentiam ad novos Conventus cujuscumque, præsertim Mendicantium Ordinis, in Civitatibus & locis eorum ordinariæ Jurisdictioni subiectis erigendos, impartiri non posse, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus; & causa servandis cognita, in ejusdem Civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos Conventus, sine aliorum detrimento, commode sustentari posse constiterit. Si vero ab eorum sententiis ad Sedem Apostolicam provocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quamdiu a dicta Sede in ea causa pronunciatum extiterit, ac alias prout in Decreto hujusmodi plenius continetur.

Verum per piæ mem. Paulum Papam Quintum accepto, plerisque ex Ordinariis prædictis, favore, vel nimia expostentium importunitate ad novos Conventus, seu Domos, præter, & contra tenorem prædicti Decreti erigendas, plerumque adduci, quo fit, ut, non habita debita eleemosynarum seu reddituum cujuscumque Monasterii, Conventus, seu Domus ratione, Monachi, seu Fratres, aut Religiosi ibi degentes manuteneri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, ut cultus divinus in eorum Ecclesiis destituatur, ibique regularis disciplina, ut convenit, conservari non valeat, Sacra Congregatio Illustrissimor. DD. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum, ad quos idem Paulus Papa V. negotium hujusmodi rejecerat, tot incommodis obviam ire, eisque aliquod opportunum remedium adhibere cupiens, Decreti hujusmodi facultates, earumque etiam veriores, & in toto tenore dat. præsentibus, ac si de verbo ad verbum inferrentur, pro plene, & sufficienter expressis habens, vivæ vocis oraculo a S. D. N. Greg. Papa xv. habito, Decretum prædictum, quatenus opus sit, innovat, & in usum reducit.

Volens, quod de cætero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cujuscumque, etiam Mendicantium, Ordinis Societatis, & instituti, quocumque nomine nuncupentur, etiam si de illis particulari, expressa, & specifica mentio habenda esset, in quacumque Civitate, vel Oppido, seu quocumque alio loco non erigatur, nisi saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant, ad Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conventuum, seu Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, seu Institutorum hujusmodi non solum in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis; ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel alias Ordinarii locorum constiterint. Religiosos Monasterii, Conventus, seu Domus regularis sic erigendæ, absque detrimento Religiosorum in Monasteriis, seu Domibus antea in Civitatibus seu locis hujusmodi erectis, degentium, ibi in numero duodecim commode, & congrue manuteneri, & ali posse. Si vero novi Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas hujusmodi instituendæ erunt, nullique alii Regulares inibi reperiantur: Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirent, ac locorum incolæ, & habitatores, quorum votum & consensum requirant, ac adhibeant, hujusmodi duodecim Religiosos in Conventibus, ut præmittitur instituendis, commode alere, & manuteneri valeant.

Si vero a Decreto, seu Decretis per Ordinarios prædictos in causis hujusmodi ferendis legitime appellari contigerit, ex nunc, prout ex ea die, qua appellatio interponeretur ea ad eandem Sacram Congregationem una cum toto negotio principali devoluta censeatur, appellationeque hujusmodi pendente, nihil innovandum esse, irritumque, & inane quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scien-

ter, vel ignoranter contigerit attentari, decernens, quibuscumque in contrarium factis, non obstantibus.

Romæ 17. Augusti 1622.

Ant. Card. Saulius.

VII.

De sollicitatione mulierum in Sacramento Pœnitentiæ.

G R E G O R I U S XV.

Anno 1622. 30. Augusti.

Statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, tam sæculares, quam quorumvis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subsectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum, Regulares cujuscumque Dignitatis, & præminentia, aut quovis Privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonestas, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediate, seu occasione, vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, sive extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissime, ut infra, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & Locorum universi Orbis Christiani in suis quemque Diocesis, & Territoriis per has nostras litteras, etiam private, quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo Judices deligimus, ut super his, contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei juxta Sacrorum Canonum formam, nec non Officii Inquisitionis hujusmodi Constitutiones, Privilegia, Consuetudines, & Decreta diligenter inquirent, & procedant: & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis ab executione Ordinis, privationis Beneficiorum, Dignitatum, & Officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ab illa, nec non vocis activæ, & passivæ, si Regulares fuerint, exilii, damnationis ad trêmes, & carceres etiam in perpetuum absque ulla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant: eos quoque, si pro delicti enormitate graviore pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curia sæculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum sit difficilis probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicis, & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo indicandi, & Curia sæculari, ut præfertur, reum tradendum esse, pronunciandi.

Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Mandantes omnibus Confessariis, ut suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu ut præfertur tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis: quod si hoc Officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

VIII.

De licentiis loca Regularia erigendi.

U R B A N U S P A P A VIII.

Anno 1624. 28. Augusti.

Cum, sicut nobis innotuit, complures licentiæ, sive facultates a nonnullis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris per diversos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Regularium Institutorum Superiores, seu alios eorum nomine, ubique locorum Monasteria, Domos, Collegia, Conventus, & alia loca regularia, quovis nomine nuncupata, servata duntaxat Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decretorum forma, de sola Ordinarii licentia, seu etiam forsitan non servata forma, & absque licentia hujusmodi, & contra Decreta a Sede Apostolica super præmissis edita fundandi, erigendi, & instituendi importunis precibus, seu etiam Motu proprio, vel alias contentæ, & exortæ fuerint: Idcirco Nos omnes, & quascumque licentias, ac facultates hujusmodi, litterasque de super tam sub plumbo, quam in hujusmodi forma Brevis de super expeditas, earumque tamen etiam veriores, & dat. præsen-

præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & infererentur, pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, justis de causis animum nostrum moventibus, Motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quascumque licentias, & facultates hujusmodi, litterasque desuper tam sub plumbo, quam in eadem forma Brevis expeditas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes, & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, Conventuum, & aliorum regularium locorum hujusmodi, quæ suum nondum effectum, tamen præsentium perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus evacuamus.

Præterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Institutorum Regularium Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cæterisque personis, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ, & passivæ, nec non Officiorum quorumcumque ac inhabilitatis ad illa, & in alia in futurum obtinent, nec non etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis interdiciamus, & prohibemus, ne licentiarum, seu facultatum per Nos, ut præfertur, revocatarum, & annullatarum, sive alio quovis prætextu, vel causa, etiam quantumvis privilegiata, nova Monasteria, & Collegia, Domos, Conventus, & alia loca regularia hujusmodi, nisi de expressa Ordinarium licentia, ac servata in omnibus, & per omnia sacrorum Canonum, & Concil. Trident. nec non Constitutionibus felic. recordat. Clem. VIII. quæ incipit: Quoniam ad institutam sub Dat. Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die xxij. Julii MDCIII. ac Decretorum de Mandato ejusdem Clementis, necnon fel. mem. Gregorii XV. Rom. Pont. prædecessorum desuper editorum forma recipere, erigere, fundare, seu alias quomodolibet instituere, seu incæpta finire, & absolvere audeant, seu præsumant.

Decernentes, præsentibus Litteras etiam ex eo, quod causæ, propter quas illæ emanarint, expressæ, verificatæ, & justificatæ, aut quodcumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, citati, & auditum non fuerint, neque illis consenserint, vel alias ex quocumque capite, prætextu, colore, ingenio, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam vocari ad terminos juris reduci, aut contra eas quovis gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu concedi nullatenus posse, sed eas, ac omnia, & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia, esse, & fore, suosque plenarios, integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, quavis auctoritate fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circa Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque sollempniter publicanda faciant, & illa ab omnibus, singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, contradictores quoslibet, & rebelles per census, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

I X.

De male Ordinantibus, & Ordinatis.

U R B A N U S VIII.

Anno 1624. 11. Decembris.

Alias si quidem fel. rec. Clemens Papa IV. Prædecessor noster volens periculis animarum eorum obviare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel alias Ordinum Sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his habebatur notitia fugientes, se in remotis partibus faciebant ad hujusmodi Ordines promoveri; statuit, ut nullus Episcoporum Italiæ de cætero aliquem ultramontanum Clericum ordinare præsumeret, nisi ab eodem Clemente Prædecessore, vel ab Episcopo, de cujus Diocesi traxerat originem Ordinandus, vel in cujus Diocesi Beneficiatus existebat, per ejus patentes litteras, causam rationabilem continentes, quare ipsum volebat, ac nequibat ordinare, nisi specialem licentiam haberet; eos vero, quos contra præmissa contigisset ordinari, manere voluit absque spe dispensationis super hoc a Sede Apostolicâ obtinendæ suspensos; ac Ordinatos condigna poenitentia puniri.

Cum autem non sine gravi animi nostri molestia, Nobis innotuerit, quamplures Ultramontanos suæ salutis immemores, Deique timore postposito, ad Ordines prædictos dimissorialibus litteris, seu etiam cum titulo patrimonii ficto, vel fiduciario, seu etiam falso, cum maximo bonorum omnium scandalo, se promoveri fecisse, Nos innumeris, quæ ex minus canonica Clericorum Ordinatione hujusmodi proveniunt malis, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, prædictam Clementis Prædecessoris Constitutionem, cum omnibus, & singulis in ea contentis approbantes, & innovantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quovis prætextu, & ex quacumque causa, Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Ultramontanos, & ex quibusvis locis extra Italiam oriundi, non solum ad Sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem characterem promovere audeant, seu præsumant, nisi Dimissoriales suorum Ordinariorum litteras a nostris, & hujus Sanctæ Sedis Nunciis, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorundemve Nunciorum, seu Collectorum subscriptiones a dilecto filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiritualibus generali similiter examinatas, recognitas, & approbatæ fuerint; alias promoventes ad annum ab exercitio Pontificalium; promoti vero, perpetuæ suspensionis pœnam, absque spe dispensationis a Sede Apostolica obtinendæ, incurrant eo ipso. Insuper promotos hujusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis patrimonii titulis scienter se ad Ordines hujusmodi promoveri fecerint, non solum prædictis, verum etiam majoribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis.

Italos vero, si quos impofterum Clericali characterè insigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Episcopo, cum falsis Dimissoriis contigerit, etiamsi qualitatibus per Conc. Trid. Decretum, cap. 16. sess. 23. requisitis præditi sint, nihilominus, sequuta tamen prius desuper Judicis Ecclesiastici declaratione, fori privilegio minime gaudere, sed sæculari jurisdictioni, ut antea, plene in omnibus subjacere, & subiectos esse respective volumus.

X.

De Imaginibus nondum Canonizatorum a Sede Apostolica.

U R B A N U S VIII.

Anno 1625. 13. Martii.

Sanctissimus D. N. sollicitè animadvertens abusus, qui irrepsissent, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum Sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, & si neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sunt ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia, a Deo per eorum intercessionem accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulcra tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur.

Volensque proinde hujusmodi abusibus, pro debito Officii Pastoralis, occurrere, re etiam cum Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus communicata, & mature considerata, ac discussa, declaravit, statuit, & decrevit, ne quorumvis hominum, cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantacumque illa sit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis tam Sæcularibus, quam Regularibus, cujuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede Canonizentur, aut Beati declarentur, & (si quæ appositæ sunt) amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

At pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, sive Martyrii fama, vel opinione (ut præfertur) celebres e vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis, Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet: Revelationes vero, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hætenus sine recognitione, atque approbatione

tionem hujusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata cense-
ri vult, mandatque Sua Sanctitas.

Ad horum hominum sepulcra, vetuit etiam, ac inhibuit, Tabellas, atque Imagines, ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas, atque exulatas appendi, aut affigi, & lampades, sive alia quacumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda.

Declarans, quod per superscripta præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis; quia aut per communem Ecclesiæ consensum vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, coluntur.

Ut autem præmissa diligentius observentur, universis, ac singulis, tam Ordinariis, quam hæreticæ pravitatis Inquisitoribus districte præcipit, ut in sua quisque Dioecesi, vel Provincia sedulo pervigilent, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superius disposita, fiant.

Transgressores vero, si Regulares fuerint, privationis suorum Officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, necnon & suspensionis a Divinis; si vero Clerici sæculares, privationis pariter suorum Officiorum, suspensionis a Divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum Ordinum respectivè, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.

Qui autem Libros impreserint, aut Imagines pinxerint, sculperint, seu quoquomodo effinxerint, vel formaverint, ceterique Artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque etiam corporalibus pœnis, juxta criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

X I.

Sequitur Declaratio prædictæ Prohibitionis.

Postmodum vero idem Sanctiss. D. N. a quibusdam revocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas impostero offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conservare liceret, Sanctitas Sua, quæ tantummodo voluit, occurrente abusus, qui irreperere videbantur, certiore parere viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam Divinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare; re prius cum Illustriss. & Reverendiss. D. D. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus communicata, præsentis Decreto declaravit, Quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum hujusmodi, ita ut nulli deinceps hæsitati locus relinquatur, statuit in præsentiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum Sæcularem, seu Regularem, Tabellas & Imagines, aliudve simile quispiam detulerit, ac intermissione hominum inter Sanctos, vel ad Beatos non adscriptorum, quamvis cum martyrii, vel sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum, locorumve prædictorum curæ præpositis, Tabellas, & Imagines, sive pictas, sive ex quavis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint, attestationibus recipere atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneatur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia loco, custodire, ibidemque jam amota collocare, & asservare, ut si quando Dominus talium Virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi sanctitatis qualescumque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Jo: Antonius Thomasius
S. Rom. & Univ. Inquisitionis Notarius.

XII.

De Celebratione Missarum.

URBANUS VIII.

Anno 1625. 21. Julii.

Primo districte prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitalis Generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine foundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, qua, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderaciones, & commutationes hujusmodi, si quas contra

hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

Deinde, ubi pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis celebrandis, plura stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab una, sive a pluribus personis collata fuerint, aut conferrentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis Piiis quibuscumque tam Sæcularibus, quam Regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione Divini Judici mandata, ac præcepit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemosynæ, præscriptæ fuerint, ita ut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimmo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id vero ut deinceps observetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat Privilegia, & Indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac Locis Piiis, tum Sæcularibus, quam Regularibus, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum Celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia remove-re volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscipit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera hujusmodi, cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta; statuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitalibus, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus tam sæcularibus, quam Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, a die realis acquisitionis statim deponi debeant penes adem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum investendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

Ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium sub eadem pœna, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibusvis Capitalibus, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac Piorum Locorum, tam Sæcularium, quam Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districte prohibet, ne impostero onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, Sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda: alioquin Sæcularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Regularis vero pœnam privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ, absque alia declaratione incurrat.

Elemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omnino abstinere ab hujusmodi elemosynis, etiam sponte oblatas, in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa, elemosynas pro Missis, vel alia simili, sub iidem pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur.

Episcopus vero, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirent de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut Loco Pio incumbentibus; nec antea assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitime constiterit, illius Sacerdotes tam novo oneri suscipere, quam antiquis jam susceptis satisfacere posse; præcipuamque rationem habeant, ut redditus qui Ecclesiis, & Locis Piiis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis, secundum mores cujusque Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremo Illustrissimi Patres, non sine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, quæ Regularem disciplinam evertunt, ac præcipue nimiam hanc facilitatem fovit in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice pullulare ex majori Regularium numero, quam ferant redditus, & elemosynæ cujusque Monasterii; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii Decretis hac re editis S. D. N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis,

riis, Ministris Præsentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatoribus, & rerum usu peritoribus, bona immobilia, census, redditus, & proventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciæ, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem usum, deinceps conferendas, decem annor. immediate præcedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliæve cujuslibet generis onera consueverunt absorbere.

Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cujus interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione generali, vel Provinciali coram tribus Judicibus ab ipsomet Capitulo, seu Congregatione deligendis, proponat, qui computatis hujusmodi redditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, & oneribus, ut supra, detractis, sedulo examinent, quot religiosi homines, connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis fervientibus, unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo regulari juxta regionis, & proprii Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo, diligenter omnibus discussis, cujusque familiæ, Monasterii, Conventus, ac Domus regularis in singula quaque Provincia certus earum tantum personarum numerus, Patrum Capitularum voto, præsignentur quæ redditibus, eleemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter ali possint.

Nè vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciunt, mandat Sac. Congregatio, ut infra annum post proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

Numerumque familiæ, singularumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi Regularium, Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Provincialis sententia, & auctoritate præfixum, iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quam locales perpetuo servare omnino teneantur, nec possint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti reddituum, absque Sacræ ipsius Congregationis licentia. Superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovis modo augere præsumperint, privationis omnium Officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis Officia, & Gradus inhabilitatis perpetuæ eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus a Sede Apostolica infligendis poenis, Sacra Congregatio subjacere voluit, & declaravit.

Deinceps vero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium, nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita in singulis ejusmodi locis duodecim saltem Fratres aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, ut supra, detrahendis, competenter sustentari valeant; ad præscriptum Decreti fel. rec. Gregor. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca hujusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci Visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subjecta esse intelligantur.

Porro, ne nullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur sub poena privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque mense, idest Feria secunda post primam Dominicam Adventus, & Feria sexta post Octavam Corporis Christi præsentis ordinationes in publica mensa perlegantur.

Omnibus tam Ecclesiasticis personis, cujuscumque sint Ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocumque honore, ac potestate præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

XIII.

Sequuntur Dubia, ac Declarationes aliquot super prædictis Decretis.

Super primo Sacræ Congregationis Decreto de Celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo, reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis,

Quæritur, quid si legatum sit ita tenue, ut non sit qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum infumendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari?

Secundo, super secundo ejusdem Congregationis Decreto, quo cavetur, celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tribuæ eleemosynæ, præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

Tertio, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illas ab Offerente præscriptas celebrare?

Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellaniæ, legati, aut salarii, possint etiam Manualem eleemosynam pro Missis Votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Missæ Sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quinto, posito, quod Testator relinquat ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ: Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sexto, super Tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat Privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniverfariorum Celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfaciatur.

Quæritur, An verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post privilegium.

Septimo, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, An permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, intervientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similibus.

Octavo, an hoc Decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, An Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare teneatur Sacerdoti Celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii?

Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solito pro Celebratione Missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas Celebrandas committunt: An vero satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Undecimo super quinto ejusdem Congregationis Decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba (eleemosynas vero Manuales, & quotidianas pro Missis Celebrandis) ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; Alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant &c.

Quæritur, An hoc Decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas eleemosynas, quibus acceptis, non satisfecerunt; & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, ut Sacerdos Missam celebret cum primum poterit.

Decimotertio, An poena interdicti, & aliæ appositæ in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

Decimoquarto, An in hoc Decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die Commemorationis omnium Defunctorum, & vulgo dicuntur (Casse de Morti)?

Decimoquinto, An Administratores Ecclesiæ magnæ devotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis Celebrandis accipere, si iidem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiæ, & devotio, ac concursus fidelium, ut ajunt, minuatur?

Decimosexto, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, & Piorum locorum, tam Sæcularium, quam Regularium, Superioribus, de quibus sit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali (& aliis, ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione.

Decimosextimo, super septimo ejusdem Sacræ Congregationis Decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commode possint sustentari.

Quæritur: An ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis Decreti san. mem. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cujusque Religiosi, sit denuo facienda, necne.

Decimo octavo, An Novitii, ad habitum Regularium admissi,

missi, possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus, ut supra, præfixione numeri, commode ali non possunt?

Decimonono, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita ut alioquin subsint jurisdictioni ordinariæ.

Quæritur, an hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad Celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Cappuccinorum, ac Societates JESU?

Ultimo, Ad idem Decretum, ubi disponitur, nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum Decretum proxime antecedens, an vero etiam extra Italiam?

Subsequuntur Declarationes, seu Responsiones ad supradicta Dubia.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi a S. D. N. attributa, ad singula dubia superius proposita, ad hunc modum respondit, videlicet

Ad primum: etsi legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra, impositi, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ abique ulla impensa id statuet, quod magis in Domino prodesse iudicaverit; Verumtamen si in ipsa Beneficii erectione expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere ac moderari legem hanc foundationis, quam Decreta hæc de re edita non sustulerunt esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens eleemosynam, numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellanæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis Celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad Quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum Celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad Sextum, ita esse intelligenda.

Ad Septimum respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac Loca pia, seu illorum Administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum, ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum Celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & Loca Pia alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessario sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis, ut supra, deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab Offerentibus eleemosynas.

Ad Octavum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest facere Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti Celebranti eleemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad Decimum, debere absolute integram eleemosynam tribuere Sacerdoti Celebranti, nec ullam illius partem sibi retineri posse.

Ad Undecimum respondit, non prohibere absolute: ac propterea, etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum Celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad Duodecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum Celebratione, id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quominus eo casu eleemosyna accipiar pro iisdem Missis juxta Benefactoris consensum celebrandis.

Ad Decimumtertium has poenas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum Celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad Decimumquartum, comprehendit.

Ad Decimumquintum, Non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad Duodecimum.

Ad Decimumsextum, comprehendit etiam privatos Sacerdotes.

Ad Decimumseptimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam servata forma ultimi Decreti hac de re editi.

Ad Decimumoctavum, esse admittendos ad Professionem, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commode ali possint.

Ad Decimumnonum, censuit comprehendere.

Ad Ultimam, habere locum etiam extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Eagnanus Sac. Congreg. Secr.

XIV.

De usu Baldachini, & Ministrorum pro Abbatibus Cassinensis Congreg.

U R B A N U S VIII.

Anno 1629. 11. Junii.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Pinellus Monachorum Ordinis S. Benedicti Congreg. Cassin. alias Sanctæ Justinae de Padua Procurator Generalis, quod alias a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus Præpositis, emanavit Decretum tenoris subsequenti, videlicet, &c.

Nunc demum Archiepiscopus Florentinus ad Sacram Congregationem accedens inquit prohiberi Abbati S. Mariæ ejusdem Civitatis Florentinae Ordinis Cassinensis usum Baldachini, & dictorum Ministrorum, & aliarum multarum Cæremoniarum in dedecus, & præjudicium suæ Archiepiscopalis Dignitatis vigentium, & citato interveniente Patre Domino Dominico Pinello ejusdem Congregationis Cassinensium Procuratore Generali, & partibus sæpe ac sæpius auditis, ac negotio diligenter discusso, referente Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Cardinale Pio, eadem Sacra Rituum Congregatio inhærendo dicto ultimo Decreto facto de Ann. 1618. censuit, & declaravit, licere Abbatibus Cassinens. quando sollempniter celebrant, quod in tribus ad summum Festivitatibus facere eis permittitur, uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, & aliquibus etiam Ministris paratis sacris indumentis. Quia vero numerus horum Ministrorum in aliquibus eorum Monasteriis erat valde excessivus, vetuit, ac prohibuit, ne iidem Abbates sollempniter, ut supra, Celebrantes, alios possint habere Ministros sacris indumentis paratos, quam duos Diaconos, & Presbyterum assistentes, Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Evangelio, & Epistola, ac sex ad summum alios, duos cum Pluvialibus, duos cum Planetis, & duos cum Tunnicellis coloris temporis convenientis: quoad reliqua vero in dictis Decretis de Ann. 1617. emanatis contenta, Sacra Congregatio eadem Decreta confirmavit, & quatenus opus sit, innovavit, inhibens omnibus Abbatibus Cassinensibus, ac ferio præcipiens, ut in reliquis omnibus ea ad unguem, & inviolabiliter observent; eorumque dispositioni addidit, ut supradicti Abbates nullo modo debeant, nec possint habere, nec tenere sedem suam Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, ut sedes Episcopalis retineri consuevit, minusque liceat supradictis sex Monachis paratis, ut supra, sedere in sedibus Choralibus, ut Canonorum sæcularium mos est, sed Sedes pro Abbate sollempniter procelebrante retineatur in Ecclesia, iis tantummodo tribus diebus, quibus ipse Abbas sollempniter celebrat, dictique sex Monachi parati sedere debeant loco congruo juxta Ecclesiarum convenientem situm super scabellis ad hunc effectum appositis panno laneo cooperitis, die 29. Jan. 1628.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Dominicus prædictus plurimum cupiat præinsertum Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, & inviolabiliter observetur, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti; Nos ejus votis hujusmodi annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Decretum hujusmodi Apostolica auctoritate tenere præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, & quosvis alios defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censi possent, supplemus.

Decretumque hujusmodi, nec non præsentis litteras cum omnibus in eis contentis semper, & perpetuo valida forma, & efficaci existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi, illiusque Abbatibus, ac Monachis, & personis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, neque illos a quoquam quavis auctoritate super præmissis modo, impediri, molestari, inquietari, vel perturbari unquam posse, nec debere.

XV.

De lectione Librorum prohibitorum.

U R B A N U S VIII.

Anno 1631. 2. Aprilis.

MOtu proprio, & ex certa scientia, ac matura nostra deliberatione, atque apostolica potestatis plenitudine, Omnes, & singulas licentias legendi, & habendi Libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apostolicas, etiam ratione Astrologiæ judicariæ, vel alias quomodolibet prohibitos quibuscumque personis laicis, & Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam Regularibus quuscumque Ordinis, Societatis, & Instituti existentibus, ac quacumque dignitate, etiam Ecclesiastica fulgentibus, quoscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præminentiae etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per litteras Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocumque, & ex quacumque causa, tam in forma Brevis, quam aliter quomodocumque a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu a quibuscumque aliis a Nobis, vel ab ejus facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen a Nobismetipsis per litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, seu Chyroglyphum manu nostra signatum, concessas, earum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione, revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique suffragari.

Quinimmo libros per licentias hujusmodi permissos legentes, aut habentes, pœnas sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus Librorum prohibitorum contentas incurere volumus, & declaramus.

XVI.

De electione Sanctorum in Patronos.

Anno 1630. 23. Martii.

Sacra Rituum Congregatio, Annuente Sanctissimo D.N. In electione Patronorum mandavit infra scripta impostero servari debere, declarans, quod aliter facta electio nulla sit ipso jure.

Primo, quod eligi possunt in Patronos ii solum, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatorum dumtaxat.

Secundo, quod de Patrono Civitatis electio fieri deberet per secreta suffragia a Populo, mediante Consilio Generali illius Civitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solum, & quod accedere debeat consensus Episcopi, & Cleri illius loci.

Idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia a Populo singularum Civitatum Provinciae.

Et quod Representantibus Regnum, Civitatem, Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum.

Et Tertio, quod causæ electionis novorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem Congregatione approbari, & confirmari.

Et ne præmissorum ignorantia ullo unquam tempore possit allegari, eadem Sacra Rituum Congregatio supradictum Decretum imprimi, & publicari mandavit.

Jo: Bapt. Card. Detus.

Loco ✦ Sigilli.

T. Tegrinus Secr.

Formula conficiendi Inventarii Bonorum Ecclesiasticorum.

Scribatur ab unoquoque Ecclesiastico per manum Notarii, si fieri potest, & ab eodem Notario subscribatur, alioquin scribat ipsemet Ecclesiasticus, & subscribat coram Sindico, seu Massario, aut alio Officiali loci, in quo sunt bona: vel saltem coram duobus loci senioribus peritis, qui & ipsi subscribantur, si Notarius desit: quod si scribere nesciant, alii eorum nomine tamquam rogati subscribant, & ad Cancellarium Episcopalem accedant pro recognoscendis eorundem caracteribus.

Cancellario detur ob hanc causam conveniens stipendium, taxatum ab Episcopo.

Inventaria omnia prædicto modo parata dentur Archivistæ Episcopali, a quo, qui dederint, de accepta scriptura testimonium in scriptis recipiant.

Duo exemplaria fiant uniuscujusque Inventarii, quorum alterum in Archivio Episcopali, alterum penes Rectorem Beneficii tuto custodiatur.

Fiat autem Inventarium bonorum cujusque Beneficii, licet Ecclesiæ fortasse sint unitæ, ut appareat distincte, quæ bona sint unius, & quæ alterius.

Charta uniformis adhibeatur ab omnibus, ut in librum redigi possint Inventaria juxta varios titulos, seu partes Diocesis, & item numerus foliorum abundet: tum ut Cancellarii subscriptione muniri possint; tum ut addi possint alia, quæ in die addi contigerit.

Margines quoque late pateant per singulas paginas, ut in sine subduci possit numeri rerum, vel pretiorum, uti fit in libris Mercatorum.

Ordo scribendi hic erit.

In nomine Domini, Amen

HOc est Inventarium omnium bonorum mobilium, stabilium, & fœventium fructuum, reddituum, rationum, & actionum quarumcumque Ecclesiæ Parochialis S. N. Civitatis N. seu oppidi N. Diocesis N. vel Ecclesiæ S. N. si non est Parochialis, Civitatis, seu oppidi N. factum die... mensis... Anni... per D. N. Rectorem dictæ Ecclesiæ, & me Notarium publicum infra scriptum in domo dictæ Ecclesiæ, coram, & juxta relationem præfati D. N. Rectoris & etiam N. & N. Seniorum hominum peritorum, & qui bene norunt statum dictæ Ecclesiæ, medio juramento per me Notarium infra scriptum eidem dato, ut dicant, & asserunt pro veritate, &c. qui dicunt nihil aliud ad dictam Ecclesiam spectare, nisi quæ sequuntur, videlicet

Quod si a Rectore fiat Inventarium sine Notario, dicat

HOc est Inventarium &c. per me N. N. modernum Rectorem dictæ Ecclesiæ coram N. N. Sindicis, seu Officialibus dicti loci, peritis, & de statu dictæ Ecclesiæ plenam habentibus notitiam, qui, & asserunt bona omnia, & actiones, & jura hæc esse, videlicet

Facto hoc proœmio, describatur primo Ecclesia cum suo titulo, seu, finibus, & partibus: hoc modo,

Prædicta Ecclesia S. N. est in Civitate N. vel oppido N. penes viam a latere dextro, vel sinistro, apud bona N. ab alio latere &c.

In ea sunt tot Altaria, seu tot cappellæ.

Exprimantur tituli Altarium, seu nomina Sanctorum, cum dotibus eorum, nimirum

Primum, Altare majus nullum habet titulum, nisi quod est Ecclesiæ totius. Habet annexam obligationem tot Misæ farum quotidianarum, seu tot per omnem hebdomadam, seu quolibet mensis &c. prout constet ex instrumento rogato per N. publicum Notar. die... mensis... Anni...

Scribantur omnia mobilia, & immobilia bona cujusque Altaris, seu Cappellarum, eo ordine quo Altaria extant in Ecclesia, Tum vero omnia mobilia sacra, & non sacra, quæ habentur in Ecclesia, & Sacristia, adnotata qualitate rei, pondere, numero, & pretio. Verbi gratia

Casula alba ex Damasceno serico cum filamentis aureis &c. Duæ casulæ rubei coloris ex cambellotto &c.

Calix argenteus, seu cum cuppa argentea, & pede ex aurichalco inaurato, ponderis librarum, & unciarum &c.

Mappa longa cubitorum tot: aliæ mappæ minores tot ulnarum.

Si pondus haberi non possit, puta campanarum, scribatur pondus librarum circiter, vel describatur altitudo, crassities, cum litteris in gyro positis, & notis impressis in campana. Ordo ille servetur, qui congruentior videbitur, scilicet a nobilioribus, Aureis, Argenteis, Sacris &c.

Facta descriptione Ecclesiæ, describatur domus Rectoris, qua sit Ecclesia, cum mobilibus propriis ad usum Rectoris, ex titulo Rectoris: Idest

Domus pro habitatione Rectoris conjuncta est cum Ecclesia, fines illius sunt, ab uno latere Ecclesia, ab alio Domus N. seu via, &c. Cellæ sunt num. partem habitat Rector, aliam partem locat laicis pro pretio scutorum... annuo.

In descriptione stabilium bonorum scribantur primo Domus, & apotheca cum pretio locationum annuo, & eorum finibus.

Prædium habet in loco nuncupato N. quod cohæret via publicæ ab uno latere ab alio, &c. tot modiorum, seu perticarum, &c. pro more regionis annuus ejusdem fructus scilicet esse scutorum....

In Margine scribatur quantitas, seu numerus mensura 3. quest. 1.

Datum est in tertiam generationem, ad annos 29. seu donec N. vixerit, & quotannis Rector habet tritici modios.... seu vinum, seu nummos.... ut constat ex Instrumento rogato per N. Notarium die.... mensis. Anni....

Bona data in emphyteusim, pro quibus solvitur canon pro recognitione directi dominii, scribantur eo modo, quo sunt descripta apud emphyteutas, vel hoc modo.

Non possidet in tertiam generationem in anno 29. seu donec vixerit, seu donum seu prædium situm an.... & definitum variis finibus, nempe.... pro quo solvit annuam canonem dictæ Ecclesiæ in recognitionem directi dominii solidorum, seu librarum, seu scutorum....

De censibus hoc modo.

Prædicta Ecclesia habet censum perpetuum scutorum.... super prædium, seu domum in tali loco, ut ex Instrumento rogato per N. Notarium die.... mensis... Anni....

De animalibus in societatem datis, hoc modo.

Prædicta Ecclesia, seu Rector jus habet societatis cum N. pro pecoribus, porcis, seu aliis animalibus. Et exprimitur num. Et quolibet anno redditus esse potest tot numerorum.

De decimis colligendis, vel notentur ii omnes qui solvere solent; vel saltem eorum quantitates exprimentur: hoc modo.

Prædicta Ecclesia in decimis annum habet redditum modiorum tot tritici, seu pecuniarum usque ad summam circiter....

Et adnotetur, si usurpetur ab aliis decima; item si primitia sint non decima. Addatur: Quæ Decimæ, seu primitiæ solvuntur pro consuetudine loci hoc pacto videlicet; & ordine scribatur modus solvendi.

Denique fiat summa omnium fructuum Rectoribus: his verbis.

Prædictæ Ecclesiæ, seu Rectoris annuus proventus ascendere potest ad summam scutorum.... e prædiis, domibus, censibus, & Decimis &c.

Vicarii perpetui eadem præsentent singillatim, qua supra, circa portionem prædiorum, aut reddituum eisdem assignatorum, Adnotantes Instrumenta, seu litteras Apostolicas super hac expeditas, mentione facta diei, mensis, & Anni.

Eadem quoque exequantur Cappellani amovibiles, & expriment salarium, mercedemve annuam, tritici, vini, olei, pecuniarum, &c. indicatio Instrumento, & Notario, & a quibus ea sibi dari debeant quando, & qua ratione.

Si vero annuus redditus non sufficiat, & ideo suppleatur aliunde contribuentibus incolis loci, dicatur hoc modo.

Prædicta Ecclesia pro alimentis Rectoris habet jus colligendi, quæ illi sunt necessaria contribuentibus incolis hac ratione &c. prout apparet ex Instrumento rogato per N. Notarium, die &c. Vel (si nullum adest instrumentum) ex legitima consuetudine loci.

Notentur etiam legata pia cum suis oneribus districte: videlicet.

Prædicta Ecclesia jure legati exigit quotannis a N. hærede N. tot aureos nummos vigore testamenti N. tenetur Rector celebrare tot Missas, seu Anniversarium die....

Si Ecclesia gravetur pensione, eadem adnotetur, indicata quantitate, & facultate Apostolica, quando, & cui solvatur. Si qua bona usurpata fuerunt: dicatur.

Prædicta Ecclesia pretendit habere jus ad quoddam prædium usurpatum ab N. in loco.... cuius fines sunt &c. si cur afferunt N. & N. ejusdem loci, quibus videtur adhibenda fines.

Si alienata sint absque dispensatione Apostolica, dicatur item.

Prædicta Ecclesia læsa videtur in concessione prædii, seu permutatione, seu alio contractu, sine facultate Apostolica.

Si pendeant lites, dicatur, qua de re, quacumque causa pro Ecclesia sint, & qui sit Judex, & Notarius.

Forma subscriptionum, de quibus supra.

Ego N. Rector, supradictæ Ecclesiæ S.N. confeci prædictum Inventarium omnium rerum, & bonorum superscriptorum, quæ nunc temporis possideo, & pro fide, & veritate subscripsi manu mea propria, die.... mensis.... Anni.... & ita juro &c.

Pro Sindicis, & Officialibus locorum.

Ego N. Syndicus, seu Officialis loci N. præfens fui, dum factum fuit Inventarium rerum, & bonorum prædictorum, quorum ego notitiam habui, & (si sciant possideri a Rectore omnia) scio, ea possideri nunc a Rectore; & in horum fidem subscripsi manu mea propria, & ita juro &c.

Pro iis, qui aliorum vice subscribunt.

Ego N. de mandato N. qui dixit, se affuisse prædicto Inventario dum fieret, rerum, & bonorum prædictorum, quorum ipse afferuit, & juravit, se habere plenam notitiam, cum ipse idem scribere nesciat, ejus nomine subscripsi manu mea propria die... mensis... Anni... & ita juro &c.


F I N I S







LINES







B
5
81